darat quomodo est impossibile cuicunq3 intellectui creato et angelico posse naliter cognoscere distincte ipsam trinitatē· Vt 3 videbi·1·z·d·3·q·9· Si tñ sunt alique rōes possibiles ad hoc psuadēdū: pcipue sunt iste posite a Doc·q̄ ita subtiles sūt q̄ vident̄ ɔcludere euidēter ꝓpositū: et hoc multi moti sunt ad iponendum doctori q̄ his rōnib? itēdat naliter demōstrare trinitatē psonaꝝ nō itelligētes mētē ipsius: iō incipiam? declarare has rōes quaꝝ prima ponit̄ ibi· ¶ Quia si ergo ipsi ꝛc· prīa rō ē hec· Quicqd ō rōe sua formali ē ī aliqo pductiuū illud i quocūq3 est a se ꝛ sine ipfectione eo est pricipiū ꝓductiuū· Istud totū intellectus hñs obiectū ꝛc· sed q2 ista minor quātū ad oēs terminos· ī ista rōne ridēdo ad q̄dā dubia de ... declarat̄ p nūc omitto illā: sed declaro maiorē que ɔtinet multas particulas· Prima ibi· Quicqd de rō ne sua formali ē principiū pductiuū· ... Sequit̄ q̄ illa ... cio ꝛ rō pducēdi est a pricipio formali: seqtur q̄ illud tale ex sua rōe forali ꝛ qditatiua hz q̄ dicat̄ principium formale pducēdi· Exeplū· dicim? q̄ calor puta i ligno dat ... vt possit calere: ꝛ iō dr̄ q̄ calor est formalis calefaciēdi· ꝛ q̄ sic fit rō formalis calefaciēdi ex sua rōne formali ꝛ qditatiua: sicut ēt dicim? q̄ albedo dat hoi eē albū vel est rō formalis q̄ hō dicat̄ alb?: hoc est de sua rōne formali ꝛ qditatiua: q̄ ergo aliqd sit alteri rō formalis agēdi puta supposito i quo est ex sua rōne forli ꝛ qditatiua hz ex sua rōe formali ꝛ qditatiua· Seqtur ii̇a· Illō in quocūq3 ē a se ꝛ sine ipfectiōne i eo ē pricipium ꝓductiuū· In ista maiori Doc· intēdit loq de ꝓductiōe q̄ est in aliquo sine ipfectiōe: q̄ terminat̄ ad aliqō i se vere subsistēs sinē: pducēs eēt i potētia receptiua respectu pducti: sicut intellect? nr̄ respectu intellectiōis quā pducit: ibi pductio est cū ipfectiōe: q2 cū potētialitate recipiēdi terminū pductū· Si ēt pductū reciperet in mā extrīseca sicut ignis pducit calorē in ligno adhuc pductio eēt cū ipfectiōe: q2 nō posset habere pductum pfectū sed eēt cū potētialitate ad recipi in mā extrīseca· Intelligit ergo q̄ respectu pductiōis pfecte rō formalis pducēdi sit in aliquo supposito sine oi impfectione: ꝛ sit pducti pfecte i se subsistētis: cui? pducti termin? formalis nō recipiat̄ in aliquo: sicut ē in generatiōe nāli q̄ generat̄ cōpositū vbi termin? formalis .s. forma q̄ ē pars cōpositi recipit̄ in mā· Et qō addit a se antēdit simplr̄ q̄ tale pricipiū pductiuū nō p habeat pductū nisi q3 terminū sibi adeqtū· Nā in filio i diuinis est idē simpli pricipiū pductiuū qō ī patre: q2 simplr̄ eadē memoria fecūda q̄ ē pricipiū pductiuū filij vt patebit i pñti· q· ꝛ tñ filius mediante illo pricipio nō pōt pducere aliū filiū: q2 huiusmodi pricipiū vt i illo p̄intelligit̄ habere pductū sibi adequatum· i· ipsum filiū· Et si i filio nō haberet terminū sibi adeqtum ēt in illo eēt vere pductiuū alterius notitie genite· Et q2 p̄r hz illud principiū a se iō i illo prio p illud pōt pducere: ꝛ in illo priori vt in p̄re non habeat pductū sibi adeqtum· Et si fieret instātia de spū scō· q2 filius hz principiū pducēdi spūm sctū nō a se sed a p̄re· ergo filius nō pōt pducere spūz sanctū qō est falsum· Ideo dicit q̄ Doc· p illud a se pricipalr̄ ītēdit excludere q̄ illud principiū nō preintelligat̄ i quo est habere pductū vt sibi adequatū: ꝛ sufficit sibi exēplificare p illud a se qō claꝝ est in p̄re respectu filij· Et ex his pꝫ q̄ instātia quā facit Alphō· Tole·i·i·d·z·q·1·arti·3·ꝛ silr̄ ad instātiā quā facit Ochaz i ·i·d·z·ꝛ sic pꝫ ista maior· Sed minor Doc· ꝛ ibi· Istō totū .s. ītellectus hñs obiectū intelligibile sive pñs

Ex dictis soluuntur instantie· Alphon· ꝛ Guil· ochā· ɔ Doc· sic ctas·

ex ratione sua formali est principium productiuū notitie genite: sic ē intellect? diuinus ꝛc· Ad hāc minorē rñdet Alphō· vbi· s· q̄ p̄bi hoc negarēt: nec hoc pōt demōstrari via nāli· ¶ Dico q̄ nec Doc· intendit hoc ɔdemōstrare nāliter sed quātū possibile est hoc psuadere: q2 si memoria nr̄a fecūda pōt eē pricipiū forale pductiuū notitie genite cū accidat̄ ꝛ recipiat̄ in ipso pducēte: a fortiori i diuinis memoria fecūdā poterit eē principiū pducēdi notitiā genitā p se subsistentē· ¶ Ibi· Cōtra istā rōnē nisto vt declaret̄ ... adducit aliqs rōnes ɔ minorē prime rōnis ꝛ hoc vt illa minor magis euucleet̄: ꝛ prima rō satis clara ē· Ad istā primā rōnē rñdet Doc· ibi· Istas rōnes excludēdo ɔfirmo rōnez· ¶ Et dicit q̄ intellect? nr̄ respectu notitie genite dicit rōnem receptiui ꝛ rōnē pductiui· Primū ē impfectionis q2 dicit potētialitatē respectu notitie aq̄ pficit̄· Scōm est pfectiōis q2 rō pductiui vt huiusmōi nō includit necessario aliquā impfectionē: q2 si sic nō posset repiri in primo ente· vt· s· declaraui in·1·q· hui? distinctionis· Et q̄ intellect? nr̄ dicat rōnem pductiuā respectu notitie patebit· i·d·3·q·7·ꝛ an hoc ɔueniat intellectui agēti vel possibili nō ē necesse hic declarare sz in quoli·q·15· plaꝛe declarabit: vbi vr̄ declinare ad hoc q̄ tā possibilis q̄z agēs sit pductiu? agens tñ principalr̄ ꝛ possibilis minus principalr̄: q2 ergo intellect? nr̄ de necessitate includit impfectionē cum sit eius limitatū iō impfectionis est q̄ sit receptiu? alicuius pfectionis: lz pfectionis sit q̄ sit productiu? eiusdē· Cum ergo intellectus diuin? sit pfectissim? ꝛ foralr̄ ifinit? ... aliter eētia diuina· vt· s· pbatum ē·q·1· pñtis·d· seqtur q̄ nulla pōt ibi eē impfectio: ꝛ p ɔñs non pōt esse in potentia receptiua alicuius notitie q̄ pficiat̄ sicut ē intellectus nr̄: ꝛ ex alia pte ipsa memoria fecunda dei est rō formalis pducēdi notitiā sui: pbo q2 hoc cōpetit memorie nr̄e ꝛ hoc est pfectionis nō includētis necessario impfectionē: ergo talis rō pducendi pfectissime repit̄ in memoria diuina: ꝛ q2 non pōt pducere illā notitiā in seipso: q2 tunc intellect? diuin? esset in potentia receptiua ad illam: seqtur ergo q̄ potent ipsam pducere vt p se subsistentem sive in se subsistentē: ꝛ talis notitia genita diuinis nihil aliud est realr̄ ꝛ formalr̄ nisi idem qō filius sive verbū in se subsistens ꝛ nulli inhe: eius? nec aliqd pāciens .s3 res in se pfecta ꝛ pfecte in se subsistens realiter distincta a supposito diuino pducēte lz realiter tñ distincta a principio pductiuo qō ē intellect? ꝛ essentia diuina· ... aliqlr̄ patuit·s·ꝛ magis patebit·i· ¶ Ibi· Quādocunq3 in aliquo ɔueniunt duo paccidēs sive sepabiliter· ¶ Hic Doc· intendit pbare q̄ si illud qō est rō pducendi vere separet̄ ab illo qō est rō patiēdi cui accidentalr̄ ɔiungit̄: ipsum sepatū adhuc erit vere rō producendi: ꝛ pꝫ de medico sanāte se ꝯ phicoꝝ·t·c·ij·ꝛ·86· q2 si infirmitas sepet̄ a medico q̄ est ratio patiēdi adhuc medicina sive ars medicine in medico erit ratio sanādi vt pꝫ: q2 mediante illa poterit aliun sanare: q2 accidit medico vt medic? est q̄ sit infirm?· Cum ergo in diuinis ratio producendi notitiā genitā necessario sit sepata a ratione patiēdi: sequit̄ q̄ intellectus diuinus q̄ est ratio producendi huiusmōi notitiā q̄zuis non sit receptiu? eiusdem ꝛ per ɔñs nec ratio patiendi ab illo q2 hoc sibi repugnāt: tñ adhuc est pfectissima ratio producendi notitiā genitam ꝛ hoc est qō dicit. ¶ Si dicat̄ hic vt multi dicūt q̄ intellect? diuin? est bñ ratio non proprie producēdi s3 q̄si producendi notitiaz essentialem q̄ tñ non dr̄ vere pducta: q̄ non distinguat̄ realr̄ a supposito ha

volꝫ sicut nō ex determīata itentiōe: nō fieri ex determinata intētiōe ⁊ fieri nō ex determinata itētione sūt ꝯdictorie: ⁊ cū dico effectꝰ fit vt in pluribꝰ·i·ex determinata intētione vel effectꝰ fit raro·i·nō ex determinata intētiōe: ⁊ hoc nō raro ⁊ vt in pluribꝰ dicunt ꝯdictoria: ⁊ sic ꝑ lȳ raro nihil positiuū itelligit: ꝑꝫ q2 oē positiuū in effectu casuali est ex determiata itētiōe nature qđ idē est sicut eē vt i pluribꝰ·Si ergo raro ⁊ vt in pluribus essent dispata: tūc raro diceret aliqđ positiuū ⁊ illud esset ex determiata cā ⁊ ꝑ ꝯñs vt in pluribus: accipiunt ergo tm̄ ꝯdictorie·Seqꝛ ibi·Cū igit arguit gn̄abile hoc si gn̄at equoce vel non ex semine: aut igit ex necessitate aut in pluribus vel raro·Ex necessitate ꝯcedo q nō·aut in maiori parte vel raro: ꝯcedo q in maiori pte·i·si q̄rat an genitū ꝑ putrefactionē ⁊ ꝑ ꝓpagationē fiat ex necessitate vel vt in pluribꝰ vel raro·Dicit doc·q tale nō fit ex necessitate: ⁊ vltra dicit q si illud fiet ex intētione fit vt in pluribus: si vo nō fit ex itētiōe fit raro·❡ Ibi·Et ēt vt ē disiūctio ⁊c·❡ Dicit doc·q ēt cōparādo effectū equocū ad causaꝫ equocā sub disiūctiōe ⁊ ꝯdictōe adhuc effectꝰ equocus fit vt i pluribꝰ a cā equoca·Iste ꝯdictorie sunt ex semine ⁊ nō ex semine: vt effectꝰ pōt fieri nālr non ex semine: ita q ista ē vera effectꝰ equocus vt in pluribꝰ fit nō ex semine·i·q cā equoca nō agēs ꝑ semen ē cā terminata agēs ex itētiōe ⁊ ꝓposito·Seqꝛ·Lꝫ rarius eueniat hoc qđ gn̄atur nō ex semine q̄ꝫ qđ gn̄erat ex semine vt·vꝫ·cōpant admincē duo dispata·i·vt inꝰ ꝯpat ad cām equocā ⁊ inꝰ vt cōpat ad cāꝫ vniuocā cā equoca ⁊ vniuoca sūt duo dispata ⁊ silr effectꝰ vniuocꝰ ⁊ effectꝰ equocꝰ sūt duo dispata: isti duo effectꝰ vt ꝯpant ad suas cās effectꝰ equocꝰ rarius euenit: q2 conter sūt plres mures q gn̄ant ꝑ ꝓpagatiōeꝫ ⁊ vniuoce q̄ꝫ q gn̄ant sine ꝓpagatiōe ⁊ equoce: tn̄ effectus equocꝰ vt cōpat ad effectū vniuocū lꝫ dicat fieri raro i nūero nō tn̄ dr̄ fieri a casu: q2 semꝑ fit a cā determiata intēdēte hmōi effectū: ⁊ sic vt ē disiūctio inter ꝯdictoria fit vt i pluribꝰ vt·s·expositū·❡ Ibi·Cū arguit ·3·de motu ⁊ termio·Deinde doc·arguit cōfirmādo dctm̄ Auer·vꝫ·q duo effectꝰ eiusdē spēi sic se hn̄t q vnꝰ illoꝝ nō pt ꝓduci equoce ⁊ aliꝰ vniuoce sꝫ vtei q3 vniuoce: q2 diuersoꝝ motuū siue diuersaꝝ ꝓductionū spē sūt diuersi termini spē siue diuersa ꝓducta spē·5·phisi·t·c·xxj·sꝫ ꝓductio equoca ⁊ ꝓductio vniuoca differūt spē: g ⁊ ꝓducta differūt spē: ⁊ sic erit i ꝓposito applicādo ad diuia: q2 ꝓductio filij ⁊ ꝓductio spūs scti sūt simplr alterꝰ rōnis: vt ꝑꝫ a doc·j·di·xiij·⁊ ꝑ lite·z·q·quol·g filiꝰ ⁊ spūs sctus sūt alterꝰ spēi: ⁊ sic sūt diuerse nāe in illis qđ ē falsuꝫ·❡ Rn̄det doc·Ibi Cū arguit·3·d motu ⁊ termio·❡ Dicit doc·q ista ꝓpositio motuū dr̄ntiuꝫ spē sūt termi spē drentes: nō est imediata sꝫ depēdet p̄io ab ista·vꝫ·q motuū drūm spē sūt fluxus differētiū spē vl̄ forme s̄m quas sūt fluxus differūt spē·Exēplū·Nā due calefactiōes q̄ sunt fluxus forme dr̄r eiusdē spēi: qr forme sꝫ q̄s sunt iste calefactiōes siue fluxꝰ sūt eiusdē spēi ꝑꝫ·Scđa ꝓpō ē ista q forma fluēs vl̄ forma s̄m quā ē fluxus est eiusdē rōnis cū forma termināte: calefactio termiat ad calorē in eē qeto siue ad calorē ꝑmanētē: dicimꝰ g q due calefactiōes sunt motꝰ eiusdē spēi q2 ⁊ fluxus istaruꝫ sunt eiusdē spēi·fluxus·n·i calefactiōe est acqsitio ꝑtis post ptē: ita q sēp icludit respectū ptis prioris ad ptē posteriorē: ⁊ forma s̄m quā est fluxus est ipse calor q successiue acqrit: ⁊ terminꝰ talis motꝰ siue calefactiōis ē calor in eē qeto siue ꝑmanēte: sꝫ frigefactio ⁊ calefactio differūt spē·⁊ q2 termini ad quos sūt differūt spē q sunt calor ⁊ frigus in esse qeto ⁊ ēt fluxus differūt spē: q2 forme sꝫ q̄s sunt differūt spē·s·frigus ⁊ calor in eē successiuo: ⁊ sic stat q diuersoꝝ motuum spē distinctoꝝ sūt diuersi termini·vꝫ·qn̄ forme sꝫ q̄s sunt isti fluxus differūt spē ⁊ termini ad quos terminant silr differūt spē: lꝫ g gn̄atio equoca ⁊ gn̄atio vniuoca differāt spē n̄ tn̄ seqꝛ q termini differūt spē: q2 nō sunt eiusdē rōnis cū gn̄atiōe: sicut dicimꝰ q terminus calefactiōis ⁊ terminus frigefactiōis differūt spē q2 sunt eiusdē rōis cū motibꝰ siue cū formis flu[illegible] sꝫ inus genitꝰ equoce n̄ ē eiusdē rōis cū gn̄atiōe [illegible] inuris ē qđ absolutū ⁊ gn̄atio ꝓprie dcā qđ r̄spectiuū ⁊ silr inus genitꝰ vniuoce nō ē eiusdē rōis cū gn̄atiōe vniuoca ꝑ p cāꝫ ꝯdictā: hoc idē dico in diuinis q q̄ꝫuis ꝓductio filij ⁊ ꝓductio spūs scti sint alterꝰ rōnis: nō tn̄ filiꝰ ⁊ spūs sctūs sunt alterꝰ rōis: q2 terminus formalis ꝓductōis filij (q est eēntia diuina: vt patebit·j·di·5·q·2·) nō est eiusdē rōis cū ꝓductōe q est sola relatio·hoc idē dico de spū sctō·❡ Ibi·q āt sit falsa qꝛ alteꝝ illoꝝ est falsuꝫ ⁊c·❡ Hic ꝓbat doc·q ista ꝓpō est falsa motuū differētiuꝫ spē sunt termi spē differētes: ⁊ hoc qn̄ altera illaꝝ ꝯditionū deficit: ꝑꝫ q2 idem vbi pt acqri ꝑ motū circularē ⁊ rectū q motꝰ differūt spē: vt ꝑꝫ·vij·phisi·⁊ lr̄a clara est·❡ Ibi·Qualitcūqꝫ sit de exēplo·❡ Hic dicit doc·q q̄ꝫuis hoc exēplū nō sit forte ad ꝓpositū tn̄ illa ꝓpō nō est va nisi ꝑ q̄ꝫto depēdet ex alijs duabꝰ ꝯdictis: ⁊ q exēpluꝫ nō sit ad ꝓpositū ꝑꝫ: q2 exponēdo Au·i·diceret q motꝰ circularis ad vbi est vbi fluēs ⁊ motꝰ rectꝰ ad vbi est silr vbi fluēs: nō vbi fluēs ⁊ vbi terminās siue vbi ꝑmanēs sunt eiusdē rōis: ⁊ ꝑ ꝯñs motꝰ circularis ⁊ motꝰ rectꝰ vt sunt qdā fluxus s̄m vbi sunt eiusdē spēi: sꝫ rectuꝫ ⁊ circulare q accidūt linee seu magnitudini sup quā mouent nō sunt eiusdē rōis: ⁊ ꝑꝫ lr̄a·❡ Ibi·Sꝫ adhuc v̄r remanere difficultas istoꝝ argumētoꝝ Auer·❡ Dicit doc·supponēdo q Frāciscus posit esse a cā equoca ⁊ Ioānes a cā vniuoca nō tn̄ ista duo indiuidua pnt fieri equoce ⁊ vniuoce ab aliquo eiusdē spēi: ꝑꝫ q2 cā equoca ꝓducēs Frāciscū equoce esꝫ supior ⁊ pfectior tota nā hn̄ā: ⁊ sic de necessitate esꝫ alterꝰ spēi: sꝫ in ꝓposito filiꝰ in diuis ⁊ spūs sctūs ꝓducunt ꝓductionibus alterꝰ rōnis vt dcm̄·s·g nā diuia nō pt cōicari filio ⁊ spūi sctō ad suppositūꝫ eiusdē rōis: sꝫ pr̄ ē eiusdeꝫ rōis cū filio ⁊ spū sctō q2 eiusdē spēi: g nō pt cōicare nām diuinā filio ⁊ spūi sancto ꝓductionibꝰ omnio alterꝰ rōnis·❡ Ibi·Rn̄deo nā creata n̄ pt ⁊c·❡ Hec est singularis rn̄sio q̄ stat i hoc q suppositū vnꝰ nāe specifice nō pt cōicare eādeꝫ nām alteri indiuiduo equoce: ꝑꝫ q2 si equoce posset illā cōicare puta Frācisco tunc nā cōicata in Frācisco esꝫ essentialr ipfectior ⁊ alterꝰ rōis a nā suppositi cōicantis vt ꝑꝫ·in diuinis vero est oppositūꝫ: q2 ⁊ si pr̄ sit eiusdeꝫ rōnis cū filio ⁊ spū sancto tn̄ includit principia alterius rōnis eqꝫ ꝑfecta·s·intellectuꝫ ⁊ volūtatē: ⁊ ꝑ ꝯñs ꝓductiones sꝫ intellm̄ ⁊ voluntatē sunt alterꝰ rōis: ⁊ sic ideꝫ suppositūꝫ pt cōicare eādē nāꝫ ꝓductionibꝰ alterꝰ rationis filio ⁊ spūi sācto: ñ dico tn̄ q filius dicat ꝓduci vniuoce ⁊ spūs sanctꝰ equoce cuꝫ vterqꝫ sit eiusdeꝫ rōis cuꝫ pr̄e ꝓducente: sꝫ bn̄ veꝝ est q alia ꝓductione alterius rōnis ꝓducit filius ⁊ alia spiritꝰ sanctꝰ ⁊ hoc est ꝓp diuersitatē principioꝝ·❡ Ibi·Vlterior ratio eius qđ supponit hic de duplici principio·Hec ē ratio satis singularis q̄re homo ꝑ itellm̄ ⁊ voluntatē n̄ pt diuersimode cōicare nām suā ⁊ tn̄ pr̄ in diuinis nām quaꝫ hꝫ ꝑ intellm̄ ⁊ voluntatē diuisimode ꝯmunicat·ratio clara est i lr̄a nec indiget alia expositione·

Motuum spē differētium sunt termini spe cie drntes.

Nota hic passum.

T.c.xxj.

formaliter partibus essentialibus vt anime intellective & corpori organico & non econtra· Multa tn̄ sunt dicenda de identitate formali & de distinctione formali que oia reservo vsqz ad di.8·q.penul· vbi agit de distinctione formali attributorum: sed pro nūc sufficiat scire quid sit identitas formalis vt intentum Doc· manifestum fiat: videtur enim declinare ad hoc q essentia & proprietas distinguantur formaliter: qz nec essentia includitur quidditative in proprietate nec proprietas in essentia· vt patet: & lz hic non ita expresse dicat ipsas distingui formaliter alibi tamen expresse dicit vt post videbitur· ¶ Ibi· Nunquid igitur debet concedi aliqua distinctio: ¶ Dicit doc. hic q magis debemus dicere paternitas & essentia sunt nō idē formaliter qz q distinguantur formaliter· Et si inferatur· si non sunt idem formaliter· ergo distinguntur formaliter· Negat hoc Doc· dicens q formalitas in antecedente negatur & in consequente affirmatur qz vt infra patebit·d·8·q·2·in responsione ad primū argumentum principale· aliqua non sunt idem formaliter & tamen non distinguuntur formaliter· vt gradus intrinsecus non est idem formaliter cū eo cuius est: & tamen non sequitur· ergo distinguitur formaliter: qz cum dico·a·& b· distinguuntur formaliter dico q ·a·dicit distinctam formalitatem a formalitate·b·ita q·a·& b·sint due formalitates: modo gradus intrinsecus non dicit aliquam formalitatem distinctam·iō non sequitur non sunt idem formaliter ergo distinguūtur formaliter· Nam in antecedente negatur formalitas supple negatur q·a·& b·sint due formalitates: in consequente vero affirmatur formalitas supple q ·a·& b· sint due formalitates distincte adinuicem: & sic patet littera· ¶ Ibi· Ista differentia manifestatur per exēpla· ¶ Hic Doc· intendit declarare quomodo est possibile q in vna re non composita possint esse plura que adinuicem distinguantur preter opus intellectus sic tamen q inter se & cū illa re simplici sint realiter idem: & patet de albedine que est forma simplex. nam in ipsa est aliquid a quo accipitur ratio coloris & aliquid a quo accipitur ratio disgregatiui: & nō dico (vt aliqui) q ab vno gradu albedinis accipiatur ratio coloris & ab alio ratio differentie: qz non credo hoc esse ad mentem doctoris· Quia si accipiatur albedo in vno tantum gradu perfectionali adhuc in ipsa reperitur aliquid a quo accipitur ratio coloris sine generis & aliquid a quo accipitur ratio differētie: itaq illa duo a quibus accipiuntur genus & differentia preter oē opus intellectus distinguūtur ita q vnū non includit formaliter in alio nec econtra· Sed hec diffusius patebunt·ī·d·8·q·2·sed pro nunc sufficiat habere quomodo ī vna re simplici possūt esse plures formalitates siue realitates· Et littera patet· ¶ Ibi· Ista autem distinctio siue non formalis identitas· ¶ Hic Doc·probat intentum q scilicet proprietas personalis & essentia distinguntur formaliter vel saltem non sunt idem formaliter & probat per auctoritates sanctorum: que omnes auctoritates stant in isto presupposito· q quando aliqua sunt simpliciter idem preter opus intellectus qd competit vni ex natura rei cōpetit & reliquo & econtra· vt dixi·s· Prima ergo auctoritas Aug· que stat in hoc q essentia est quid absolutū & paternitas est essentialiter relatio; ergo si sunt penitus idē essentia erit essentialiter siue formaliter relatiuum & paternitas erit similiter formaliter ens absolutum · Et applica omnes alias auctoritates sequentes quas bene nota·

In eadem simplici sunt plures formalitates & realitates.

Vide tn·c· d·rel·6·

Occurrit tamen vna bōa difficultas· quomodo est possibile q paternitas & filiatio distinguantur realiter adinuicem & tamen sint idem realiter essentie diuine singularissime: qz per dictum Doctoris in responsione ad primum argumentum principale presentis·q·expresse habetur q eo modo quo persone diuine siue proprietates personales sunt idem in essentia eo modo sunt idem adinuicem: & in essentia sunt idem realiter: ergo adinuicem· ¶ Dico breuiter q maior est distinctio inter paternitatem & filiationem qz inter paternitatem & essentiam: qz paternitas vt comparatur ad essentiam propter infinitatem essentie transit in identitatem realem ipsius: vt vero comparatur ad filiationem dico q non potest transire in realem identitatem. qz nec filiatio est formaliter infinita nec similiter paternitas vt probat Doc· in quol.q·5· Si enim per impossibile iste proprietates non includerentur ī essentia essent omnino distincte: qz nec paternitas esset ratio alicuius conuenientie cum filiatione nec econ: sunt enim primo diuersa vt patebit·ī·d·13·& 26· Et bene nota hāc responsionē quia facit ad multa in ista mā·

Difficultas·

Responsio·

Nota tamen q Gre·d· Ari· pōit q diuine psone nō distinguunt psonaliter aliqbus ,pprietatibus hoc mō acceptis·s·aliquibus ,pprietatibus q̄ sint ipsaꝝ psonarum tranfitiue: & h pro entibus aliqbus sibi ,ppriis incōplexe significabilibus ,p quibus termini cōplexi psonali seu significatiue supponere & sic supponētes esse subiecta ,ppositioni: quō nōnulli opinant proprietates psonaꝝ dicētes q in pre est aliq entitas cōis sibi & filio & spiritui sancto·s· eētia diuina & aliq entitas nō illis cōis sed sibi ,ppria quā vocant paternitatē. & hāc dicūt esse ,pprietatē eius· Et siliter in filio opinant esse aliquā entitatē sibi ,ppriā vt pote filiationē & in spiritu sancto spirationē passiuā· Et h ē positio Scoti ve pz pñti·q· ¶ Scdo cōcedit Gre·q diuine psone distinguunt ,pprietatibus intransitiue intelligēdo illas ,pprietates vt sū cōstructio intrāsitiua cū dr: ,pprietates psonaꝝ·i·,pprietates q̄ sunt psone·vz·pro aliqbus nō cōplexe formali vel equalenter significātibus·quō dicit Aug·de fide ad pe·& ponit a Magi·d·26·q ,pprium est pris q vnū filiuz genuit: & ,pprium est filii q de essentia pris natus est: & ,pprium spiritussancti q solus de pre filioqz ,pcedit· Constat aūt q talia ,ppria nō sunt alique entitates sin se extra aīam ,ppue psonis· Nō·n·est entitas aliq pr vnū filiū genuit nec ē entitas nascit ex pre· Nā q̄uis filius sit vna res & natiuitas vna res & siliter pr que significant p terminos huius cōplexi filius nascit ex pre:nō pōt tn dici q hoc totū filius nascit ex pre sit aliq res: nisi forte materialiter & nō significatiue sumendo istud dictū · Cū ergo dr q proprietas pris est q vnū genuit filiū. aut q filius nascitur ex eo: nō denotat q aliq entitas extra aīaz exīstēs sit ,ppria pri sed tm mō q ille solus genuit filiū & qd idē est q ex eo nascit vnū filius: & hoc mō pr & filius distinguunt adinuicē · Et multa alia dicit ,p ista positione sed ,p nūc ista sufficiat ad ,ppositū nrm· ¶ Et ,pbat qd dicit prio·s·q nō sint dabiles aliq tales ,pprietates psonales incōplexe extra aīam existētes: vt prnitatem in psona pris extra aīaz distinctā a ,eētia· Et ,pbat sic primo: qz vel tales entitates essēt extrinsece psonis vel intrinsece īcluse in eis nō primo mō qm ipe eēnt p se subsistētes & p ɔñs essent persone: & tūc vltra sequit q in diuinis essent ad min⁹ sex psone. vl essent personis inherentes vel assistētes sicut forme ī

Gregorius de Ari·1·d· ·26·conclusiōe tertia·

nes o·nō adūt·

materijs qđ est impossibile in deo qui nulli subsiste/
re põt vt dicit Aug·7·de tri· Sꝫ nec põt dici ꝙ sint ali
que entitates intrinsece incluse in psonis sīn quē mo
dum ymaginari videnť qcūqꝫ tales proprietates po
nunt in psonis· Hoc aūt eē impossibile probať mul/
4·rō Gre· tipliciter· ¶ Primo quidē p expꝛessā determinatio
nem ecclesie extra de su· tri· ꝛ fi· ca· cap· Damnam⁹·
vbi dicitur· Pr ab eterno filiū generando suā substā
tiam ei dedit: iuxta qđ ipse testať pater qđ dedit mi/
hi maius est omnibus: at dici non põt ꝙ partem sub
stantie ille dederit ꝛ partē ipse sibi retinuerit cū sub/
stantia pris indiuisibilis sit ꝛc· Patet ergo ꝙ sine vl
la diminutione filius nascēdo substantiam pris ac/
cepit: ꝛ ita pater ꝛ filius hñt eandem substantiā: ꝛ sic
eadē res est pater ꝛ filius ꝛ spiritussanct⁹ ab vtroqꝫ
procedens· Cum ergo vt profitetur ecclesia filius totā
substantiam pris sine diminutione acceperit: mani/
feste patet ꝙ nullā entitatē in se hꝫ sibi propriam pr
quā filio generādo nō dederit· Nec põt dici ꝙ qꝫuis
totā sine diminutione patris substantiā filius gene/
rando acceperit: non tñ accepit oēm entitatem pris:
qm non illam propriam quā vltra cōem essentiā pr
includit· Tum qꝛ non minus est indiuisibilis ꝛ om
no simplex psona pris qꝫ sit essentia cōis: ꝛ per ꝯñs
iuxta argumentationē ecclesie impossibile est ꝙ pater
su·s· cōem essentiam filio dederit ꝛ partem aliā sibi
retinuerit: ergo sine diminutione filius totā entita/
tem pris accepit: nulla ergo entitas est in pr̃e q̃ nō sit
ī filio· Tū qꝛ stultissimum est ymaginari ꝙ in pr̃e sit
aliq̃ entitas que nō sit substantia vel de substātia ei⁹:
sic enim esset ei accidentalis vel extranea: ergo si totā
substātiā patris accepit filius omnē entitatē pris hꝫ
2·rō· filius· ¶ Scđo si essent in personis tales proprietates:
tunc nō eadem res esset pr̃ ꝛ filius ꝛ spiritussanctus:
vt dicit ecclesia: qꝛ hꝫ illo posito non solū essentia cōis
est patri ꝫ ipsa simul cū illa ppria entitate patris q̃
non est in filio: ꝛ per ꝯñs non eadem res que est pr̃ ē
3·rō· filius· ¶ Tertio sequitur ꝙ essentia diuina nō est pa/
ter nec econtra cuius oppositū etiam tradit ecclesia:
vbi·s·di· ꝙ vna quedā summa res est incōprehēsibi
lis quidē ꝛ ineffabilis que vere aūt est pr̃ fili⁹ ꝛ spi/
ritussanctus·s· tres simul psone ac singillatī quelꝫ ea
rundem: ꝛ ideo solūmodo est trinitas non quaterni/
tas: sed quelibet triū personarum est illa res·vꝫ·sub/
stantia essentia seu nā diuina· ꝯña probatur ex h̃ ꝙ
nulli nihil includēs plura est aliquid illoꝝ: ꝛ simili nulli
illoꝝ nin est ipsum sed ipsius est transitiue loquēdo: ꝛ
illud includens est ex eo· sicut anima nō est hō sed ho
minis nec hō est anima sed ex aīa· simili mō probari
põt ꝙ essentia non esset filius nec spiritussanct⁹ nec
4·rō cum sequētib⁹· econtra· ¶ Quarto si quelꝫ habet aliquam propri/
am entitatem preter cōem entitatem que est deus: se
quitur ꝙ quelibet psona preter diuinitatē cōem ha/
bet etiā ppriam diuinitatem: ꝛ sic in trinitate erit q/
tuor diuinitates vna cōis ꝛ tres proprie: ꝛ vna perso
na erit alius deus ab alia pp illam ppriam entitatē
·s· diuinitatē quam sola includit· Hec aūt oīa sunt er
ronea· ꝯña probať ex eo ꝙ impossibile est esse in deo
aliquam entitatem que nō sit deus: alioquin sequiť
ꝙ persona non esset deus sed eius pars esset deus·
¶ Item omnis entitas que non est deus vtiqꝫ est cre
atura iuxta illud· Aug·1·de tri· Ois substantia que
deus non est creatura est ꝛ que creatura non est de/
us ē: ꝛ cōstat ꝙ substantiam pro essentia vel entitate
ponit: sicut dicimus ꝙ substantia albedinis est alia a
substantia nigredinis alioquin non sufficienter pro/

baret intentum scilicet ꝙ filius est deus· Hoc etiam
modo Augu· super illud ps· Infixus sum in limo p
fundi ꝛ non est substantia: pro entitate accipit substā
tiam· vnde ait· Omnia eni substantie sunt eo ipso ꝙ
sunt natura: que nulla sunt in substantia omnino ni
hil sunt· Si ergo aliqua entitas esset in psona que
non esset deus iam persona composita esset ex deo ꝛ
creatura: qđ blasphemum est dicere· ¶ Item Hugo
de sacramentis lib·1· Omne qđ in deo est aliud qꝫ de
us esse nō potest: sed si illa entitas propria est deitas
ꝛ per positionem non est illa diuinitas cōmunis: er/
go est alia diuinitas ppria: ꝛ patet ꝯña· Si vero di/
ceretur ꝙ illa entitas propria non est entitas distin/
cta modo aliquo a deitate cōmuni sed est ipsa: tunc se
quitur ꝙ nulla pluralitas entitatum est in perso/
nis: ꝛ per consequens non est in ea aliquid quo con/
ueniat cū alia persona ꝛ aliquid aliud quo distingui/
tur ab ea· ¶ Item ꝙ nulla proprietas est in perso/
na vel est persone transitiue loquendo qua distingua
tur ab alia persona: sed ipsamet persona nulla plu/
ra quoquomodo includēs seipsa primo iuxta sensum
suprapositum distinguitur ab alia: ꝛ sic habetur pro
positum· ¶ Quinto sīm hanc viam sequitur ꝙ nulla
persona sit sūme simplex qđ est error· Cōsequentia p
batur: qꝛ sīm h̃ quelꝫ persona habet ī se aliquid qđ
ipsa non est nec econtra sed est aliquid eius· Sim/
plex autem nihil qđ ipsum non sit habet in se· vnde
propter istam causam Magister determinat ꝙ pro/
prietates persone est ipsa persona·d·32· primi libri·
¶ Et aduertendum est ꝙ omnes premisse rationes
procedunt contra qualꝫ opinionem ponentē aliquā
pprietatē modo suprapositio: siue illa proprietas vo/
cetur res siue formalitas vel quiditas vel modalitas
vel alio quolꝫ nomine: dummodo aliqua pluralitas ꝛ
distinctio ponatur intra personam diuinam: que om
nia nomine entitatis intelligo significari· ¶ Pro
hac conclusione sunt sanctoꝝ auctoritates· Ait enim
Hylari· tertio de tri· prope finem· Audis· ego ꝛ pa/
ter vnum sumus: vnū sunt scilicet is qui est nihil ha
bens qđ non sit etiam in eo a quo est· ¶ Item idē·7·
de tri· Iudico quid sunt scilicet pater ꝛ filius cū vnus
ex vno est: qꝛ neqꝫ vnus vni aliud per generationem
qꝫ qđ suum est dedit: neqꝫ vnus ab vno per natiuita
tem obtinet qꝫ qđ vnus· ¶ Itē Isy· de summo bono
li·1· ait· Ideo vnū sunt pr̃ ꝛ filius qꝛ nihil hꝫ pr̃ qđ nō
habeat filius· ¶ Insup Aug· de su· tri· loquēs de ver
bo cōsubstātiali di· Et idē verbū inqt hec veritas est
qm̃ quicqd est in ea scia de q̃ genitū est ē in ipso est·
Scia aūt de q est genitū est pr̃ vt ibi pꝫ· Quicqd ergo
est in pr̃e est ī eius verbo· Ex qbus oibus pꝫ ꝙ nihil
omnino aut entitas aliqua est in patre que non sit in
filio nec econtra· Quod etiam huiusmodi verba fi/
lij confirmāt Iohan·16· dicentis· Omnia q̃cūqꝫ hꝫ
pr̃ mea sunt ꝛ pinde cantat eccl̃a· in pr̃e totus filius ꝛ
totus in verbo pr̃ nō ergo in psonis diuinis p̃ter cōem
ēentiā sunt aliq̃ speciales ꝛ pprie entitates excogitan
de vt ē ex dictis ostensum· Cui quoqꝫ ꝯsonat dictū Hu
go· li·1· de sacramētis di· Nihil aliud esse qꝫ essentiā
vnā quā ꝯfitēur· ¶ Deinde arguit ꝯ se primo p illđ ver
bū prefactōis· in personis ppꝛietas ꝛ in ēentia vni/
tas ꝛ in maiestate adoreť eq̃litas: ex quo pꝫ ꝙ ppꝛie/
tas ē aliq̃ entitas alioqn nō eēt in psonis ꝛ n̄ ē enti
tas q̃ ē psona: qꝛ nihil est in se ipso ꝫ ē entitas psone·
¶ Secundo si proprietas persone non sit aliqua enti
tas propria ꝛ partialis persone nō esset vna proprie
tas seu notio communis patri ꝛ filio: cui⁹ oppositū di/

...a pater dicitur relatiue· Secūdō est
...m entitas ad se ⁊ non ad se· Dico pri
...argu q̄ non eadem entitas est reali
...ad se: ⁊ sic si argumentum valeat: vale
...probandum q̄ non sunt vna res· Secun
...ud contradicit auctoritati allegate: quia
...essentia que relatiue dicitur est aliqd
...si pater non esset aliquid ad se ⁊c· ergo essentia
...aliquid ad illud ⁊ aliquid ad se: alioquin nō om
...res que dicitur relatiue esset aliquid ad se vt dicit
auctoritas· Dico ergo q̄ auctoritas est expresse ad op
positum eius ad qđ adducitur: ⁊ est pro conclusione
quam teneo· Nam ex ea patet ⁊ supra distin· xxx· est
diffusius declaratum: q̄ omnis entitas mundi que
est relatiua vel aliquid ad aliud: q̄ ipsa est ad se· Sic
in proposito dico q̄ pater est pater ad aliquid siue re
latiue: sed cum hoc est diuinitas non ad aliquid sed
ad se· Similiter essentia est essentia ad se ⁊ non ad ali
quid· ⁊ est pater ad aliquid ⁊ nō ad se: nec propter ista
oportet ponere aliquam distinctionem in patre: quia
⁊ si aliqua entitas relatiua poneretur in illo pter essen
tiam communem: adhuc illa esset entitas quedā ⁊ essen
tia· Et constat q̄ non diceretur entitas vel essentia re
latiue vt ibi supra ostensum est ex intentione Augu·
ibidem· ¶ Et notandum q̄ vbi sancti dicunt aliquid
esse vel dici ad se: aliquid vero ad aliquid: illud potest
intelligi de illis terminis absoluto ⁊ relatiuo: ⁊ est sen
sus q̄ ille predicatur de aliquo ad aliquid: ille autem
non ad aliquid sed ad se: ⁊ solutio cum hoc autem stat
q̄ pdicentur de eodem· Potest etiam intelligi de re
bus pro quibus termini tales supponunt vel verifi
cantur· Et tunc cum dicitur de aliquo q̄ est ad aliqd
debet intelligi q̄ est pater ad aliquid· verbi gratia·
Cum dicitur q̄ pater est ad aliquid debet intelligi q̄
est pater ad aliquid· Et cum dicitur q̄ aliquid est ad
se debet intelligi q̄ est ipsum ad se· verbi gratia· Si
dicatur q̄ homo est ad se: intelligendum est q̄ homo
est homo ad se· Sed patet q̄ simul cum hoc q̄ homo
est homo ad se etiam est pater ad aliquid: ⁊ cum hoc
q̄ deus est creator ad aliquid: est etiam deus ⁊ spūs
ad se: nec sequitur sicut patet ad bonum intellectum
non est deus ad aliquid: ergo non est ad aliqd· ¶ Ad
aliam auctoritatem eiusdem dico q̄ ly eo ⁊ quo: pos
sunt dupliciter accipi· Uno modo sm̄ q̄ sunt prono
mina que possunt pro aliquibus entitatibus extra
animam supponere: quo modo non accipit argumen
tum: ⁊ tunc dico q̄ non sic accipit Augu· cum ait q̄ fi
lius non est eo verbum quo sapientia: quia hoc esset
prorsus falsum: quoniam filius vnica simplicissima
entitas est: ⁊ ea est sapientia ⁊ verbum ⁊ filius ⁊ om
ne quod est· ⁊ ideo sic acceptis illis vocabulis vere
dicitur q̄ filius est eo verbum quo sapientia· i· ea en
titate est verbum qua est sapientia· Et similiter econ
uerso ea entitate qua est verbum est sapientia: pp̄ter
qđ sm̄ hanc acceptionem etiam vere dicitur q̄ eo est
sapientia quo verbum· Alio modo ly eo ⁊ quo possūt
accipi vt sunt coniunctiones ⁊ hoc dupliciter· Nam
aliquando sic accepte sumuntur vt equiualent dictiōi
in qua nota est reduplicationis vt inquantum ⁊ sm̄
qđ ⁊ huiusmodi· Et sic reddunt propositionem redu
plicatiuam ⁊ sm̄ hunc modum iste due equiualent·
homo inquantum animal est sensibilis: ⁊ homo eo
quo est animal est sensibilis: ita q̄ ly quo ponatur ad
terminum reduplicatiuum. Alio modo possunt acci
pi vt sunt coniunctiones causales equiualentes istis:
ideo ⁊ quia: ⁊ eodem modo reddentes propositionem

causalem· Et hoc modo iste due equiual... ⁊· homo eo
quo est animal est sensibilis· ⁊ homo qu... ia est animal
est sensibilis· Nunc ad propositum dic... q̄ Augu· ac
cipit in verbis allegatis ly eo ⁊ quo· ... primo modo· s·
vt habent vim reduplicandi· ⁊ idem ... valet ista· filius
non eo est verbum quo est sapienti... a· qđ ⁊ ista filius
non inquantum sapientia est verbu... m· ⁊ hec est vera:
quia sua opposita est falsa· s· hec fil... ius inquantum sa
pientia est verbum: quoniam tunc ... sequitur q̄ pater
esset verbum cum pater sit sapienti... a· Et eodem mo
do accipit ly eo ⁊ quo· cum ibidem ... dicit q̄ eo sapiens
quo essentia· Nam istis vocabulis ac... ceptis contracte
ad essentiam ⁊ sapientiam dei hec ... est vera· filius in
quantum est essentia est sapientia· ... Et quia pater est
essentia ⁊ ambo vna essentia· ideo ... concludit in fine p
cedentis capituli per istud medium ... q̄ pater ⁊ filius
sunt vna sapientia: ⁊ ne quis putaret ... q̄ sicut sunt vna
sapientia sic essent vnum verbum cu... m ipsum verbū
sit sapientia: ideo ait q̄ filius non inqu... antum sapien
tia est verbum: hoc expresse est intentio ... sua in illo ca
pitulo sicut pater diligenter aduertenti· ... Et quamuis
(vt puto) iste fuerit intellectus Augu· p... osset tamen
intelligi ⁊ bene secundo modo: etiam vt ly ... eo ⁊ quo te
neatur causaliter· vt essent nota causalita... tis precise·
Et tunc esset sensus q̄ filius non precise: q... uia est sa
pientia est verbum: ⁊ hoc est verum quia ... tunc pater
(cum sit sapientia) esset verbum· Sed ad ... hunc sen
sum non videtur posse intelligi qđ sequitur· ... s· sapien
tia nullo eo quo essentia· Non· n· quia esse... ntia ideo
sapientia non plus q̄ econtra· ideo essentia ... quia sa
pientia vt videtur: ⁊ ideo precedens modus c... onuenie
tior est· Ex neutro autem istorum modorum ... exponē
di dictum Augu· sequitur q̄ filius aliquo m... odo ex
tra animam sit sapientia ⁊ alio sit verbum: sicut ... con
cludere nititur argumentum· sicut non sequitur ... q̄ al
bedo aliquo alio extra animam sit ens ⁊ alio si... t albe
do: quamuis vtroqꝫ modo ista sit vera· Albedo ... nō in
quantum ens est albedo· ⁊ similiter ista albedo non
inquantum color est albedo: ⁊ tamen non per aliud
a parte rei est color ⁊ per aliud est albedo·

Nunc ostendendum

est responsiones Grego· — Rationes Grego· nō concludit·
non euacuare rationes quas facit Sco· precipue in re
portatis distin· xxxiij· q· j· Et prima ratio Sco· est q̄
pater ex natura rei in primo signo originis habet res
cōmunicabilem vt essentiam ⁊ rem incōmunicabilem
vt proprietatem ⁊ hoc ex natura rei: aliter non esset p
sona ex natura rei: sed realitas cōmunicabilis ex natu
ra rei ⁊ realitas incōmunicabilis ex natura rei non sit
eadem realitas ex natura rei vt patet· ergo· Et hoc ar
gumentum est idem in sententia cum illo prīo facto
presenti di· a Doc· Cum ergo Grego· dicit q̄ argu
mentum Doc· esset efficax probaret q̄ essentia non
esset realiter proprietas · Dico q̄ non sequitur: quia
paternitas cum sit eadem res qđ essentia realiter tan
tum non formaliter: bñ sequitur q̄ sicut essentia est
realiter cōmunicabilis q̄ etiā paternitas sit realiter
cōmunicabilis cum sit vna res realiter: non tamen se
quitur q̄ paternitas sit formaliter cōmunicabilis ⁊
essentia formaliter incōmunicabilis cum non sit vna
formalitas qđ tamen sequeretur si essent formalitas:
sicut etiā sequitur in nobis· homo est realiter capax
beatitudinis ⁊ similiter relatio ... creature
ad deum cum sint res realiter: non tamen sequi
tur· homo formaliter est capax beatitudinis: ergo ⁊ re
latio ipsius ad deum: Sunt· n· distincte formalitates·

Ad argumenta que probant q̄ nō sunt tm̄ in deo duo principia ꝓductiua. Ista argumenta sunt supra in principio q. ¶ Ibi q̄ nō tm̄ sunt due probo: quia plꝰ secūdo politicoꝝ ⁊c. Et infra ibi. Hoc ēt confirmatū per p̄hm̄ ix. metha. vbi videt̄ dicere q̄ potentia rationalis valet ad opposita q̄ sc̄ia est oppositoꝝ. ¶ Hic arguit q̄ ex quo intellectꝰ est īdeterminatꝰ ad opposita ⁊ natura est determinata ad vnum: ergo intellectus habet aliā rōnez principij q̄z natura: natura ⁊ intellectus sunt duo principia ⁊ voluntas aliud: ergo ⁊ plures productiões q̄z due. Pro intellectione huius lr̄e. Primo nota q̄ qñ Ari. distinguit agens in nām̄ ⁊ intellectū qñ agens p̄ intellectuz nō excludit voluntatē. Ari. tñ ex. ii. agit a ꝓposito sine p̄ intellectū ita q̄ intellectus cōcurrit ad agendū cū voluntate qd̄ pōt dupliciter intelligi: vel q̄ actus intellectus sit p̄ncipalis cū actus voluntatis quo vult aliquid: vel q̄ talis actus intellectus sit directiuus voluntatis in operationem. Primus sensus pōt stare tenēdo opinionē quā supradixi q̄ ponit̄ in. z. di. xxv. q̄ cognitio obiecti sit p̄ncipalis cū actus voluntatis. Si secūdus sensus teneat̄ verus est ⁊ magis ad ꝓpositū vt satis patuit. ē. in q. de praxi. Et sic qñ dicimus q̄ intellectus cōcurrit cum voluntate altero istorū modorū dz intelligi vel vtroq̄z modo. vz. q̄ talis cognitio nō tm̄ sit directiua in praxim sed ēt q̄ sit cā p̄ncipalis praxis. Ideē est ergo simplr̄ apud Ari. agere p̄ intellectū ⁊ agere a ꝓposito agere p̄ voluntatē ⁊ agere p̄ potentiā rōnalē de quo vide diffuse in. q. xvj. quoli. Scd̄o nota. ibi. Ad quā dico q̄ intellectus cōparat̄ ad suam nām̄ ⁊c. ¶ Hic dicit Doctor in sñia q̄ intellectus vt cōparat̄ ad suā primā opationē puta ad opationē que p̄cedit actū voluntatis est mere agēs a natura ⁊ de necessitate nature agit qñ obiectū est p̄ns: q̄z tunc sunt due cāe p̄ncipales integrātes vnā totalem ⁊ agentem simplr̄ de necessitate nature. de qbus infra dist. z. q. vij. ⁊. viij. vt vero cōparat̄ ad actū volūtatis nō dicit̄ sic agens a nā vel p̄ modū nature: q̄z aliqū actus intellectꝰ est imperatus a volūtate nō q̄ ille actus eliciat̄ a volūtate. sed ex hoc dr̄ imperari: aut q̄z firmat intellectū in cognitiōe obiecti: ⁊ tūc talis cognitio sic firmata a volūtate imperat̄: aut q̄z remouet intellectū ab vno obiecto cognito ⁊ ꝯuertit ad aliud obiectū: ⁊ sic dr̄ imparcillum actū quo intellectus ꝯuertit̄ ad aliud obiectū cognoscēdo illud: sed de hoc vide diffuse in. z. di. xlij. vbi singulariter hanc mām̄ p̄tractat. ¶ Ibi. Nono metha. c. 4. Potentia rōnalis ꝓprie dr̄ intellectus ⁊ potentia rōnalis p̄ncipaliter dr̄ volūtas: vt pz a Docto. in quoli. q. xvj. Dicit ergo q̄ potētia rōnalis nō pt̄ ex se exire in actū: q̄z tunc simul exiret in opposita. hoc manifeste p̄z: q̄z si in intellectu ponant̄ plures spēs intelligibiles puta albi nigri calidi frigidi ⁊ hmōi: q̄ꝫtum est ex pte sua exiret in cognitionē oīum obiectorū relucentium in illo per spēs intelligibiles. q̄z oībus per modū nature cōpat̄ vt particularis cā: ⁊ q̄ꝫtum est ex se simul oīa intellige et: quod nō est possibile pro statu isto q̄ ⁊ q̄d sit de statu alio alias pertractabitur. Si ergo intellectus vt determinat̄ ad aliud oppositorū. aut hoc ideo est q̄z spēs vniꝰ obiecti intelligibilis fortius mouet: ⁊ patebit infra dist. 3. aut q̄z volūtas pt̄ ipsum determinare ad aliud ⁊ ad aliud obiectū: hoc tn̄ non debet sic absolute intelligi: q̄z volūtas nō posset determinare intellectū ad cognoscendū vnū obiectū nō prius cognitū cū nō habeat actū neq̄z elicitū neq̄z imparatū nisi circa precognitū. sz sic dz intelligi q̄ volūtas pōt firmare intellectū in cognitione vnius oppositi: q̄z tñ intellectus q̄ꝫtum est ex parte sua exiret in opposita: vel q̄z pōt ipsuz remouere a cognitiōe vnius oppositi ⁊ conuertere ad cognitionē alterius: q̄ tñ intellectus q̄ꝫtū est ex parte sua nunq̄z remoueret̄ a cognitione illius oppositi cum sit agens mere nāle: ⁊ multa alia pōt volūtas circa intellectū q̄z breuitatis causa omitto: ⁊ sic volūtas dr̄ potentia rōnalis determinatiua intellectus p̄ncipaliter tñ: ⁊ dico determinatiua modo p̄rposito: ⁊ intellectus dicit̄ potentia determinata rōnalis per essentiā ⁊ dicitur determinata modo p̄rexposito. cetera clara sunt. Et quod dicit in vltimo de voluntate productiua adequati ⁊c. Diffuse pertractat̄ a Doc. in. z. di. j. q. j. ⁊ in quolibe.

Intellectū ꝯcurrere ad agēdū cum voluntate duplicē ēt sensum habz.

Duplr̄ actꝰ intellectꝰ a voluntate imperatur.

Nota d̄ determinatiōe intellectꝰ p̄ volūtatez.

Quō volūtas dicat̄ determinatiua p̄ essentiā: intellectꝰ vo participatiue.

¶ Questio secunda huius secunde partis distin. ⁊ tñ quinta in ordine totius distin.

AD secundam qōnez enim querit̄ de trinitate personaruz in diuinis an tm̄ sint tres psone. Hic doctor primo ꝓbat q̄ tm̄ sunt due psone ꝓducte: ⁊ lr̄a clara est ex p̄cedentibus ⁊ hoc euidentissime ꝓbat̄ a Doc. q. z. quoli. iō si quid difficultatis est differat̄ quousq̄z exponā illā qōnem sicut intēdo exponere oia opa doc. ¶ Ibi. Nūc restat ꝓbare q̄ vna tm̄ nō sit ꝓducta. Ibi dicit vnus Doc. q̄ vnā esse psonā improductā eodē mō ꝓbatur sicut vnitas dei. Cōtra quā opinionē arguit Doc. ibi. Contra iste ꝓbatiões nō vident̄ sufficiētes: ⁊ tota lr̄a clara est vsq̄z ibi. Aliter psuadeo cōclusionē intentā sic. ¶ Et rō stat in hoc q̄ qñ aliqd pōt diuidi i plura supposita eiusdē rōnis si nō determinat̄ ad certū nūeruz suppositorū p̄ aliud a se q̄ꝫtū est ex se pōt esse in infinitis. Si ergo ingenitū pōt esse in pluribus suppositis eiusdē rōnis cū nō possit determinari ad certū nūerū suppositoꝝ cū hoc sit ꝯ rōnē ingeniti q̄ sit determinabile ab alio: ergo in diuinis p̄nt eē infinita ingenita: ⁊ si p̄nt esse necessario actu sunt in infinitis. q̄z nihil est possibile in diuinis ad intra qn̄ actu sit ibi necesse eē.

Opi. Hen. quol. vj. q. prima.

Sz Ocham responderet hic sicut rñdet. q. j. quoli. primi. q̄ non est demōstrabile q̄ spēs plurificabilis nō determinat se ad certū numerū indiuiduorū: q̄z nō pōt demōstrari qn̄ aliq̄ astra sint eiusdē spēi: ⁊ tñ illa sm̄ p̄hos determināt sibi certum numerū indiuiduorū sub qualibet spē: ita q̄ p̄ nullā potētiā p̄nt plura fieri sub illa spē. ¶ Sed hec rō nō concludit: q̄z etsi plura indiuidua sz certū nūeruz ꝯtineat̄ sub aliqua spē hoc nō erit sm̄ nām̄ illius spēi sed per aliqd extrinsecū: Doctor aūt loqt̄ qd̄ est ex se plurificabile in plura eiusdē rōnis ex se nō determinatū ad certū numerum indiuiduoꝝ: ⁊ si determinet̄ hoc erit aliūde. ¶ Deinde qñ dicit Ochā q̄ nō pōt demōstrari qn̄ aliq̄ spēs astroꝝ si pōt eē in pluribꝰ indiuiduis qn̄ possit esse in infinitis: dico hoc ꝓbare q̄ nō possit demonstrari: sz ista materia diuittat̄ vsq̄z ad. q. scdaz quoli. Scoti. q̄z ibi diffuse p̄tractat̄ ⁊ clarius patebit q̄ rñsio Ocham ad argumētuz Doctoris nō euacuat illud. Sequentia clara sunt.

Respon̄ io Ocham.

Elidi rñsio C. haz.

Ad argumenta principalia. Primum argumētuz cū sua rñsio ne clarū est. Et qd̄ dicit de relationibus in cōi: difficultas est an a pluribus relationibus ꝓductiū possit abstrahi vnū cōe puta ꝓductiuū: ⁊ si hoc possumus dicere q̄

IOANNIS STOEFLERI IVSTINGENSIS MATHEMATICI ERVDITISSIMI, Faciléque omnium principis, in PROCLI DIADOCHI, authoris grauissimi Sphæram mundi, omnibus numeris longè absolutissimus commentarius. Ante hac nunquam typis excusus.

AD EMPTOREM.

ACCIPE nunc tandem, studiose lector, Ioannis Stœfleri Iustingensis Suevi, in Proclum commentarium elegantissimum, studijs hactenus tuis desideratissimum tantoperéque ab eruditissimis etiam Germaniæ uiris, non sine summa ratione, toties à nobis efflagitatum. Siquidem in huncipsum, licet in speciem exiguum, uir doctissimus ille Mathefeos, admirando & ferè incredibili quodam artificio congessit, quicquid uspiam apud bonos authores reuerendæ uetustatis, historiarumúe, ac rerum planè reconditarum, adeoq; præclaræ eruditionis existit, quibus omnibus quoquo modo uel tyronem artis huius instituere, uel summam etiam cuiusuis peritiam iuuare posset. Quòd si operi huic nostro faueris, propédiem in CL. AV. Ptolemæi libros Geographicos uerè nobiles, iusta commentaria, eaq́ue consumatissima, ut & omnia uiri huius sunt scripta, non cunctabimur exhibere. Tu interim ijs fruere ἀγαθῇ τύχῃ, conatumque uicissim nostrum, pro ingenuitate tua, sedulo adiuua. Vale. Ex ædibus Morhardinis nostris Tubingæ, Christianæ salutis an. M. D. XXXIIII.

SCHRADINVS LECTORI.

En hæc prima tibi celebris præcepta mathesis,
Mira tamen pariter Stœflerus hicce dedit.

Chauue.

CATALOGVS AVTHORVM QVORVM STOEFLERVS uel testimonio utitur uel scripta prudenter interpretatur.

Abrachis
Abraham Auenare
Aelianus historiographus
Agatosthenes
Albertus Magnus
Albategni
Albumasar
Alexander philosophus
Algazel philosophus
Alkindus
Alkabitius
Almeon
Almansor
Anatolius Alexandrinus
Alphraganus
Alphonsus
Alpharabius
Ambrosius
Ametus
Amphis comicus
Anaxagoras
Apollonius
Apuleius
Aratus
Aristoteles
Aristonicus
Arsatilis astronomus
Artemidorus
Auerrois
D. Augustinus
Auicenna
Auienus
A. Gellius
Ausonius
Azarchel
Bassus poeta
Beda presbyter
Berosus Chaldæus
Bion Borysthenites
Boœtius
Cæsar Germanicus
Campanus
Cassiodorus
Cato
Chael Israheliticus
Chrysippus
Cicero
Claudianus poeta
Cleomedes
Columella
Cornelius Tacitus
Crates tragicus
Cyrillus
Democritus philosophus
Demochates
Diodorus Siculus
Diogenes
Dionysius abbas
Dionysius Areopagita
Dioscorides
Eratosthenes
Euclides
Euenus
Euripides
Eusebius
Franciscus Capuanus
Galeotus Namiensis
Ganphredus
Gerlandus Lotharingus
Georgius Purbachius
D. Gregorius
Guido Bonati
Guilelmus author ratiõalis.
Hali Aben Ragel
Hali Heben Rhodan
Hermes
Hermannus contractus
Hermolaus Barbarus
Herodotus
D. Hieronymus
Hipparchus Niceus
Hippocrates
Hippias Eleus
Homerus
Hyginus
Hystrius
Ioachimus Vadianus
D. Ioannes Chrysostomus
Ioannes Damascenus
Ioannes de Sacrobusto
Ioannes Pisanus
Ioannes à monteregio
Isidorus
Iulius Cæsar
Lactantius
L. Valla
Leonardus Camillus
Leonardus Pisaurensis
Leopoldus filius ducatus Austriæ.
Linconiensis
Lucanus poeta
Lucretius poeta
Ludouicus Cælius
Macrobius
M. Manilius
M. Venetus
M. Varro
Marsilius Ficinus
Martianus Capella
Marianus Scotus
Marcianus
Martialis
Mercurius trimegistus
Mesalac
Metrodorus
Museus
Nicetes
Nicolaus Donis
Nicolaus Monachus
Nicolaus Lyra
Omnibonus
Onesicritus
Onosander Platonicus philosophus.
Origenes
Orosius
Ouidius poeta
Paniastes
Paulus Orosius
Pausanias
Periandrus Rhodius
Petrus de Abano
Petrus Valla
Pherecydes
Philostratus
Pindarus poeta
Plato
Plinius
Polybius historiographus
Pompo. Mela.
Porphyrion
Posidonius
Priscianus
Probus grammaticus
Ptolemæus pheluſinus
Ptolemæus Claudius
Pythagoras
Ragiel
Raphael Volaterranus
Reinherus
Rufus Festus
Salomon astronomus
Scotus
Seneca
Seruius grammaticus
Sypontinus
Solinus
Sophocles poeta
Statius poeta
Strabo
Suetonius
Suidas
Sulpitius
Tertullianus
Thebit
Theodosius
Theophilus
Theophrastus
Theodectes
Therel philosophus
Thomas Aquinas
Thomas Linacrus
Tibullus
Valerius Maximus
Vegetius de re militea.
Victorinus Leoniensis
Vitruuius
Virgilius
Zeel astrologus

An'ne quid etiam Casco in Cascum liceat? Sed hęc hactenus, princeps optime, non quidem ut falsa pro ueris persuadeam, magis autem ut breui argumento, sub clarissimo tuo nomine tyrones accipiant, quid nam potissimum rei sit, qua gratia tam illustre artificium hodie passim tam malè audiat, etiam apud eos, qui sibi consummatissimæ eruditionis titulo tam bellè blandiuntur. Proinde illustrissime princeps, tuæ humanitatis fuerit, hunc librum uaria eruditione refertissimum, non solum contra inuidos authoritate grauitateq́; qua præcæteris plurimum uales, tueri: uerumetiam insignem academiam Tubingensem tuam (apud quam laudatissimus ille patruus tuus princeps duxq́; EBERHARTUS VVirtembergensis &c. mirè animum oblectauit suum, tuq́; indies præterea eandem adaugere cogitas) ob uenerandam senis huius memoriam, magnificè, ut assoles, fouere. Hinc fiet, ut & eruditorum copiam uirorũ in patria tibi pares, patriamq́; terram, tum pia, tum prudenti administratione pacatam perpetuò conserues. Vale, Cumq́; CHRISTOFERO filio tuo, expectationis maximæ, ac indolis optimę principeq́; dignissima, duce illustriss. nostro, christo annuente, feliciter uiue. Stuggartię, pridie Calend. Septembres anno redempti orbis M. D. XXXIIII.

$

A

Fabulæ

F

FABVLAE.

G

H

Mathema-

S

T

A

IN PROCLI DIA-
DOCHI SPHÆRAM, IOANNIS STOEFLERI IV- stingensis, commentarius absolutissimus incipit.

Contextus sphęræ huius inscriptio.

PROCLI DIADOCHI SPHÆRA.



ROCLOS PLVRES LEGIMVS, AVTHORIBVS SVIDA Proclus Naucratita
& Philostrato. Quorũ primus Proclus Naucratita. Quem Suidas
Philostratus asserit unum fuisse ex suis præceptoribus, & Philostratus
Athenis docuisse: Filiumq́ꝫ habuisse luxui deditũ. In quem
non modo nõ seuerus fuit, sed usq́ꝫ adeo indulgens, ut in a-
lẽdis auibus, canibusq́ꝫ plus q̃ in docẽdis literis adesset &c.
Naucratita appellatus, à Naucratito Nomo aut præfectura
Aegypti. Testis Plinius lib. 5. cap. 9. Et Naucratis ciuitas Aegypti, de qua idem Plinius
lib. 5. capi. 10. non longè ab oppido, quod ab eo & Ptolemæo lib. 4. capi. 5. tabu- Ptole.
B læ 3. Africæ appellatur Sais. Et Plinio Naucraticum ostium Nili, quod alij (pu-
ta Ptolemæus) Heracleoticum nominant. Secundus Proclus è Sicilia Mal- Proclus Malleotes.
leotes patria. Scripsit in sophismata Diogenis, & contra Epicurum. Tertius Proclus Proculeius
Proclus cognomento Proculeius, ex Laodicea Syriæ. Qui scripsit Theologicũ
in Pandoræ fabulam, Hesiodi in aurea carmina, Isagogen in arithmeticã Nico-
machi, & quędã alia geometrica. Quartus, & est noster Proclus, natione Ly- Proclus Diadochus
cius, discipulus Syriani: philosophus Platonicus, pręfuit scholæ Atheniẽsi. Cu-
ius discipulus & successor Marinus Neapolitanus fuit. Scripsit plura in philo- Procli opera
sophia, mathematica & grammatica, commentarios in totum Homerum. Is est
cuius opera, quæ ad nos uenere, hæc sunt. Cõmentarij in Platonem: Sufforma-
tiones astronomicę: Fabrica astrolabij: & opusculum sphęræ, quod in manibus
habemus. Scripsit præterea contra Christianos epicheremata decem octo. Ad-
uersus quem Ioannes, Grammaticus cognomento aut Philoponus, genere
Alexandrinus scripsit Apologiam, dictitans: Eũ quamquam in rebus Græca-
nicis magnum, stultum tamen esse, & in hac parte indoctum. Aduerte nostrum
Proclum fuisse Lyciũ. De Lycia Ptole. lib. 5. ca. 3. Tabula 1. Asiæ. Et Plinius lib.
5. capi. 27. Vbi habet, quòd quondam habuerit septuaginta oppida, nunc tantũ
C triginta sex. Tot enĩ numeret Ptole. Syrianus Alexandrinus philosophus Pla- Syrianus
tonicus, docuit Athenis, scripsit in totum Homerum. Cõmentarios septem in
rempub. Platonis: & alia. Huius discipulus & successor fuit noster Proclus. Ma- Marinus
rinus Neapolitanus philosophus & orator, græce eruditus Procli discipulus
& successor, sub Adriano scripsit ipsius Procli & uitã & disertationes, uersibus
& soluta oratione. Quare iuxta coniecturam, Proclus floruit sub Traiani tem-
poribus, aut circiter. Diadochus non (ut opinor) à ciuitate Lyciæ, ut nos dici-
mus. N. Vlmensis, N. Augustensis, N. Constantiensis &c. Nulla est enim ciui- C. Plinius tamen lib. 6. cap. 30. Vt genuia lectio habet, Dochos populos recenset.
tas huius nominis in Lycia. Immo nec huius nominis ullã offendo apud Geo-
graphos. Quare nomen familiæ, aut prosapiæ esse crediderim. Vt de Scipioni-
bus, Flauijs, Flãminijs, aut Quintijs facile exempla induci possent. Sic Proclus
noster à prosapia Diadochus appellatus: Vt reor, à gẽma, authore Plinio ca. 10.
lib. 37. Est enim gemma Beryllo simillima Diadochos nominata. Nec id incõ- Eius uires lege apud Camillũ
uenit. Nam nostri Germaniæ nobiles fere innumeri, cognominanť à duris &
immanibus lapidibus, saxis, rupibus, montibus. Vt Herttenfelser, Trakken-

felser, Gryffenfelser, Herttenstainer, Klingenberger, Helfensteiner, Rech- D
berger &c. Conuenientius igitur à pretiosis lapidibus cognomina usurpantur.
Opusculum hoc tractat de sphęra, quapropter secernitur ab alijs eiusdem li-
bris. Quanquam libellus de fabrica Astrolabij etiam sit de sphæra, non tamen
cõsimilis est tractatus. Quia in eo sit tractatio de sphæra proiecta uel extensa in
Planisphęriũ planum. Quocirca planisphęrium appellatur. Hic autem de sphæra fit mentio,
prout est corpus globosum, rotundum, multis & uarijs circulis ornatum. Nõ
sit obsecro, candidi auditores, libellus nostri Procli, quem interpretari polliciti
sumus, uobis cõtemptuĩ & leuis existimationis, ob id, quòd paruulus est. Num
Euangelij estis sectatores? sequamini igitur redemptorem uestrũ. De quo Mat
Matthæus thæus scriba euangelicę ueritatis, capi. 18. scriptum reliquit. Aduocans IESVS
Dauid paruulũ, statuit eũ in medio eorũ. Custodit sanè paruulos Dominus. Psal. 114.
Non raro comperimur longe pretiosiora esse parua corpuscula magnis.
Iaspis Quod in gemmis & lapillis manifestũ est. Iaspis pręcipuè, uiridis gemma par-
ua, pretiosior tamen ob innumeras suas uirtutes plurimis magnis saxis aut pe-
Molochites tris. Immo auro dignior. Quid de Molochite minuto lapillo referam? qui in
cunabulis puerorum appensus (teste Dioscoride) eos à casibus nociuis custo-
Dioscorides dit. Ecce paruulus paruulis præstat iuuamen. Quid de Hyacintho, Carbuncu-
lo, Smaragdo, Chrysopraso & alijs dicam? quorum corpora parua, uirtus autẽ E
Formicarum industria maxima. De gemmis ad animantia uenio. Formicis nostratibus minutis ani-
malibus magna inest fortitudo, uirtus, sagacitas, aut (ut ita dicã) prouidentia.
In annũ enim cibos cõdunt: Si quis comparet onera corporibus earũ, fateatur
nullis portione uires esse maiores. Operantur noctu plena luna. Eædem & in-
terlunio cessant: Sepeliuntur inter se uiuentium solæ, præter hominem. Iam in
Plinius opere qui labor, quę sedulitas? Hæc Plinius, lib. 11. cap. 30. Quid de apibus, quid
de araneis loquar? Profecto in pluribus excellunt maxima animalia, puta, e-
quos, boues, camelos, trigides &c. Quid de hominibus paruæ staturæ? Illud
Statij. Maior in exiguo regnabat corpore uirtus.
Statius. Sphærę Procli commendatio. Simile sumite, ò auditores optimi, de nostro libello iudiciũ. Sane paruulus est,
sed nobilis & pretiosus admodum. In eo enim (ut unico me uerbo expediam)
sunt radices, principia & fundamenta, quibus posthabitis, periclitabuntur o-
mnes ingenuæ artes, & præcipue Astronomia. In eo sane breuiter, succincte &
ordinatè traduntur ea, quæ nouitijs, præcipuè astrologiæ disciplinam cupien-
tibus, aditum prębent & uiam patefaciunt. De nobilitate Astronomiæ, de qua
Aristo. præsens tractat libellus, hæc adiungere libuit. Philosophus in principio sui libri F
de aĩa, uult. Quòd gemino modo sciẽtia aliqua nobilior alia proclamet. Primo,
dignitate subiecti: Cuius ratio est. Quia subiectũ est materia & causa, circa quã
Astronomiæ ingenuitas. scientia uersatur. Et hoc modo nemo ambigit, cæteris paribus, causa nobiliori
existente, effectum eius esse nobiliorem. Et hoc est quod pręfatus philosophus,
Subiectum scientiarum. secundo de Cœlo, 12. Metaphy. Et 16. de animalibus, & eius cõmentator Auer-
Auerrois rois confirmant. Quòd melius est parum scire de re & subiecto nobiliori, quàm
multum de uiliori. Quare melior est scientia nobilioris: Immo ob scientiam ui-
lioris imperficitur & uilescit. Vt idem 12. Mataphy. Quòd non esset, nisi uilita-
te subiecti. Certum est igitur scientiæ dignitatem ex subiecto & materia, cir-
Scientiarũ ratio formalis. ca quam uersatur, attendi debere. Secundo scientia nobilitatur demonstratio-
nis certitudine, & modo procedendi. Quoniam cum ratio formalis scientiæ sit
causæ cognitio, & ad effectum processus, uel contrà: Et quanto huiusmodi no-
titia eorum firmior est, tanto & scientia nobilior. Tanto autẽ notitia est firmior,
quanto processus certior & demonstratio uigorosior. Quare certitudine modi
demonstrandi, scientia quælibet nobilitatur. Astronomia autem utroq; modo
reliquas

A reliquas ſcientias uincit & excellit. Primo quidem nobilitate ſubiecti. Subiectũ enim eius eſt corpus cœleſte mobile circa mediũ. Tale autem quum ſit ſubſtantia, nobilius eſt ſubiectis ſcientiarũ mathematicarum: quæ quidem quantitates ſunt: Vt magnitudo & numerus: ut omnes fatent̃. Præterea quoniã ingenerabile, incorruptibile, nec creſcens, nec decreſcens, nec uariatione permutat̃, ſed ſemper in propria ui ſuæ naturę ſubſidijs nixũ cuſtodit̃: Primo de cœlo & mundo. Quod ob eius excellentiã locũ nobiliorem, altiorẽ & primo Principio propinquiorẽ ſibi uendicauit, & omniũ generabilium & corruptibiliũ cauſa, ex omniũ ſñia philoſophorum. Corpus igit̃ cœleſte, inter omnia corpora pręſtantiſſimũ eſt. Quocirca aſtronomia excellit alias mathematicas ſcientias: minime aũt diuinã. Accedit ad hoc, quòd cœleſtium corporũ formas inueſtigãtes, ad DEVM propius accedũt: hac uia Prima cauſa potiſſimũ & facilius dignoſcitur. Quare ſacræ theologię tanq̃ dominę, ipſa aſtronomia, ut ancilla, præ cęteris famulatur. Teſtis eſt diuus Paulus ad Roma. 1. Inuiſibilia DEI, à creatura mundi ꝑ ea quæ facta ſunt, intellecta cõſpiciunt̃: ſempiterna quoq; uirtus & diuinitas.

Aſtronomiæ nobilitas. *Ariſtote.* *Paulus apoſto*

B Sed inter omnes creaturas uiſibiles, cœleſtia corpora, de quibus aſtronomia cõſiderat, ſua magnitudine ac multitudine, ſuorumq; motuũ & influxũ mira uarietate, uariaq; uirtute, in DEI cognitionem & admirationẽ maximè nos inducũt. Quare Dauid pſal. 18. egregie cecinit. Cœli enarrãt gloriã DEI, & opera manuũ eius annunciat firmamentum: Et eodem pſal. Domine dominus noſter, quàm admirabile eſt nomen tuũ in uniuerſa terra. Quoniam uidebo cœlos tuos, opera digitorum tuorum, lunã & ſtellas, quę tu fundaſti. Et ideo aſtronomia haud indigne naturalis theologia nominat̃. Quia ſicut ſuperior theologia ad DEI cognitionẽ per ſupernaturalem fidem inducit: ſic iſta, tanq̃ inferior ancilla, eidem ſubſeruiens, ad diuinæ cognitionis introductionẽ per naturalem rationẽ manuducit. Nam per effectus in cognitionẽ cauſæ deſcendimus. Ad idem Auguſt. 11. de ciui. cap. 21. Tria quaſi (inquit) maxime ſcienda de creatura, nobis oportuit intimari. Quis eam fecerit, per quid fecerit, & quare fecerit. Si ergo quęrimus quis fecit. Deus eſt: Si per quid fecerit, dixit fiat, & facta eſt. Si quare fecerit, quia bona eſt. Nec author eſt excellentior Deo: Nec ars efficatior DEI uerbo: Nec cauſa melior, q̃ ut bonum crearetur à bono Deo. Et idem, non tamen in eo capitulo. Ex perpetuitate creaturarum, intelligitur creator æternus: ex ordine & diſpoſitione, ſapiens: ex gubernatione, bonus. Ad ea pulchre alludit poëta Ouidius primo Faſtorum, inquiens.

Naturalis Theologia. *Auguſti.* *Ouidius*

C Quid uetat & ſtellas, ut quæq; oriturq; caditq;
  Dicere? promiſſi pars fuit illa mei.
Felices animæ quibus hæc cognoſcere primùm,
  Inq; domos ſuperas ſcandere cura fuit.
Credibile eſt illos pariter uitijſq; iociſq;,
  Altius humanis exeruiſſe caput.
Non uenus & uinum ſublimia pectora fregit
  Officiumque fori, militiæue labor.
Nec leuis ambitio, perfuſoq; gloria fuco
  Magnarumque fames ſollicitauit opum.
Admouere oculis diſtãtia ſydera noſtris
  Aetheraq; īgenio ſuppoſuere ſuo.
Sic petit̃ cœlũ, nõ ut ferat Oſſan Olympus.
  Sũmaq; Pelιacus ſydera tangat apex.

Eſt & ſecũdo hæc ſcientia nobilis & digniſſima demonſtrãdi certitudine & firmitate. Probat namq; certiſſimis ratiõibus, ſcilicet mathematicis demonſtrationibus, in q̃bus nulla intercipitur ambiguitas, ſed retinẽt certitudinis gradũ ſupremũ. Teſtis eſt Auerrois ſc̃do metaphyſices. Quare ratiõe procedendi & naturalem excedit (metaphyſica) & diuinam, non tamen mathematicam. Modo autem procedendi utitur mathematico, ut eſt uidere in Almageſto Ptolemæi. Et ideo certiſſima eſt prædicanda.

Auerrois

DE AXI ET POLIS.

TEXTVS PROCLI

AXis mundi uocatur demetiens ipsius, circa quam uoluitur. Axis, extrema, poli mundi, seu uertices, sunt nominati. Horum alter septentrionalis alter au strinus dicitur. Septentrionalis, qui semper in nostra habitatione apparet: Austrinus contrà, qui semper, ut ad nostrum horizonta, conditur. Sunt tamen in terra loca quædam in quibus polus, qui semper nobis conspicuus est, ijs qui ibi degunt haudquaquam cernitur. Qui uero nobis perpetuo occultus est, ijsdem conspicuus euadit. Rursus quoque locum quempiam in terris inuenias, ubi ambo poli, æquabilem in horizonte situm habent. A

STOEFLERI INTERPRE.

Mundus

PRincipio conuendum (authore Cleomede primo de meteóris) Mundus dicitur multis modis. Primo mũdus est ex cœlo terraque, nec non naturis, quæ in eis comprehenduntur opificiũ. Is corpora cuncta comprehendit, nec extra ipsum prorsus quicque est; non infinitus, sed definitus comprobatur. Hæc Cleomedes quasi ad literam. Et plures in se recipit partes. Quare secundo considerandũ, quod antiquitas & grauissimi theologi tres figurarunt mundos: scilicet, ultramundanũ, cœlestem & sublunarem. Supremum omniũ ultramundanũ, quẽ theologi angelicum, philosophi intellectualem uocant: quia à nemine satis decantatus est, inquit Plato in Phedro. De quo mihi nil loquendũ, nec est de cõsideratu astrologico. Proximus huic cœlestis appellatur, qui ex orbibus cœlestibus quotquot sunt integratur, & usitatò cœlum nominatur. De eo mũdo sæpius loquitur Cleomedes, puta primo de meteoris, capitulo De causa incremẽti inæqualis dierum: & capitulo, Quod mundus sit globosus, et capit. Quod terra sit mundi medium &c. Et Plinius Secũdus lib. 2. ca. 1. Naturalis historię sic habet. Mundum, & hoc quod nomine alio cœlum appellari libuit, cuius circumflexu teguntur cuncta, numen esse credi par est, ęternum, immensum, neque genitum, neque interiturũ unquam. Pulchrum est hoc caput cum nõnullis sequentibus. Strabo lib. 1. Supponendum (inquit) & mundi formam esse rotundam, & rotundam terræ superficiem &c. Et Lucanus primo Pharsa. B

Vltramundanus. — Plato — Cleomedes — Plinius — Strabo — Lucanus

At Figulus cui cura deos secretaque cœli
Nosse fuit, quem non stellarum Aegyptia Memphis
Aequaret usu, numerisque mouentibus astra:
Aut hic errat (ait) nulla cum lege per æuum C.
Mundus, & incerto discurrunt sydera motu.
Aut si fata mouent, urbi generique paratur
Humano matura lues. &c.

Aether — Iohannes de Sacrobusto. — Aristoteles — Mar. Ma.

Et hoc pacto accipitur hic mũdus. Mundus ille à pluribus nominatur Aether, aut ætherea regio. Sic accipit Iohannes de Sacrobusto in libello de Sphæra mundi, capitulo primo § Vniuersalis. Vniuersalis autem (inquit) mundi machina in duo diuiditur, in ętheream, scilicet, & elemẽtarem regionẽ. Et infra. Circa elementarem quidem regionem, ętherea regio lucida, à uariatione omni sua immutabili essentia immunis existẽs, motu cõtinuo circulariter incedit. Et hęc à philosophis Quinta nominatur Essentia. Et sic recipitur pro cœlo. Aristoteles enim æthera cœlum dixit ab ἀεὶ idest, semper, & θέω uoluo aut curro: quasi semper & perpetuam uolubilitatem indicet. Nam primo libro Meteorologiæ sic scribit. Corpus enim circulare, cũ semper curreret, simul diuinum quippiã inesse opinantes, ætherem nominari statuerũt. Quem sequitur Marcus Mani. lib. primo cap. quarto

Aëra per gelidum tenuis deducitur axis
Libratumque regit diuerso cardine mundum.

Sydereus

A Sydereus, circa medium quem uoluitur orbis,
Aethereosq; rotat cursus immotus. At ille. &c.
Et infra.
Quodcunq; in medio est circa quod cuncta mouentur. Et infra.
Hoc dixere axem, quia motum nō habet ullum.
Ipse uidet circa uolitantia cuncta moueri.
Ad idem Ouidius lib. 5. Tristium ad cæsarem Augustum. Ouidius
Sic habites terras ut te desideret æther.
Et idem 15. Methamor. Fab. 51. & ultima loquitur de cæsare Augusto.
Sic & Saturnus minor est Ioue, Iupiter arces
Temperat æthereas & mundi regna triformis.
Terra sub Augusto est. &c.

Inde fit, ut qui multas à superioribus habent dotes, dicantur plurimum ætheris habere. Quod Hiarchas Indus de Apollonio Theanæo testificatus est, dicens. Hiarchas Mirari nemo debet, O Apolloni, te diuinandi scientiam consecutum, cum tantum ætheris in animo geras. Non tamen sum nescius, etherem sæpius significare ignem & etiam aerem: sed de his alibi dicemus. Tertius mūdus dicitur sub-B lunaris, quem nos incolimus. Quem supra Ioannes de Sacro Busco uocat elementarē, & is nobis est notior & manifestior. De quo suo loco abunde dicemus. Io. de Sa. Bu. Secundo loco aduertendum, quod axis mundi (ut habet Proclus) uocatur dimetiens ipsius circa quā uoluitur. Lucidius sic diffinitur. Axis mundi est linea recta per centrū sphæræ transiens, ex utraq; parte suas extremitates ad sphæræ circumferentiam applicans, circa quam sphæra mouetur uel conuertitur. Axis diffinitio Et dicitur axis (ut nonnullis placet) ab agendo, id est, mouendo, quia circa eam mundus sine intermissione circumrotatur. Et nominatur axis ad similitudinem ligni teretis aut stipitis, super quem rota currus uertitur, Germanica lingua, ain achs, & est ferme semilatinum. Et notanter diungitur hæc particula. Circa quam sphæra mouetur aut circumuoluitur. Nam non omnis linea recta per medium sphæræ transiens & ex utraq; parte applicata, dicitur axis, sed ea sola circa quam conuertitur, rotatur, atq; intorquetur sphæra. Et hanc particulam Theodosius de Sphæris in principio, cū axem diffiniret, diligenter annotauit. Nec id latuit Marcum Manilium, supra de axe mundi locutum. Achs Theodosius

C Aëra per gelidum tenuis deducitur axis. &c.
Accedit pulchre Cæsar Germanicus Arati in Phænomenon interpres, his carminibus. Cæsar Ger.
Cætera quæ toto fulgent uaga sydera mundo,
Indefessa trahit proprio cum pondere cœlum
Axis, stat motus semper uestigia seruat
Libratasq; tenet terras, & cardine fhino
Orbem agit extremum, geminis determinat axem.
Quem Graij dixere polon: Pars mersa sub undas
Oceani, Pars celsa sub horrifero Aquilone.
Ad idem, Rufus Festus paraphrastes Arati.
Mobilis, en, etiam mundi se machina uersat
Ponderis ac proprij trahit inclinatio cœlum.
Sed non axis item curui uertigine fertur
Aetheris, ut stylus in stabili conuoluitur orbi
Luce manente, tenuisq; procul sacra uiscera cœli
Perforat, & mediæ molem terræ tenet illum. Et infra.
Constitit & ferri se circum cuncta remisit.

Nec minus extremo dispar polus oceano pars D
Sublime erigitur, subit altera mersa sub undas
Pars erebum & nigri iacet hæc ut conscia ditis. Et infra.
Ac teres in gemina stridit uertigine cardo,
Alter in obtutum facilis latet, alter & alto
Deprimitur Barathro. &c.

Nigear .i. axis

Et nostra tempestate Aratus latinus factus, similem habet sententiam, quem legito. Sed nec id tacendum est, quòd axis arabice aut hebraice dicitur Nigear. Mesalàc libro de uirtute motoris. Nigear (inquit) sphęræ, est linea recta quęlibet transiens per centrum, ex utraq; parte ad superficiem perueniens, cũ ipsa sphæra figitur, & sphæra circa ipsam uoluitur. Diameter & axis habent se sicut inferius & superius. Omnis enim axis est diameter, sed non conuertitur prædicatio. Diameter sane est linea recta transiens per medium figuræ, siue sit plana, siue sit solida, siue rotunda, siue angularis: Et hoc modo dicimus diameter circuli, diameter quadrati.

Diameter

Hyginus

Hyginus, in suo astronomico poëtico, uocat axem dimensionem. Dicit enim. Dimensio, quæ totius ostenditur sphęræ, cum ex utrisq; partibus eius ad extremam circumductionem, rectæ ut uirgulæ, perducuntur: Quæ dimensio à compluribus axis est appellata. Huius autem cacumina, quibus maxime sphæra nititur, poli appellantur. Quorum unus ad aquilonem spectans, Boreus, alius oppositus Austronotus est dictus. De axi uide etiam Alphraganum Differentia secunda. E

Polus quid

Tertio loco cõtuendum. Quòd polus est extremitas aut punctus finiens lineam, quam iam nominauimus axem. Vnde sphæræ motus dicitur fieri super axem & super polos. Ideo poli inesse dicuntur sphærę, quasi corporis moti super illos. Dictus polus, à πολέω uerbo græco, quod uerto significat uel circumago. Et πόλος græce, latine dicitur uertex. Altissimæ sane partes cœli, quas græci πόλος uocant, latine uertices dicuntur, quòd circa hos mundus rotetur & uertatur. Dicuntur & cardines, à similitudine eorum, circa quos ianuæ uertuntur & uoluuntur. Est tamen cardo generalius uocabulum quàm polus, aut uertex. Quia extendit se etiam ad orientem & occidentem.

Vertices

Cardines

Polus geminus

Septentrionalis uel Arcticus &c.

Austrinus Antarcticus

Tertio considerandum. Quòd geminus est polus, Septentrionalis, Arcticus, Borealis, siue Boreus, Aquilonius, siue altissimus: Et is nobis, qui sedes in aquilonem habemus, semper apparet, id est, nunquã occidit. Alter Austrinus aut australis, Antarcticus, Meridionalis aut meridianus, Notus aut Notius, imus, depressus. Qui ab aquilonaribus uideri non potest. De his Germanicus Cęsar, Rufus Festus, ubi supra, Aratus, Hyginus. Et Virgilius primo Georgicorum. F

Hic uertex nobis semper sublimis, at illum
Sub pedibus styx atra uidet, manesq; profundi.

Quarto aduertendum, Proclus in textu tria habitati orbis terreni loca determinat. Primus, eorum est, qui septentrionem colũt. His septentrionalis polus semper apparet: Qui his austrinã plagam habitantibus, propter terræ tumorem & globositatem, obtutui minime obijci potest. Secundus eorũ est, qui in meridie uitam agunt: His austrinus polus semper cernitur, qui nobis septentrionarijs ob terræ gibbum deliter. Tertius locus est eorum, qui habitant sub æquinoctiali circulo, id est, sphæra recta His uterq; polus iacet in horizonte, & omnia sydera oriuntur & occidunt. Hactenus de textus dilucidatione.

DE CIRCVLIS SPHAERAE.

TEXTVS PROCLI

Aequidistantes.

Circulorum sphęræ, alij paralleli siue æquidistantes sunt, alij obliqui, alij per polos ducti. Aequidistantes sunt, quibus ijdem cum mundo poli

A do poli sunt. Sunt aūt hi numero quinq;, Septentrionalis, Solstitialis, Aequator, Brumalis, Antarcticus. Septentrionalis igitur circulus is est, qui omniū, quos perpetuo cernimus, plane maximus est, quiq; horizonta solo puncto cōtingit, totus supra terrā interceptus. In hoc quæcunq; clauduntur astra, nec ortum, nec occasum norūt, sed circa polum uerti tota nocte cernuntur. Porrò is circulus in nostro tractu, à priore maioris Vrsę pede describitur. — *Septentrionalis.*

Solstitialis aūt circulus is est, qui omnium, qui à sole describūtur maxime septentrionalis habetur. In quem cum se sol receperit, æstiuā reciprocationem peragit. Longissimusq; totius anni dies, breuissimaq; nox exit. Post hanc autem reciprocationem, nequaq; ultra septentriones uersus solem progredi, quin potius ad diuersa mundi regredi cernas: Vnde & Tropico græcè nomen. — *Solstitialis, Is & tropicus*

Aequator circulus est, qui maximus æquidistannum circulorum statuitur: ita nimirum ab horizonte dissectus, ut alter eius semicirculus supra terram, alter sub terra condatur. In hoc sol duplex æquinoctium, uernum, autumnaleq; facit. — *Aequator*

Brumalis circulus est, qui omniū circulorum, qui à sole mundi circumactu describun-
B tur, maxime ad austrum pertinet. In quo sol brumalem reciprocationem facit. Maximaq; totius anni nox, minimusq; dies efficitur. Post hanc metā nequaq; ultra progreditur sol, sed ad alteras mūdi partes reuertitur: Vnde tropicus hic quoq;, quasi uersilis appellatur. — *Brumalis, qui & itē tropicus*

Antarcticus uero circulus, æqualis & æquidistans septentrionali circulo est, & horizonta uno puncto cōtingens, totus preterea sub terris mersus. In quo sita astra semper nobis occulta manēt. — *Antarcticus*

Maximus autem ex quinq; memoratis circulis est Aequator, deīde tropici, minimi uero (quod ad nostram habitationē dixerim) arctici. Porrò hos circulos citra omnem latitudinem intelligi conuenit, ratione cognobiles, ex astrorum situ, & eodem Dioptræ obtutu, & nostro intellectu deliniatos. *Sensu enim unus Lacteus discerni in* cœlo potest, reliqui omnes ratione.

PRincipè operæpretiū est præscire quid sphæra. Omnis sanè de aliqua re institutio, q̄ à ratione suscipit, debet à definitione proficisci, ut intelligat quid sit id, de quo disputatur. Est igitur sphæra (authore Theodosio libro de sphęris) — *STOEFLERI INTERPRE.* *Sphæra quid Theodo.*
C solidum quoddam, una superficie cōtentum, in cuius medio est punctus, à quo oēs lineæ ductæ ad circumferentiā sunt æquales. Porrò hic textus distribuit in quatuor partes. In prima diuidit circulos sphęræ trifariam, puta in parallelos, obliquos, & per polos ductos. In secunda prosequitur primam partem diuisionis, scilicet, de parallelis, ibi. Aequidistantes sunt. In tertia tractat de maioritate & paruitate circulorū parallelorum, ibi. Maximus autē ex quinq; &c. In quarta cōcludit de latitudine circulorū, ibi. Porrò hos circulos. De primo membro ternariæ diuisiōis, puta, de circulis parallelis, determinat Proclus hic & in septē sequentibus capitibus. De secūdo membro, scilicet, de circulis obliquis, infra in ca. de Signifero, & ca. de Lacteo circulo. De tertio membro, scilicet, de circulis p̄ polos ductis, infra De Coluris. — *Circuli acceptio.*

Circulos parallelos tamq; primum membrū triplicis diuisiōis Proclus secat in quinq;, ut patet in litera. Animaduertendū est in nostro proposito circulū non accipi geometricè, ut eū diffinit Euclid. pri. lib. elemētorū. Circulus, inquit, est figura plana, una quidē linea cōtenta, q̄ circūferētia noīatur, in cuius medio est punctus, à quo oēs lineę rectę ad circūferentiā — *Euclides.*

exeuntes, sibi inuicem sunt æquales. Sed accipitur pro linea circulari, quæ alias circumferentia, aut peripheria dicitur, quæ ducitur in corpore sphęrico. Sic cœlestes circuli intelliguntur duci in superficie concaua aut conuexa ipsius corporis cœlestis. Et ergo cum in pręsenti negotio circulum nominamus, accipimus pro linea circulari. Et linea hic nõ accipitur pro longitudine tantum sine latitudine, sed nonnunq̃ admittit latitudinem. Vt est in Zodiaco & Lacteo, qui nõ solum longi sunt sed etiam lati. Sed de his infra latius dicetur. Præterea diuersitas est inter circulos sphęræ cœlestis & materialis. Circuli enĩ in cœlesti sphæra imaginantur ueluti lineę, ut quinq̃ paralleli, aut ut superficies, ut Zodiacus & Lacteus circulus. Et hi non cõponunt sphęram cœli realiter & uere. Siquidẽ corpus ex non corpore integrari est impossibile. Et sumitur ex tertio De cœlo & mundo. In sphęra autẽ nostra materiali, sunt circuli materiales eandem integrantes & componentes, & per nostram, quæ manibus componitur, imaginatur & intelligi datur illa cœlestis. Author est Ioannes de Sacro Busco capitulo secundo. Rursus hi circuli ab authoribus diuersas sumũt nomenclaturas. Quos Marcus Mani. in pluribus locis uocat Fila, demptis tamẽ Zodiaco & Lacteo, ut lib. 1 capitu. 6 & 7. Et ab eodem uocantur Gyri, puta lib. 1 capitulo 6. 7. 8 & 9.

Circulorum diuersitas & synonyma. — *Io. de Sa. Bu.* — *Mar. Mani.*

Cleomedes libro primo Meteor. quinq̃ parallelos uocat segmenta. Idem facit Plinius lib. sexto capitulo tricesimotertio. Alij circulos uocant Orbes, ut Cleomedes ubi supra, & Virgilius primo Georgicorum, cum inquit.

Cleomedes — *Plinius* — *Virgilius*

Iccirco certis dimensum partibus orbem
Per duodena regit mundi sol aureus axem.
Quinq̃ tenent zonæ cœlum.

Alij uocant circulos, pręcipuè sphęræ materialis, armillas, ut Ptolemæus dictione quinta Almage. ca. 1 ubi docet cõpositionẽ cuiusdam instrumenti, quo obseruantur stellæ in longitudine & latitudine. Vbi sic habet. Cuius artificiũ est; accipies duas armillas mensuratę magnitudinis, sapienter & bene rasas &c.

Ptole.

Proclus noster uocat quinq̃ circulos parallelos, siue æquedistantes. Pro quibus contuendum. Idem accidere lineis & circulis. Lineis enim accidit, quòd quædam sunt parallelæ siue æquedistantes, quas Euclides in primo sic diffinit. Aequedistãtes lineæ sunt, quæ in eadem superficiæ collocatę, atq̃ in alterutrã partem protractæ, nõ conueniunt, etiam si in infinitum protrahantur. Contra sunt non parallelæ siue inæquedistantes lineæ sunt, quæ in eadẽ superficie collocatæ & in alterutram partem protractę, nonnunquam cõueniunt. Idem sentiendũ est de circulis parallelis, qui quoquo uersus ex omni parte ęque distant. Duo sane circuli cuiusdam sphęræ, ad inuicem comparati, ita descripti, quòd non coeunt uel cõueniunt, sed secundũ omnem partem eorum ęqualem ubiq̃ seruant distantiam dicuntur paralleli. παραλληλίζω enim gręce, latine significat cõparo. Inde παράλληλος gręce, id est, inuicem comparatus, uel mutuus, aut respectiuus. Est enim circulus ad alterũ comparatus per ęquedistantiam. Hi autem circuli paralleli, latine uocantur ęquedistantes. Et sunt numero quinq̃, ut patet in litera. Proclo nostro in his accedunt plures alij, puta Hyginus libro primo, capitulo de polo. In finitiõe (inquit) mundi circuli paralleli quinq̃, in quibus tota ratio sphęræ consistit, præter eum qui Zodiacus appellatur, qui non ut cęteri circuli certa dimensione finitur, & inclinatior alijs uidetur, λοξός à Gręcis est dictus. Et deinde de unoquoq̃ determinat. Et Marcus Manilius libro primo ca. sexto, his uersibus ad propositum facientibus, alijs multis omissis, sic.

Parallelis Lineisq̃ eadem accidunt. — *Euclides* — *Hyginus* — *Mar. Mani.*

Circulus ad Boream fulgentem sustinet Arcton. Deinde.
Alter ad extremi decurrens sydera Cancri. &c.
Tertius in media mundi regione locatus.

D Ingenti sphæra totum percingit olympum. &c.
Proximus hunc ultra brumalis nomine cingens,
Vltima designans fulgentis lumina solis. &c.
Vnus ab his superest extremo proximus axi
Circulus, austrinas qui stringit & obsidet arctos.

Et de his Ioannes de Sacrobusto capitulo secũdo § Aequinoctialis. Vbi sic habet. Quòd æquinoctialis cũ quatuor circulis minoribus, dicunt quinq; paralleli, quasi æquidistantes &c. Et in Cõmentarijs Sicilienſibus Cęsari Germanico additis, ubi scribitur. Cœlum circulis quinq; distinguitur. Lege, cõmentariũ pulchrum est. Et Rufus Festus, capitulo de circulis. Circulus igitur primus, iuxta Procli numerationem, est septentrionalis. Is ab alijs dicitur arcticus, Borealis, aut Aquilonius. Hic contuendũ est. Quod aliter Latini, aliter Gręci describunt circulos arcticum & antarcticum. Hos Latini pingunt iuxta maximã solis declinationem. Puta tempore Ptole. uiginti quatuor fere graduum, minus nouem quasi minutis. Nostra tempestate, uiginti triũ graduum triginta penè minutorum. Numerant enim à polis mundi, solis (ut dixi) maximam declinationem, & puncto facto, immittunt in polum unum circini pedem reliquo in punctum emisso: & iuxta hanc extensionem circini, formant ipsi Arcticos circulos. Et hi secundum Latinos in omni regione sunt eiusdem quantitatis, sine

Io. de Sa. bu.

Cõmentaria Sicilienſia.

Rufus Festus.

Arcticos aliter latini, aliter Græci describunt.

E omni uariatione. Secus faciunt Græci, qui formant hos iuxta altitudinem poli regionis. Quo fit, quòd hi sunt uarij, secundum uarias poli altitudines in diversis mũdi plagis. Si enim poli altitudo est parua, erunt & circuli parui, si magna, magni. Ponunt enim unum pedem circini in polos & alium expandunt in colurum diuisum usq; in poli altitudinem. Et iuxta hanc, formant ipsi circulos septentrionalem, scilicet, & antarcticum. Et hi circuli semper attingunt horizontem in puncto. Iuxta enim stellas, pro situ Græcanicæ habitationis, nunquam orientibus & occidentibus, fabricant ipsi huiusmodi circulos. Et ut huius septentrionalis circuli diffinitio neminem lateat, Author quinq; cõditionibus illũ ipsum manifestum facit. Quarũ prima est. Quòd is est, qui omniũ, quos perpetuo cernimus, plane maximus est. Mirum satis, hunc circulũ alij uocant minorem, eo q; sphæram non secat in duas partes æquales, ut facit æquinoctialis. Est enĩ simile de circulis sphæræ cũ lineis rectis ductis ad peripherias circuli: ubi diameter est oĩm longissima. Quia circuli peripheriã & totũ circulũ in duas ęquas partit̃ partes: Quia per centrũ ducitur: Cæteræ omnes, non per centrũ euectæ,

Circuli septentrionalis quinq; conditiones.

Qua ratione septentrionalẽ Proclus maximum, alij uero minimum circulum semper extantẽ dicãt.

F minores sunt diametro, & minores portiões aut arcus de peripheria resecãt. Sic est in sphęra, q; circulus ab utroq; polo æque distans ipsam in duas æquales partes dispescit, secus faciunt cæteri omnes. Quare fit, q; circulus uicinus polo, inter minores digne cõputatur. Quomodo igitur Proclus hunc circulũ uocat maximũ? Dissolutio. Inter omnes circulos sphæræ in septem climatibus aquilonijs, nullus est, iuxta sphærã Græcanicã, qui nobis totus appareat pro uno momento, q̃ is circulus septentrionalis: Nõ æquinoctialis, cuius medietas semper est supra horizontẽ, & altera medietas sub horizonte. Igit̃: Neq; tropicus Cancri, cuius in nostris climatibus maior pars est supra terrã, id est, horizontẽ, minor infra: Vt in subditis manifestabitur: Neq; tropicus Capricorni, cuius minor pars nobis est supra horizontẽ, maior infra: Non est igit̃ Procli sententia, q; circulus septentrionalis sit omniũ maximus, sed est omniũ maximus, quos perpetuò cernimus: id est, quos pro eodem instante uidere possumus. Si enĩ maior eo circa polũ describeretur, eius aliqua portio subiret horizontẽ. Quare nõ perpetuò cerneretur. Secunda conditio est. Quòd horizonta in solo puncto cõtingit. Is sane Græcis mos est, ut supra cõmemoraui, q; hũc circulũ pingunt iuxta poli latitudinẽ. Verificata enĩ sphæra, iuxta altitudinẽ poli Græciæ, puta,

in 36.37.38. gradus, sphæra firmata, si stylũ horizonti ad meridianũ septentrio- D
nalem aptaueris, rotata sphæra, in coluris circulũ pinges aut designabis, qui ho
rizontem contingit, & non secat. Is est circulus septentrionalis ipsis Græcis.
Tertia cõditio. Quòd sit totus supra terrã, id est, horizontẽ interceptus, id est,
Euclides ꝙ ipse & horizon habeãt se ut circuli cõtingentiæ. De quibus plura apud Eu-
clid. in 3. Quarta cõditio. Quòd in hoc quæcunq; clauduntur astra nec ortũ nec
occasum norunt, sed circa polũ uerti tota nocte cernuntur. Præcipua Græcorũ
intẽtio est, ut sciant per eorũ circulum septentrionalẽ, quæ astra aut sydera sint
perpetuæ apparitionis. Quod Hyginus his uerbis ferme indicare uoluit, cũ ait.
Hyginus Circulus arcticus appellatur, ꝙ intra eum arcturi simulachra, ut inclusa perspi-
ciuntur. Quæ signa à nostris ursarũ specie ficta, septentriones appellantur. No-
Septentrionalis circuli sydera. stra tempestate huic circulo (sphæra iustificata ad latitudinem Græciæ 48. gra-
duũ, uel circiter) hæc sydera & astra includuntur. Tota Vrsa minor. Totus Dra-
co. Cepheus integer. Cassiopeia, dempto capite. Dextrũ brachium Persei. Stel-
la capitis Aurigæ. Vrsæ maioris stellæ, capitis, colli, pectoris, genu dextri, dor-
si & caudæ. Bootis manus sinistra. Stella extrema in dextra ala cygni. Verum
quondã tempore Procli res aliter se habuit: quod accidit propter motus octauæ
sphæræ uariationem. Lege si placet, Hyginum lib. 4. §. Sed quoniã. In quin- E
ta cõditione (in uerbo. Porrò is circulus, in nostro tractu, à priore maioris Vrsæ
pede describitur) Proclus indicat, quo pacto is circulus in sphæra describi debe-
at. Et aperit id per stellã existentem in priore pede Vrsæ maioris. Hæc enĩ stel-
la in Græcia tangit horizontem, quæ solis, circumuoluta, describit circulũ; qui
Græcis est loco Circuli septentrionalis. Aduertendũ hic, quòd tempore Pro
cli, & ante Ptolemæũ, paucæ fuere stellæ cognitæ secundũ iustas earum longi-
Ptolemæus 1022. stellas explorauit. tudines & latitudines. Quod satis docet Ptole. dictiõe. 7. Almagesti. Vbi loquitur
de Abrach, Arsatili & Timocaride: Ptolemæus aũt, ut eadẽ dictiõe, & sequenti
palàm est, uerificauit in Alexandria 1022. stellas. Et numerauit in vrsa maiori 27.
stellas. Quarũ duæ sunt in extremitate pedis sinistri præcedentis. Quarum pri-
ma tempore Ptolemæi fuit in Cancro 6. gradu & 30. minuto: & eius latitudo se-
ptentrionalis 29. gradu. 20. minuto. Secunda meridionalior in Cancro 5. gradu
20 minuto. Eius latitudo 28. gradu: 30. minutorũ: Hæc prima tempore Ptolemæi
& Procli retigit horizontẽ, uerificata sphæra ad latitudinem 38. uel circiter gra-
duũ. Quod uidentes græci pinxerunt circulũ septentrionalẽ secundũ eandem.
Nostro autẽ tempore res aliter se habet. Quia prima stella pedis hodie est in 26. F
gradu Cancri. Et 2. in 25. gradu eiusdem. Quare iustificata sphæra ad latitudinẽ
41. graduũ, ut est in Macedonia, hæc prima stella residet in horizonte. Officiũ
huius circuli est, ꝙ omnes stellæ interceptæ ipsis nunq; oriuntur nec occidunt;
Solstitialis septentrionalis & huius synonyma. Extra quẽ oẽs & ortum & occasum patiuntur. Secundus circulus est Solstitia-
lis septentrionalis. Is etiã est de circulis minoribus sphæræ; ob id, ꝙ in superficie
sphæræ descriptus, in duo inæqualia ipsam diuidit. Qui appellatur circulus Solsti
tij æstiui uel æstiualis, Tropicus septẽtrionalis, Tropicus æstiuus uel æstiualis,
Tropicus Cancri, Circulus uersilis Cancri, θερινός τροπικός. Est sane circulus mi-
nor, quẽ sol in principio Cancri existens, motu primi mobilis describit. Scito
τροπή Græce, Latine conuersio, mutatio, uersio est. Sol enim ultra hunc circulũ
nõ transit, sed statim reuerti incipit: Inde τροπικός est appellatus, quasi cõuersi-
uus. θερμαίνω Græcũ uerbum, id est, calefacio, cõburo. θέρμη, id est æstas: θερινός, id
est, æstiuus. Hyginus lib. 1. θερινός τροπικός uocatur ideo, ꝙ sol cũ ad eum circulũ
Hyginus. puenit æstatẽ efficit eis, qui in aquilonis finibus sunt. Hyemẽ aũt eis, quos Au-
stri flatibus oppositos ante diximus. Præterea ꝙ ultra eũ circulũ sol non transit
sed statim reuertitur, τροπικός est appellatus. Idem lib. 4. Igitur æstiuũ circulum unũ
de quatuor esse dicemus. Qui θερινός τροπικός uocatur, Quo circulo æstatẽ con-
fici de-

A fici demonstrauimus. Et ibidē absoluit pulchram de tropicorū nominibus quę-
stiunculam, quam lege. Ex his textus Procli satis manifestus erit. Nam cum
dicit. Solstitialis circulus is est, qui omnium, qui à sole describuntur, maximè se-
ptentrionalis habetur. Bene dicit: Quia ultimus est, quē sol, uersus septentrio-
nem gradiens, describit: ultra quem, ut supra Hyginus affirmauit, nō transit. Et Hyginus.
inde dictus est Solstitialis, quasi solis statio. Non quòd sol stet, cui continuus est Solstitialis
motus, sed stat in eo, quòd ultra in septentrionem non progreditur, sed incipit originatio.
redire uersus meridiem. Recte ergo addit Proclus: In quem cū se sol receperit,
æstiuam reciprocationem peragit. Cum enim sol ad primum punctum Cancri
accedit: incipit reciprocare, id est, redire, aut reuerti uersus meridiem. Sicut idē
sol à principio Arietis incipit ire in septentrionem, pedetentim indies ascenden
do uersus nos, qui in septentrione cōstituti sumus, usq; in Cancri initium, dein-
de pedepressim indies descedit. Et hęc est solis reciprocatio, idest, **Das sie gibt
ains vmb das ander / als vil sie vor herauf gestigen ist / als vil steigt sie ietzo** Solis recipro-
wider hinab. Ita sol dicitur τροπικός, id est, cōuersiuus, repetitiuus, **wendet sich** catio.
widerumb. Quare cum olim hæc solis reciprocatio cecidit in uicesimum quar-
tū diem Iunij, Hoc est, in diem Ioannis Baptistæ, fuit Germanico sermone ap-
B pellatus, **Sanct Johanns Soñwendin.** Subiungit Proclus. Longissimusq; Soñwendin
totius anni dies breuissimaq; nox exit. Hoc usu uenit omnibus, qui in aqui-
lonem sedes posuere, quòd cum sol initium Cancri adierit, ac ultimum uersus
septentrionem circulum designauerit, mortales protensissima luce irradiet. De
dierum augmento scribit plura Cleomedes primo Meteoron, quem lege. Vbi Cleomedes
in sententia habet. Quòd augmentatio diei à principio Arietis in tropicū usq;
fiat sensim, & non aceruatim horarum mutatione: & hoc sit factum diuina qua-
dam prouidentia. Authore Boœtio libro secundo Propo. 1. Omnis subita rerū Dierū longis-
mutatio, non sine quodam quasi conflictu contingit animorum. Cognitio au- simorū explo-
tem longissimi diei haberi potest ex tabulis Primi mobilis, & alijs. Ex tabellis ratio.
item nostri Calendarij, & instrumentorum officio, puta, Astrolabij, Sphæræ Boœtius.
materialis. &c. Hoc scitu dignum est, quòd omnes dies maximi æstiui crescunt
& augmentantur, à primo gradu altitudinis poli Arctici, iuxta graduū ordinē Dies æstiui
usq; in altitudinem nonaginta graduū. Quos omnes recensere longum esset.
Quare à Germania (ut nouitij nonnulli habeant) incipere decreui, iuxta hanc
C formulam.

TABVLA QVANTITATIS LONGIORIS DIEI AESTIVI,
cum adiectis regionibus, ducatibus & prouincijs, potissimùm Germaniæ, iuxta recentiores obseruationes.

Latitudo	Longitudo Diei æstiui.		Regiones, ducatus, prouintiæ, præcipuè Germaniæ
Gra.	H	m	
46	15	34	Vallis Valesiæ, Tyrolis, Carinthia.
47	15	42	Heluetia siue Suitia, Marchia Striæ, Hungariæ pars. (garię pars
48	15	52	Suingea, Algea, Hegea, superior Sueuia, Bauaria, Austria, Hun-
49	16	0	Alsatia, Sueuia inferior, Riesa, Bohœmiæ & Morauiæ pars.
50	16	10	Ringeæ pars, Franconia, Bohœmia, Morauiæ & Poloniæ pars.
51	16	20	Iuliacum, Hassia, Turingiæ & Mysniæ pars, Slesia & Polo. pars.
52	16	30	vvestualia, Turingiæ pars, Marchia Brandeñ. antiqua & noua
53	16	42	Phrysia, Saxonia, Brunsuiga, Poloniæ pars. (Polo. pars.
54	16	54	Meggelburgū, Pomerania, Prussiæ pars.

D

Latitudo	Longitudo Diei æstiui.		Regiones, ducatus, prouinciæ præcipuæ Germaniæ
Gra.	H	m	
55	17	8	Holsatia ducatus, Prussiæ pars.
56	17	22	Datiæ regni pars, Seelandia.
57	17	36	Datiæ pars magna
58	17	52	Scania & Datia
59	18	12	Gotia meridionalis
60	18	32	Gottiæ meridionalis pars. Orcades insulæ
61	18	54	Thule insula. Noruegia regnum
62	19	20	Gotia occidentalis, quæ & Suetia, regnum.
63	19	50	Gronelaudia, quæ & Engronelandia.
64	20	26	Vermelandia & Vintlandia, aliàs Ventelandia.
65	21	13	Pilappelandiæ pars & Ventelandiæ pars
66	22	19	Pilappelandia, Islandia
66 30	24	0	Islandiæ pars. Quibus latitudo tot graduum & minutorum conceditur. Hi cū sol principium Cancri adierit, habent diem unum artificialem uiginti quatuor horarum. Id nostra tempestate accidit undecima aut duodecima die Iunij, die Barnabæ apostoli & sequente.

E

67 Hic Nordinboduch, sic uocant, vvildsapmanni, latinè Mare congelatum. Hic incipit dies uiginti quatuor horarū, cum sol tenet decimū octauum gradum & trigesimū minutum Geminorū. Et durat continuus in uiginti quatuor fere dies naturales, quousq; sol peruenerit ad undecimū gradum & trigesimum minutum Cancri. Nostro tempore à prima die Iunij, in uigesimum quartum eiusdem.

68 Hic initiatur dies uiginti quatuor horarum, quando sol decimum gradum Geminorum emensus fuerit. Et durabit deinceps unus dies ferme in quadraginta unum dies naturales. Desinetq; sole uigesimum gradum Cancri possidente. Nostra tempestate à uigesimo tertio die Maij, usq; in secundum Iulij.

69 Sub ea latitudine auspicatur dies uiginti quatuor horarū, quando Sol quartum gradum Geminorum possederit. Et deinde erit dies unus continuus, in quinquaginta quinq; quasi dies naturales: quousq; sol uigesimū sextū gradū Cancri permeauerit. Hoc est, à decimoseptimo die Maij in decimū Iulij. F

70 Hic inchoat dies uiginti quatuor horarū, cum sol uigesimū nonum gradum Tauri propemodum cōpleuerit. Durabitq; dies unus in sexaginta quatuor dies, usq; sol primum gradum Leonis pertransierit. Hoc est, à duodecimo die Maij in decimum quintum diem Iulij.

71 Sub hac latitudine initium sumit dies uiginti quatuor horarum, quando sol uigesimum quartum gradū Tauri & quadragesimū quartum fere minutum emensus fuerit. Et continuabitur dies unus in septuaginta quatuor penè dies naturales. Ita quòd interea sol nunquam occidet, quousq; in quintum gradum & decimumsextum minutum Leonis peruenerit. Nostro tempore à septimo die Maij, in decimum nonum Iulij.

72 Hic illucet dies uiginti quatuor horarum, cum sol uigesimum gradum & quadragesimum nonum minutū Tauri reliquerit. Et aderit dies continuus

octoginta

A octoginta duorum dierum; finietur sole nonum gradum & undecimum mi-
nutũ Leonis deserente. Hoc est, à tertio die Maij in uigesimum tertiũ Iulij.
73 Hic incipit dies, 24. horarum, quando sol 17 gradum Tauri transierit. Conti-
nuabitur dies in, 90. fere dies naturales, usque sol, 13. Leonis percurrerit. Hoc
est, à, 29. die Aprilis in, 27. Iulij.
Posset hæc formula extendi ad sequentes latitudines polares; sed hæ suffici-
unt nouitijs pro exemplis.
Ex his sequitur, q ubi latitudo est. 90. graduum, medietas anni est unus dies Dies per dimi dium annũ.
artificialis, & reliqua una nox. Quia ibidem horizon constituitur æqualis. Et
quia idem secat zodiacum in duas æquas partes, quarum una, puta, à principio
Arietis in finem virginis, est semper supra horizontem. Cõsequens est, cum sol
eò peruenerit continuum reddere diem. Reliqua à principio Libræ in exitum
Pisciũ est semper sub horizonte; Quare sole ea signa permeante cõtinua nox.
De huiusmodi augmento maximi diei ęstiui, iuxta alias & alias latitudines po- Plinius
lares, loquitur etiã Plinius lib. 2. naturalis historiæ cap. 75. Sic (inquit) fit, ut ua-
rio lucis incremento, in Meroë longissimus dies, 12. horas æquinoctiales, & o-
cto partes unius horæ colligat: Alexandriæ uero, 14. horas. In Italia, 15. In Bri-
B tannia, 17. Vbi æstate lucidę noctes haud dubiè repromittunt, id quod cogit ra-
tio credi, &c. Secundo loco de nostro circulo Solstitiali septentrionali aduer-
tendũ est. Quòd is numeratur inter parallelos nobiliores, per climatũ media
uergentes, ipsisq; nõïa imponentes. Transit enim hic noster parallelus per me- Martia Cap.
dium secundi climatis. Quod Martianus Felix Capella, Ioan. de Sacrobusto, Io. de Sa bu.
& alij uocant διασυήνης, id est, per Syenen, & qui sub eo habitant, habent diem Ptolemæus.
longitudinis, 13. horarum & dimidiæ. Et eleuatur polus, 23. gradibus & 50. mi-
nutis secundum uetustos. De quo loquitur Ptolemæus Claud. lib. 1. cap. 23. sic.
Sextum (qui sub æstiuo tropico est) una horarum & semis differre, distantem
gradibus uiginti & tribus, & semis ac tertia. De eo plura apud Ptolemæũ Phe- Ptolemæus.
lusinum, dictione secunda Almage. cap. 6. §. De septima; Quem lege. Sunt au-
tem huius paralleli quatuor cõditiones aut proprietates. Quarũ prima; Quòd
solũ semel in anno sol est in Zenith capitis habitantiũ. Sed repentè quęrit quis. Solstitialis ar- ctici indigenę.
Qui sunt habitantes sub hoc parallelo, uel quę loca huic subdunt? Respondeo
plura sunt huiusmodi loca. Puta, Syene ciuitas Aegypti. De qua infra plura di-
centur. De qua Ptolemæus lib. 4. cap. 5. Tabu. 3. Africæ. Berenice etiam Aegy-
C pti ciuitas. De qua Ptole. ubi supra, & ibidem insula Elephantina. Et in Ara-
bia Felici solis promon. Carada ciuitas. Dæmonũ insula. De quibus Ptole. lib.
6. cap. 8. Tabu. 6. Asię. Et si magnã turbam colligere uolueris cõsule, 3. & 4. Ta-
bu. Africæ, 6. 7. 10. 11. Asiæ. In his enĩ omnibus inuenies nostrum parallelũ Tro
picũ Cancri, ubi obtutu singula subiecta loca diffinies. De hac prima cõditio-
ne Ptole. Phe. ubi supra, sic scribit. Ipsa, scilicet, linea septima æquidistans, est Ptole. Phelu.
prima linea ęquidistantium, in quibus umbra meridieĩ declinat ad partem unã.
Neq; unquam erit declinatio umbrę gnomonum eis, qui sunt sub ea ad partem
meridiei. Verum sol obumbrat supra summitatem eorum capitum in tropico
ęstiuo tantum. Et non habebunt tunc gnomones in medietatibus umbram. Eo
quòd spatium huius lineæ ab æquatione diei est, sicut tropici æstiualis ab eo,
in reliquis uero lineis erit declinatio umbræ gnomonis, in medietatibus dieĩ
semper ad partem septentrionis. Hæc Ptole. Astipulatur huic conditioni
Lucanus lib. 2. Vbi Pompeius narrat sua bella & trophæos, quos habuit per Lucanus.
Libyam, Europam & Asiam, inquiens.
Hinc me uictorem gelidas ad Phasidos undas
Arctos habet, calida medius mihi cognitus axis

Aegypto, atque umbras nusquam flectente Syene,
Occasus mea iura timet.

Macrobius. Syenes nulla umbra. Macrobius de Som. Scipi. lib. 2. Ciuitas autem Syene, quae prouinciae Thebaidos, post superiorum montium deserta, principium est, sub ipso aestiuo tropico constituta est. Et eo die quo sol certam partem ingreditur Cancri, hora diei sexta (quoniam sol tunc inuenitur super uerticem ciuitatis) nulla illic potest in terris de quolibet corpore umbra iactari. Sed nec stylus hemisphaerii monstrantis horas, quem γνώμονα uocant, tunc de se potest umbram creare. Haec Macrobius. Plinius. Accedit Plinius lib. 2. capi. 75. Similimodo tradunt in Syene oppido, quod supra Alexandriam est quinque millibus stadiorum, Solstitii die medio, nullam umbram iaci, puteumque, eius experimenti gratia factum, totum illuminari. Ex quo apparere, solem illi loco supra uerticem esse. Strabo. Ad idem Strabo saepius, praecipue tamen libro. 17. sic habet: In Syene puteus quidam est, qui aestiuū indicat Solstitium. Quoniam haec loca circulo Tropico sunt subiecta, & in meridie umbilicos faciunt sine umbra &c. Vide & sequentia. Et Ptolemeus Ptolemae. lib. 4. capi. 5 tabu. 3. Africae, recensens oppida, ad Thebarum nomum & metropolim transeuntia, numerat Diopolim, Tuphium, Chubisum, &c. Postea Syenen Cleomedes. habentem in longitudine gradus. 62. minuta nulla: in latitudine, gradus 23. minuta 50. Et demum uenit Cleomedes primo Meteor. in Capi. Eratosthenis sententia de terrae magnitudine. Ait ergo hoc modo. Syene sub aestiuo tropico posita est circulo: Cum ergo sol fuerit in Cancro, Solstitiumque faciet aestiuum, & medium coelum ad libellam obtinuerit, ab umbra immunes sint necesse est horologiorum gnomones, sole ad unguem posito ad perpendiculum. Hoc Virgilius. est aenigma, quod Damaetas obiicit Menalcae. Virgilius in Buc. Ecloga tertia. E

Dic quibus in terris, & eris mihi magnus Apollo,
Tris pateant coeli spatium non amplius ulnas.

Solutio fit per puteum praedictum. Hactenus de Syene, eius situ sub tropico Cancri, & umbra eius uera meridiana certo tempore anni. Sed cum in umbras incidimus, de eis paucula dicere libuit. Omnium opticorum, id est, perspectiuorum approbata est sententia, Corpus opacum obiectum luminoso, umbram proiicere directe ad partem oppositam luminoso. Ita quod inter luminosum & umbram precise in medio est opacum corpus. Quum igitur umbram nomino, tria intelligo, scilicet, lumen aut radium illuminantem, corpus, quod umbram efficit, & tractū, in quem umbra deiicitur. Sciendum, quod inter se distant lux Lux. & lumen. Lux enim, est qualitas in corpore lucido, nata mouere uisum in suo esse, non dependens ab aliquo extrinseco. Est autem lux in sole, tanquam per se lucido, in aliis autem participatiue, & omnium uisibilium hypostasis est. Est Plinius sane sol mundi oculus, & fons lucis. Plinius lib. 2. cap. 6. Hic, scilicet sol, lucem rebus ministrat, aufertque tenebras. Hic suū lumen caeteris quoque syderibus foenerat, &c. Lumen. Lumen autem est lucis imago, uel primaria est deriuatio, quod a luce manat. Id est, radius, candor, splendor lucis. Et est duplex, Primarium, principale, siue directū: quod immediate a luminoso procedit. Et illud semper porrigitur in directum: nisi diuersitate medii incuruetur. Lumen secundarium est, quod a latere extra radiorum incidentiam in omnem partem se diffundit. Est autem umbra, authore Ioan. Pisano, propositione 25. Lumen diminutū, Opacum impedit transitum luminis directum & principalem, non tamen Secundarium: quia circumferentialiter se diffundit. In hoc enim differt Vmbra a tenebris: Quia Vmbra, est lumen diminutum, scilicet, ubi est priuatio luminis primarii & diminutio Secundarii, Tenebrae uero sunt (si alicubi sunt) ubi nihil est de lumine. Dubitant perspectiui, An in hoc mundo sint dabiles tenebrae? F

Margin: Primarium. Secundarium. Vmbra. Io. Pisa. Vmbra. Tenebrae.

Radius

A Radius lucis geminus est. Vnus perpendicularis siue directus: Ex cuius incidentia super superficiem, ex utraq; parte relinquuntur anguli recti & æquales. Obliquus est per oppositum. Corpora cœlestia, umbræ rationem habentia, sunt dumtaxat tria. Sol, Luna & Venus. Reliqua astra omnia & si lumen immittant in corpora opaca, nulla umbra è regione causatur, ob luminis debilitatem. Ad Solares uenio umbras. Cleomedes. 1. Meteo. capi. de totius terræ habitatione, in sententia habet. Quòd totam terram habitantes, aut sunt Perisciј, aut heterosciј, aut amphisciј. περισκιοι quidem, id est, umbra circundati: ut sunt hi, quorũ altitudo poli maior est. 66. gradibus & 30. minutis. Circulari igitur in huiusmodi habitationibus umbræ circumscribentes, perisciοs ipsos efficiunt fere (ut molæ habent) reuoluto firmamento. ἑτεροσκιοι, in alteram tantũ partem mittũt umbram. Intelligo tempore meridiei. Aut in austrum tantũ proijcitur: Et sunt hi, qui habitant zonam temperatã ad austrum: Aut in septentrionem tantum: Vt nos, qui habitamus zonam temperatam septentrionariam. ἕτερος, id est, alter. ἀμφισκιοι, hoc est dubias & ambiguas habentes umbras: Vt sunt sub æquinoctiali habitantes. Hi cũ sol in septentrionẽ uergit, habent umbras meri-

B dianas in meridiem: in austrũ uero transiens, in septentrionem umbras iacit. Vmbras aliј iuxta quatuor terræ plagas dinstinguunt. Quædam orientalis. Q; corpora reddunt sole oriente: Et in occasum cadit. Et cũ sol sit occiduus, aut uicinus horizontis lateri occidentali, iacitur umbra in ortũ. Hæ cõmunes sunt omnibus, quibus sol oritur occiditq;. Sed cadit hic diuersitas hæc: Quòd qui extra tropicos habitant, ut hi, qui temperatas habitant zonas, eas semper obliquo tractu siue transuerso à parallelo orientis aut occidentis solis habent. Vt gratia exempli. Sole nobis exoriente in principio Cancri, corpus obiectũ proijcit umbram uersus occasum solis brumalem caprizantem. Item sole nobis existente in Capricorno, proijcitur umbra in occasum solis æstiuũ. Simile est iudicium de occasu solis. Exceptis æquinoctiј diebus. Qui ex una recta linea ortus occasusq; cernuntur. Magnum argumentum, quòd terra in medio sita, habet se ut punctum, collata ad hos maximos orbes, quos sol tunc describit. Qui autem intra tropicos sunt siti, eo die, quo sol per zenith eorum transit, umbram matutinam habent rectam in occasum solis, eiusdem parallelo proiectam Sicut pomeridiana rectam in ortum ad horizontis punctum, super quo sol oriebatur, extenditur. Medio autem die, quia sol meridiem tenet, nobis aqui-

C loniј in septentrionem umbra depellitur: Austrinis uero in meridiem. Intellige de his, qui temperatas habitant zonas, aut qui sunt extra tropicos cõstituti. Sed quum in uniuersum loquor, dico, umbras, sole in medio cœli posito, uel in meridiem uel septentrionem cadere à corporibus, quæ eas reddunt. Et sunt in multiplici differentia: Non seorsum quidem, sed magno horum respectu corporum: Quæ sol, dum per signa graditur, uario radiorũ illapsu intuetur. Quod supra ex Cleomede manifestatum est. Nec id tacendum est. Quòd incidentia radiі perpendicularis in corpus, à nõnullis inter umbræ species numeratur. Et id facit Cleomedes libro, de cœlestibus ordinibus, vmbrã appellans per καθέτον hoc est, perpendiculum. Quod umbræ genus habent hi (ut infra dicetur) qui sub tropicis habitant. Quum semel in anno utrimque Sol in tropicis circumuoluitur. Sed quòd alii, qui tantũ quatuor numerant umbras, hanc prętereunt, fit ex eo: Quòd solum loquuntur de umbris plagarum, id est, extensis uersus quatuor plagas. Vmbra autem perpendicularis non est ad aliquam plagarum. Quum propriè non dicatur umbra extensa, sed recta. Hanc umbram uidetur etiam affirmare Luca. 9. Phar.

Hic quoq; nil obstat. &c.

Radius perpendicularis & obliquus.

Quę nam Corpora cœlestia umbram faciant?

Perisciј.

Heterosciј.

Amphisciј.

Vt Macro. li. 2. Io. de Sa bu.

Quatuor umbræ plagales.

Terræ & cœlestium corporum collatio.

Vmbra perpendicularis.

Vmbra plagalis.

Lucanus.


Vide infra. Voluntalij, quòd hæc nulla sit umbra. D
Quibus tamen ego aduersor. Vltra enim omnes umbras supra expositas, dabilis est umbra perpendicularis. Vt si Aquila sursum eleuata, directè supponeretur soli existenti in principio Cancri, tẽpore meridiano, utiq; daret umbrã &c. De formis umbrarum, scribunt Cleome. 2. capi. de magnitudine terræ. Plinius Secundus lib. 2. cap. 11. de syderum magnitudine. Et Ioan. Pisanus lib. 1. perspectiuæ propositione. 23. & 24. Et loquũtur hi præcipuè de umbris caufatis à corporibus opacis sphæricis. Vt est terra. Sunt igitur umbrarum formæ triplices. Prima umbra uocatur Cylindroides. Secunda Calathoides. Tertia Conoides.

Vmbrarum formæ triplices.

Cylindroides. Has paucis uerbis indicat Ioan. Pisa. lib. 1. ca. 24. Vmbrosum (inquiens) sphæricum, luminoso existente maiore, umbram proijcit pyramidalem: æquale columnarem: Maius curtam & euersam Pyramidem infinitã. Cylindroides umbra, id est, columnaris, uel teres, hoc est, columnæ effigiem habens, taliter fit, quando umbrosum & luminosum sunt æqualia. Radij enim ab extremis luminosi incidentes, in extrema umbrosi exeunt, ut æquidistantes. Quare nunquam concurrunt, si etiam in infinitum producerentur. Et per cõsequens umbra columnæ figuram habet. vt in hac figura. E



Calathoides. Calathoides autem euenit, quando umbrosum maius est luminoso: Eritq; pyramis curta & euersa infinita, secundum longitudinem, vide hanc figuram.



F

Conoides. Conoides uero, ubi umbrosum minus est luminoso, vt terra respectu solis. In eo casu umbrosum sphæricũ minus, illumiuatur à luminoso ultra dimidiũ. Per propositionem. 22. libri primi Perspectiuæ: Inde fit, quòd radij exeuntes ab extremis partibus luminosi, in contactu extremitatũ corporis opaci minoris, minus distant, quàm in luminoso; constituentes lineas non æquidistantes. Igitur tandem concurrunt. Sed quia umbra formatur secundum has lineas concurrentes, consequens est umbram esse conoidalem, pyramidalem, aut ad modum metæ, aut turbinis uersi. Ecce schema.

Perspecti.

Hinc

A



Plinius.

Hinc facile intelliges Plinium ubi supra. Cuius hæc sunt uerba. Namq; quũ sint tres umbrarum figuræ, constetq;, si par lumini sit materia, quæ iactat umbram, columnæ effigie iaci, nec habere finem. Si uero maior materia quàm lumen, turbinis recti; ut sit imum eius angustissimum, & simili modo infinita longitudo. Si minor materia quàm lux, metę existere effigiem, in cacuminis fine deficientem. Hæc Plinius. Redeo ad conditiones nostri paralleli solstitij septentrionalis. Et est secunda. Quòd sub eo habitantes, habent duo solstitia. Vnum, quando sol accedit ad principium Cancri. Et est eis altum solstitium, propter accessum ad zenith capitis eorũ. Secundum est imum, in Capricorni initio, propter solis recessum. Tertia conditio. Quod habent unam æstatem & unam hyemem. Et hęc fere sequitur ex secũda. Et de hac in sequentibus dicetur.

B Quarta, quod habent plures umbras. De qua proprius exponetur canon.

Canon primus de umbris.

Propter nouitios enim, quorum gratia cõmentor, de umbris nonnullos canones hic adijcere decreui. Primus igitur omnium est. Quorum cunctis zenith extra Tropicum Cancri in septentrionem uergit, illi tres habent umbras. Vnam sole exoriente, in occasum porrectã: Secundam sole occidente, in ortum iactã. Tertiam, non nisi unam habent meridiani solis umbram, per radios primarios causatam, in septentrionem uersam. Hæc autem umbra meridiana in uniuersum, id est, in omni regione, respectu orientalis aut occidentalis, semper est breuior. In meridie sane, breuiores (ut dicitur & ueritas habet) umbrę esse solent.

Vmbra breuior quæ;

Plinius.
Ouidius.

Plinius libro octauo ca. 33. De uentorum obseruatione in agrorum cultura, sic. Tunc erit hora sexta, cum minima umbra, contra medium fiat hominem. Ouidius libro tertio Metamorphoseos Fabula prima.

Fecerat exiguas iam sol altissimus umbras.

Idem decimo quarto Metamor. Fabula prima.

Et maris & cœli medio cum plurimus orbe
Sol erat, & minimas à uertice fecerat umbras.

Vmbra septentrionalis maximè breuis.

Ipsa autẽ umbra, ad sui uariationem comparata, nobis septentrionalibus, nusquam breuior est, quàm cum sol est in puncto maximę declinatiõis a b ipo Aequatore; à quo quanto magis in austrum uersus abierit, tanto meridiana nostra

C

& septentrionalis umbra fit protractior. Idq; experimento facile capies in gnomone, stylo, aut corpore ad perpendiculum erecto. Quod in huiusmodi umbrarum obseruatione fieri debet. Hæc umbra nostræ est patrię, ac natalis nostri soli. De qua quidem patria, Plato ad Architam Tarentinum sic scripsit. Nullũ nostrum sibi soli esse natũ, sed ortus nostri partem sibi patriã uendicare. &c. Et Cassiodorus in Psal. 136. Sup flumina Baby. sedimus. Nimis dulcis est recordatio patriæ suæ, quæ in hostili terra probatur existere. Iccirco aliqua, haud aspernanda, hic adijcere decreui. Et primum. Quod sol nunquam accedit ad zenith capitis nostri. Est aũt zenith capitis, authore Linconiensi in sphæræ opusculo, extremitas lineæ rectę, exeuntis à centro terræ per caput hominis, usq; ad firmamentum. Secundo loco. Eleuatio capitis Arietis, aut Libræ, & ex consequutione circuli ęquinoctialis, pro nostris habitationibus aquilonijs, sic digno-

Amor patrię.
Plato.

Cassiodorus.

Sol nunq̃ accedit ad zenith nostri capitis.
Linconiensis.

Tubingensiū polus.

scitur. Deme altitudinem Poli borealis tuæ habitationis à 90. gradibus, residuū propositū ostendit. In exemplo. Tubingæ altitudo poli est 48. graduum & 40. quasi minutorū, quibus à 90. gradibus subtractis, remanēt 41. & 20. minuta: Eleuatio capitis Arietis aut Libræ siue æquinoctialis in Tubinga. Huius utilitas est propemodum innumera & alterius tractatus. Hic hæc adducere placuit. Gnomon, umbilicus, aut horarū index in horarijs phœbeis in meridiem uergentibus, iuxta æquinoctialis eleuationem erigendus est. Præterea tertio loco per candē maximus ad nos solis aditus cognoscitur, sic. Eleuationi æquinoctialis tuæ habitationis adde solis maximā declinationem, scilicet, 23. gradus & 30. minuta, & cernes maximā solis eleuationem, aut fastigiū tempore meridiei, & is ex cōsequente maximus eiusdē ad nos accessus. Verbi causa. Eleuatio æquinoctialis Tubingæ (ut supra didicimus) est, 41. graduū & 20. minutorū, cui adijcio 23. gradus & 30. minu. & conflo. 64. gradus & 50. minuta, maximā solis altitudinē tempore meridiano die 11. aut 12. Iunij. Vnde quarto loco, elicitur distantia Solis à zenith capitis propositæ habitationis: Hac lege. Maxima solis eleuatio dematur ab arcu 90. graduū, & relictus arcus indicat distantiam zenith capitis oblatæ habitatiōis, ad centrū usq; corporis solaris. Gratia exempli. Eleuationē solis maximā supra inuentā, puta 64. graduū 50. minutorum, demo ab arcu 90. graduū, & relinquitur mihi arcus 25. graduum & 10. minutorum, distantia solis à zenith Tubingensium. Quòd si unicuiq; gradui dederis 15. miliaria, & 4. minutis unum, conflabis terrenumiter, ab habitatione tua usque in locum centro solis subiectū. Sic arcus iam extractus, dabit tibi 377.½ miliaria Germanica cōmunnia. Ex his quinto loco, Maximus solis recessus, elongatio aut declinatio à zenith capitis sic reperitur. Duplicem solis declinationē maximam, hoc est 47. gradus iunge distantiæ solis à zenith capitis tuæ habitationis, & habes optatū. In exemplo. Repeto distantiam solis à zenith capitum Tubingensiū, scilicet 25. gradus & 10. minuta. Cui addo 47. gradus, & colligo 72. gradus 10. minuta, maximū solis recessum. Faciunt miliaria Germanica cōmunia 1082. & ½.

Gnomon horologiorū meridiei.

Maximus Solis ad nos accessus.

Distantia solis à zenith capitis nostri.

D

E

Maxima solis declinatio à zenith.


a c h Meridianus.
e centrum mundi.
a e h horizon.
b polus mundi.
b e axis mundi
c zenith capitis.
d tropicus Cancri
f e æquinoctialis.
g tropicus cancri.
Subtrahe arcum a b ab a c remanet b c, uel quod idem est, c f ex c h remanet f h eleuatio æquinoctialis c b enim & f h sunt arcus æquales
Arcui h f adde arcū f d emerget h d maxima solis altitudo in Cancro. Aufer arcum h d ex arcu h c, relinquetur c d distantia zenith capitis à sole in maxima sua altitudine constituto. Arcū c d iunge arcui d f g, exibit c g maxima solis depressio à zenith nostro e k gnomonis longitudo k n umbræ longitudo sole in Capricorno. k m eadem longitudo sole in Ariete uel Libra. k l umbra styli sole in Cancro.

F

Sexto loco. In nostris habitationibus, postq; sol septentrionaria signa ingressus fuerit, superaueritq; nonum fere Arietis gradū, usq; in 21. virginis, eleuatur sol omni die bis supra horizontem 45. gradibus, semel ante meridiem, & semel post meridiem, & pro eo instanti umbra recta rei, stantis orthogonaliter super superficiem planam, mensurat rem ipsam. Quo autē tempore ante aut pomeridiano

A ridiano Sol in 45. gradus attollatur, per Astrolabium aut quadrantem horariũ cognitu facile est. Est enim regula. Quandocũq; altitudo solis est 45. graduũ præcise, umbra recta metitur rem ad perpendiculũ erectam. Quòd si solis altitudo 45. gradus excesserit, umbra recta minor est, ipsa re. Si uero altitudo solis minor fuerit 45. gradibus, recta umbra protractior est re ipsa. Quo fit, quòd in nostris climatibus (ubi altitudo poli est, 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. &c. graduum) Sole gradiente per signa meridiana, longiores esse umbras meridianas re erecta. Quia Sol nunquam eleuatur 45. gradibus. Sole autem transeunte per borelia signa (ubi altitudo poli est 48. graduũ & 40. minutorũ, ut exemplo utar) qñq; umbra meridiana maior est re, qñq; æqualis, quandoq; minor, Maior à principio Arietis in 8. eius gradũ, inclusiuè: & à 22. gradu uirginis in finem usq;. Aequalis in 9. aut 10. pene gradu Arietis, & in 20. quasi & 21. gradu uirginis. Minor ab 11. gradu Arietis, in 22. usq; uirginis. Quòd si te harum rerũ copiosior delectat cognitio, consule secundæ partis nostræ elucidationis Astrolabij propositionem quartam, quintam, septimam & octauam.


Umbra quando corpus æquet superetue aut breuior.



B

Sed hic in dubium uertitur: An omnis umbra meridiana eorũ, quorum zenith est extra tropicũ Cancri in septentrionem, itidem in septentrionem pellatur? Omnes (quos ego legerim) propositionem aut quæstionem affirmant. Et id manifeste docet Macrobius lib. 2. de somno Scipionis, his uerbis (& loquitur de his, qui ponunt sedes in aquilonem). Nam in occasum (subintellige umbra rei) cadit oriente sole, & in ortum cũ fit occiduus. Medio autẽ die, quia sol meridiem tenet, in septentrionẽ umbra depellitur. In austrũ uero, circa nostram habitationem, impossibile est umbram cuiuslibet corporis cadere: Quia semper in aduersam soli partem umbra iactatur. Aduersus autem austro, apud nos, sol non esse poterit: Quum nunquam fines septentrionis attingat. Hactenus Macrob. Dissolutio. Supra diximus de duplici radio, scilicet, primario, principali, siue directo, & secundario. Accidit igitur, quòd nonnunquam radius primarius cadit super corpus opacum, tersum & politum, ut est uitrũ, ferrum chalybs, marmor uel specula ex his composita & erecta, tunc reflectunt & resiliunt radij, & faciunt apparentiam in parietibus, tabulatis, & alijs id genus rebus. Quare dico: Quòd opacũ expositũ radijs primarijs meridiei tempore proijcit apud nos umbrã in septentrionem. Hoc pacto Macrobius & alij omnes sunt accipiendi. Opacum autem immissum in radios reflexos, aut secundarios, mittit umbram apud nos in meridiem. Hinc soluitur quæstiuncula hæc. An idem corpus opa-

C



Opacum corpus duas habere umbras meridianas potest.

cum, possit habere duas umbras Meridianas, unam in septentrionem, alteram in austrum: Responsio. Quod id accidere potest. Sit baculus erectus uersus solem meridianum, ex eius opposito erectum. Incidentes radij gemini, scilicet, directi primarij & reflexi: tuna pars baculi, immissa radijs primarijs aut directis, iactat umbram in septentrionem, alia uero pars eiusdem baculi in radios reflexos intrusa, umbram pellit in meridiem. Fac periculum, & certior eris. D

Vt proximũ schema habet.

Vmbrarũ canon secundus.

Secundus canon. Omnes hi, qui zenith sub tropico Cancri habent, triaha bent umbrarum genera. Vnum orientale, secundum occidentale, & tertium meridianũ, in septentrionem à radijs solaribus primarijs missum. Verũ enim uero si incidentiam radij perpendicularem, inter umbrarum genera numerae ris, quatuor congregabis. Pro exemplo est Syene urbs, de qua & alijs supra ab unde diximus. Libuit tamen annectere, pro exemplo, Lucani uersiculos. Is libro nono ait.

Lucanus.

Hic quoque nil obstat, Phoebo cum cardine summo
Stat librata dies, truncum uix protegit arbor,
Tum breuis in medium radijs impellitur umbra.

Iupiter Ammonius.

Cato (qui fouit partes Pompeij) cum suo exercitu uenit ad Libyam arenosam. Vbi est templum Iouis Ammonis, ἄμμον enim Graeci, arenam uocant. Libyes fane, Arabes & Aegyptij colebant Iouem, sub forma ac figura arietis, & quotannis, Sole Ariete tenente, in plenilunio primi mensis, diem festum celebrarit, In quo Ammonem deum suum nouam pellem uillosam, ex Ariete recenter detractam, induere solebant. Est etiam circa templum sylua, quasi pro miraculo, & fons solis mirus, die gelidus, noctu calidus. V testantur Herodotus & Plinius. Cuius meminit Ouidius decimo quinto Metamorpho. dicens. E

Ouidius.

Medio tua corniger Ammon
Vnde die gelida est, ortuq; obituq; calescit.

Scito templum Ammonis & fontem non esse sub aequatore, neque sub tropico Cancri. Testis est Ptolemaeus libro quarto, capitulo quinto, Tabula tertia Africae, ubi ponit Ammonicam regionem habere uiginti octo gradus latitudinis & Ammone m ciuitatem sub consimili latitudine, ac solis fontem. Sunt igitur extra tropicum Cancri uersus septentrionem. Item Plinius libro quinto capitu. 5. Sic habet. Cyrenaica, eadem Pentapolitana regio, illustratur Ammonis oraculo. Quod à Cyrenis abest, CCCC. M. passibus, fonte solis. &c. Plinio fere accedit Solinus, capitulo quadragesimo quarto. De Ammonis oraculo plura scripsit Strabo libro decimo septimo, vbi tres numerat abases. Abydum iuxta Muudis lacum & iuxta Ammonis oraculum. Omnes igitur Ammonis templũ citra Cancrum locant, quod notius est, quàm ut referri debeat. Neque hoc templum, sub aequatore longius Cancro distante, positũ est. Quod tamen sequentia metra, scilicet. Deprensum est hunc esse locum, &c. indicant. B

Ptole.

Plinius.

Ammonis oraculum.

Solinus. Strabo.

De quibus infra, cum ad equinoctialem peruenerimus, sermonem habebimus. Videant igitur Sulpitius & Omnibonus, quorum aut praeter ueritatem sunt interpretationes, aut Lucanus non aptè retulit. Quod uix crediderim. Dico poetam, in loco alieno, eleganter & doctissimè de Aequatore disseruisse. De quibus omnibus infra dicemus. De gemma Ammonis cornu, aut Ammochryso, lege Plini. libro trigesimo septimo, capi. 10. ¶ Canon tertius. Quorum zenith in tra tropicum Cancri & aequatorem est hi sunt quadrimbres. Habentq; solem bis in anno uerticalem, quatuor solstitia, duo alta & duo ima, binas aestates & totidem hyemes. Materia huius canonis absoluit Ptole. dictione. 2. Alma. 5. 6. Quorum primus incipit, Linea aequalis: Secundus, cuius longioris diei longitudo est 12, horae & 4, horae. Et idem de eadẽ in Quadripartito tractatu secundo. capi.

Sulpitius & Omnibonus notantur.

Ammochrysus gemma.

Vmbrarum Canon tertius

Ptole.

A cap. 2. Huius canonis innumera sunt propemodum exempla ex tabulis Ptolemęi facile colligenda. Ex tertia Africæ, infra tropicum Cancri. Ex quarta Africæ, infra tropicum Cancri, usq; in Aequalem. Ex 6. 9. & 10. infra tropicum Cancri. Et undecima, infra tropicum Cancri, in æquatorem usq;. At demũ 12. Asiæ, infra tropicum Cancri. Ex accessu enim solis ab æquatore in tropicum Cancri euntes, semel nullæ fiunt umbræ meridianæ: Et rursum cũ hinc in æquatorem regreditur. Particularia exempla Felicis Arabiæ, sumpta ex cõmentarijs Ptolemæi libro 6. capi. 8. Badæo regia. Vide hic formulam.

Ptolemæus Aestates binæ, hyemes'q;, ac solstitia quaterna annuatim qbus sint.

Officio tabulæ declinatiõis Solis cognoscitur, cũ quibus signorũ gradibus, Sol bis ad zenith sic habitantiũ, accedat. unde dies mensiũ horũ accessuũ fiunt noti. Hinc palam est, quòd hi, per id tempus, quo Sol per Arietem usq; in primũ punctum uerticalem ierit, umbram habent in septentrio-
B nẽ. Primo'q; puncto à Sole superato, usq; in secundũ punctum uerticalis umbra in meridiem pellitur. Et post transitum secundi puncti, rursus in septentrionẽ uergit. Et ita durat usq; dum in primum punctũ uerticalem sese receperit. Pro intellectu pleniori, citandus est Plini. Se. lib. 2. ca. 74.

	Latitudo		Sig & gradus ad quos cũ sol peruenerit fit uerticalis.			
Oppida	G	m	S	G	S	G
Badeo regia	20	15	♊	0	♌	0
Pudni, ciuitas	16	30	♉	15	♌	15
Muza, emporium	14	0	♉	7	♌	23
Ocelis, emporium	12	0	♉	1	♌	29
Mara metropolis	18	40	♉	21	♌	7
Menambis, &c.	16	30	♉	15	♌	15
Sabbatha, metropolis	16	30	♉	15	♌	15
Saphar, metropolis	14	30	♉	9	♌	21
Saba, regia	13	0	♉	4	♌	26
Arabia, empor.	11	30	♉	0	♍	0
Cana, emporium	11	30	♉	0	♍	0

Felicis Arabię oppida.

Plinij locus. Troglodytæ qui.

ubi ait. At in tota Troglodytice, umbras bis quadraginta quinq; diebus in anno Eratosthenes in cõtrarium cadere prodidit. Aduerte Troglodytæ. Græcis τρώγλη foramen, siue cauerna, aut specus uocatur: Hinc illis nomen. Plinius lib. quinto capitulo octauo. Troglodytæ specus excauant. Hæ illis domus. Victus serpentium carnes: stridor'q; non uox, adeo sermonis commercio carent. Pompon. lib. primo. Troglodytæ nullarum opum domini, strident magis quàm loquuntur. Specus subeunt, aluntur'q; serpentibus. Solinus capi. quadragesimo quarto. Troglodytæ specus excauant, illis teguntur, nullus ibi habendi amor, à diuitijs paupertate se abdicarunt uoluntaria. Tantum lapide uno gloriantur, quem Hexecontalithon uocant: Tam diuersis notis sparsum, ut sexaginta
C gemmarũ colores in paruo eius orbiculo deprehendantur. Isti carnibus utuntur serpentum. Ignari sermonis, strident potius quàm loquuntur. Herodotus in Melpomene. Troglodytæ (inquit) Aethiopes, omniũ quos fando cognouimus, pernicissimis pedibus sunt, serpentibus, lacertis & alijs id genus reptilibus, uescentes. Lingua nulli alteri simili utentes, sed uespertilionum more stridentes. Strabo lib. 1. loquit̃ de authore Homero. Nõnulla uero signis quibusdã occultius insinuauit, Africam & Aethiopiam & Sidonios & Erembos, quos Arabes Troglodytas, hoc est, cauernarum incolas iure dixeris, uerbis elocutus est. Idem. Multus etiã de Erembis factus est sermo; longe uerisimilius dixere, qui eos Arabes putãt. Et post plura. Arabas & Erembos, Græcis ipsis fortasse hoc modo Arabas uocantibus. Simul & ad id uera uocabuli significatiõe, id est, etymologia adiuuante. Quia enĩ terrã subeant, id est antra, multi Troglodytas quasi antricolas, quos suscipientes posteri, uulgò p nominis etymologiã apertius Troglodytas dixere. Hi ex Arabibus sunt, qui ad alterã sinus Arabici partem uergunt ad Aegyptũ & Aethiopiam. Idem. De Erembis aut Troglodytis lib. decimo sexto in fine & decimo septimo. Sunt & alij Troglodyte in septen-

Plinius.

Pomponi.

Solinus.

Hexecontalithos gemma Troglodytarũ unica

Herodotus

Strabo.

Erembi Arabes Troglodytæ.

Gemini

Troglodytæ. D

trionem ad Caucasum montem. De quibus Strabo.lib.11. Qui propter frigora habitant in cauernis,pane abundantes. De Troglodytica regione scribit Pto-

Ptolemæus.

lemæ.lib.4.cap.8.sic.Appellatur autem uniuersaliter totum littus, quod est iuxta Arabicum & Analitem, aut alioqui Aulitem sinum, regio Troglodytica, usq; ad montem Elephantem. Hoc est, à latitudine fere.5. aut 7. graduum usq; 30. uel circiter. Cerne tabulam.3.& 4. Africæ.

Plinius interpretatur.

Cum igitur Plinius dicit. In tota Troglodytice, intellige de ea, quæ est interiecta Tropico Cancri & æquatori. Nam Troglodytica extendit se ultra tropicum Cancri uersus septentrionem. Vt supra Ptolemæus asserit. Itẽ Strabo iam supra in §. Hi ex Arabibus sunt. Aegyptus enim est supra Aethiopiam, & ultra maximam solis declinationem. Idem testatur Plinius lib.6.ca.29. Sequitur in Plinio. Vmbras bis quadragintaquinq; diebus in anno.&c. Ego sic interpretor, quadragintaquinq; diebus, hoc est, in nonaginta diebus, omnibus Troglodyticis, intra tropicũ Cancri & ęquatorem agentibus accidit, quòd habent aliquo tempore anni umbram uersam in septentrionem, & alio tempore in meridiem. Hæc interpretatio ueridica est, & neminem fallit. Quam exemplis clariorem reddemus.

Arsinoës uaria umbra.

Arsinoe ciuitas, de qua Plini.lib.5.cap.11.& libro.6.ca.29. Conditam sororis nomine à Ptole. Philadelpho. Et Ptole. de ea lib.4.ca.7. habens in latitudine.10.gradus.40. minuta. Per tabulam declinationis addisco, posteaq; sol.28. gradũ Arietis adierit, Arsinoitis uerticalem esse:& anteq; hunc gradũ accessit umbra meridiana in septentrionem abiit, in 28. ferme dies. Post transitũ uerticis usq; in solstitium æstiuũ, hoc est, in 62. dies, umbra impellitur in meridiem. Habes igitur umbrã uariatam, à septentrionali in meridianã, in 90. diebus. Sunt enim à principio Arietis, usq; in principiũ Cancri.90.gradus. Quos uulgus Solẽ perambulare putat in 90. diebus: dando singulis diebus singulos gradus. Ecce. Astronomica autẽ computatio, quæ ueritate innititur, numerat ab æquinoctio uerno, in solstitiũ æstiuum 93.dies.11.horas,& 9.minuta. Et ab eodem solstitio in æquinoctiũ autumni.93. dies 13.horas & 33.minuta. E

Aduliton oppidũ quod & Adulia.

Plinius.

Ptolemæus.

Aliud exemplum. Aduliton, teste Plini.lib.6.cap.29. oppidum: hoc serui à dominis profugi condidere. Maximũ emporium Troglodytarum ac Aethiopũ. A Ptole.lib.4.cap.7. Adulia appellatũ. Habens in latitudine.11.gradus 40. minuta: officio tabulæ declinationis Solis. Accedit idem ad zenith capitis in Arietis principio. Vnde cõcluditur eos habere umbrã meridianã septentrionalem ab æquinoctio uerno, in 30. fere dies: post recessum à uertice, usq; in solstitium æstiuũ, in 60. dies, umbram habere in meridiem.

Ptolemais. F

Tertiũ exemplum. Ptolemais urbs, à Philadelpho condita ad uenatus elephantorum. Ob id Epitherias cognominata, teste Plini. Ptole. ubi supra. Ptolemais theron. Eius latitudo est 16. gradus.35. minuta. Cui sol fit uerticalis nostra tempestate 16. gradu Tauri. Vmbrã meridianam iactat in septentrionem, à principio Arietis usq; in hunc gradũ, per 45. quasi dies, pòst in meridiem, usq; in Cancrũ in 45. dies: ecce 90. dies. De ea urbe, dixit etiã Plini. cap. præcedente, scilicet, 75 iuxta hanc expositam formulã. Pro qua uide lib.6.capi.29.

Alia Plinij interpretatio.

Alij legunt hoc caput sic. Et in tota Troglodytice umbras bis (supple) esse nullas: semel ante solstitiũ æstiuale, & semel post. Et hoc uerũ est, & probatur, quemadmodũ supra probauimus de Badæo urbe, Pudin, & cæteris. Et hi faciunt punctũ post, bis. Et deinde legunt: & quadragintaquinq; diebus in anno Eratosthe.&c. hoc est, oppida Troglodyticæ sic se habent. Quod per 45. dies ante solstitiũ, umbra meridiana uergit in meridiem, & post solstitiũ lapsis 45. diebus, umbra flectitur in septentrionem. Et hoc est uerũ particulariter, sed nõ in uniuersum. Vt de Ptolemaide. Cui sol primo fit uerticalis in sedecimo gradu Arietis, & post recessum à uertice, cadit umbra in meridiem quadragintaquinq; diebus computando,

usq;

A usq; in exordium Cancri. Deinceps cũ Sol secundo peruenerit ad zenith, quod accidit in decimoquarto gradu Leonis, postea proijcitur umbra meridiana in septentrionẽ in 45. uel 46. dies, id est, usq; in principiũ Libræ. Assimile ferme exemplũ sumitur, de Euangelo portu Troglodytarũ, Cuius latitudo est 17. gradnũ. Sed non est hoc uniuersaliter (ut iamiam dixi) uerum, ut supra declaratum est in Arsinoë & Aduliton oppidis. Quare primæ expositioni adhæreo.

Hac multi uiri doctissimi aduocant Lucanum in tertio sic canentem. *Lucanus de Arabibus explicatur.*

Ignotum uobis Arabes uenistis in orbem,
Vmbras mirati nemorum non ire sinistras.

Loquitur poeta de Arabia Felici. Cuius magna pars est intercepta æquatore & tropico Cancri. Quemadmodũ supra diximus & pluribus exemplis docuimus. *Solinus.* Astipulatur poëtæ Solinus ca. 46. Vbi plura notatu digna de Arabia Felici scripsit. Inter cætera sic. Commercijs student, aliena nõ emunt, uendunt sua. Quippe & syluis & mari diuites. Vmbræ, quæ nobis dextre sunt, illis sinistræ. *Plinius.* Accedit insuper Plinius lib. 6 cap. 22. Legatos, quorum princeps Rachia, qui è Taprobana, tempore principatus Claudij, ad Romanos uenerint

B maxime miratos fuisse, quòd umbras in nostrum cœlum cadere animaduertissent, non in suũ, Solemq; à læua oriri & in dextra occidere potius, quàm è diuerso. Expositores Lucani & Solini, umbræ (inquiunt) quę nobis faciebus ad occidentem conuersis dextrę sunt, Arabibus sunt sinistrę. Quę expositio uera est, & sensui poëtæ admodum consona. Quod Arabes Macedonica Pompei castra petentes, ex orientali regione orientem uersus progrediebantur. Sunt qui hunc Lucani locum occultiorem quandam doctrinam continere arbitrantur. *Sex mundi positiones* Asserunt enim ex sex mundi positionibus habitudinibusq;, Orientem posteriorem, Occidentem uero anteriorem, sinistrã Meridiem, dextram Septentrionẽ esse. Id procul dubio sensit, Cleomedes Grecus author, primo lib. Mete. *Cleomedes.* à principio. Cuius hęc fere sunt uerba. Mundus is (ait) quoniam corpus est, habet quippiã quod supra, quodq; infra sit, reliquarumq; positionũ habitudines. Anteriora ipsius esse dicunt, quæ sunt ad mundi occasum, quòd is ad occasum impulsum habeat. Posteriora uero ea esse, quæ ad ortum sunt. Etenim ad anteriora procedit. Eius aũt dextra ad septentrionem, ad meridiem sinistra locanda. Hæc autem quatuor positionis genera, nihil occulti habent, cum cæteræ habitudines, quæ sunt sursum deorsumq; plurimum difficultatis physicis præbuerint. Ex hac Cleomedis sententia, notum dicunt, cur Lucanus, Solinusq; sini-

C stras umbras Arabibus tribuerint. Idem cum Cleomede sensisse Pythagoræos *Pythagoræorum sententia.* Aristoteles 2. de Cœlo & Mundo refert. Idem autem Aristoteles, multo aliter *Aristoteles.* has positiones mundo tribuit. Vtpote dextram orienti, sinistram occidenti, Meridiei sursum, Septentrioni deorsum ascribens: Quę lege & intelliges. Ad Lucanum reuertor. Ex parte Felicis Arabiæ trans tropicũ Cancri, quæ ad Rubrum & Indicum mare accedit, uenerunt Arabes, qui in Macedoniam Pompei auspicia contra Cæsarem secuti sunt. Hi in latus nostrũ egressi, admiratione capti, causam in promptu nõ habentes, ꝙ æstiuo tempore illic quoq;, ut in Arabia sinistras, id est, in austrum proiectas umbras nõ haberent. Neq; hoc in uniuersum accipiendum est, umbras quæ nobis dextræ sunt, illis semper esse sinistras. Nam & ipsi umbram habent nostræ assimilem. Hoc est, in septentrionem uergentem, quum sol in latere ipsis australi est. &c. Dextrum igitur Lucanus ab ortu diffiniuit. Nã Oriens, unde initiũ motus astrorum est, dextrorsum septentrionem habet, sinistrorsum meridiem. Hoc Ouid. Meta. lib. 2. Fab. 1. innuit, sic. *Ouidius.*

Neu te dexterior totum declinet ad anguem:
Neue sinisterior pressam rota ducat ad aram.

Accedit

Macrobius

Accedit Macrobius primo de ſomno Scipionis. Vbi de Zodiaci ſignis. Sic ait. D Et ut ab Ariete incipiam, magna illi concordia eſt. Nam & id per ſex menſes hybernales ſiniſtro incumbit lateri, ab æquinoctio uerno ſuper dextrum latus: ſic & ſol eodem tempore dextrũ hemiſphærium, reliquo tempore ambit ſiniſtrũ. Hæc Macrobius: Quibus innuit, meridiana ſigna in ſiniſtrum, ſeptentrionalia in dextrum uergere, à uetuſtis fuiſſe creditum. Quod locus Ouidianus, notatu digniſſimus, libro ſecundo Metamorphoſcon indicat.

Ouidius

Terra uiros, urbeſq; gerit ſyluaſq; feraſq;
Fluminaq; & nymphas, & cætera numina ruris.
Hæc ſuper impoſita eſt cœli fulgentis imago.
Signa ſex foribus dextris, totidemq; ſiniſtris.

Vitruuius

His pulchrè alludit Vitruuius lib. 9. de architectura cap. 6. & 7. Qui ſydera borealia, ad orientis dextram locat, meridiana uero orientis ſiniſtrã eſſe ait. Hic præter eundum non eſt. Aſtronomos fores cœli bifariam deſcribere, iuxta geminum ſolis motũ. Primo enim fertur, aut rapitur cum primo mobili ab ortu in occaſum, iuncto etiam motu ſolis proprio. Et in lateribus horizontis duo deſignat puncta, alterum in oriente, alterũ in occidente. Ad quæ amplitudo exortiua & occaſus ſeſe terminat. Hæc puncta appellant fores ſolis. Quas Ianus, B quem ueteres ſolem & temporũ authorem intellexerunt, apud Ouidium lib. Faſtorum. 1. intelligit. Quando ait.

Fores cœli bifariam deſcribuntur.

Ouidius

Præſideo foribus cœli cum mitibus horis
Et redit officio Iupiter ipſe meo.

Secundo motum habet propriũ, ueluti ſinguli errones, per ſigna Zodiaci, ab occaſu in ortum means. Iam in Auſtrinũ, iam in boreum latus oberrans. Et poſuit fores in eius æquinoctijs. Quas Naſo, uerſu paulò ante citato, intelligit. Et uocari fores anni poſſunt. Quę nobis reuera in Ariete ſunt. Ita ueteres à Martio annum auſpicari, id obſeruaſſe uidentur. Neq; his aduerſatur Virgilius Georgicorum primo inquiens.

Virgilius

Candidus auratis aperit cum cornibus annum
Taurus, & aduerſo cedens canis occidit aſtro.

Seruius

Aliud eſt enĩ (Seruio authore) aperire annum & incipere annũ. In Tauro longiori iam facto die, caloreq; augeſcente, cœptus, in Ariete annus iã profectior & robuſtior incipit apparere. Incipit ſane annus in ſigno poſt Piſces, quod eſt Aries. In Piſces enim ſe finit. Ouidius Metamor. primo, Fabula prima. F

Ouidius

Tertius æquoreis incluſum piſcibus annum
Finierat Titan &c.

Quòd autem nobis, qui boreale latus tenemus, efficit Aries, hoc idem Auſtrino lateri Libra præſtat, conſimili per omnia ratione. Nam in Ariete autumnum habent illi, & in Libra uernum tempus. Sunt igitur ſiniſtrorum ſignorũ fores in Libra, dextrorum in Ariete. Sũt præterea aliæ Solis portę, in ipſis ſolſticiorum initijs. Quę ſunt ceu metæ quędam motus ſolis. De quibus Macrobius de ſomo Scipionis libro primo. Et loquitur de interſectiõibus Zodiaci & Lactei circuli, circa tropica ſigna Cancrũ & Capricornum, ſic. Has ſolis portas Phyſici uocauerũt. Quia in utraq;, obuiante ſolſtitio, ulterius Solis inhibetur acceſſio, & fit ei regreſſus ad zonæ uiam, cuius terminos nunquam relinquit. De his hactenus. Quæ in canone de quatuor ſolſticijs & æſtatibus ac brumis addita ſunt, in quarto Canone dilucidabuntur. Quartus canõ. Hi, quorum zenith eſt in æquinoctiali, hoc eſt, quorum habitatio eſt ſub ęquatore, in anno quatuor habet umbras. Et ſol bis tranſit per zenith capitis eorum: quando eſt in principio Arietis & Libræ. Inducẽs duo æquinoctia uniuerſo orbi, tempuſq; uernum & autumnale. His quatuor accidunt

Solis portæ

Vmbrarum Quartus canõ

A petiumq́; æquinoctium. Huic canoni iungenda sunt uerba Procli in §. Aequator circulus est, qui maximus æquidistantium circulorum statuitur, &c. Ex quo hic de circulis sphæræ maioribus & minoribus agitur, principè conuenudum. Maior circulus in sphera is est, qui in superficie conuexa sphęræ, aut prope descriptus, sphæram in duo æqualia diuidit. Et sunt sex, Aequator, Zodiacus, Colurus æquinoctiorum, Colurus solstitiorũ, Meridianus & Horizon. De Aequatore hic Proclus determinat. De alijs quinq; in sequentibus capitibus. Circulus sphæræ minor is est, qui in superficie sphęræ descriptus, minimè sphæram in duo æqualia secat. Et sunt quatuor. Circulus Arcticus, circulus Cancri, circulus Capricorni & circulus Antarcticus. De his author hic agit. Quia sunt paralleli. Horum princeps omnium maximus est Aequator. Sed hic non est prætereundum, quod circulus dicitur maior alio, quatuor modis. Primo ratione magnitudinis corporis cœlestis, cui imaginatur inesse. Et sic circulus æquinoctialis primi mobilis, maior est circulo æquinoctiali octauę sphæræ. Ob id, quod primum mobile est omnium corporũ maximũ. Et licet circulus æquinoctialis octauę sphæræ diuidat ipsam in duo æqualia, tamẽ primi mobilis maior uocatur. Quia ipsum, omnia alia corpora includens, maius est. Secundo loco, circulus dicitur maior, ratione apparentiæ. Quia totus supra horizontem cernitur. Et hoc pacto circulus septentrionalis, qui Arcticus appellatur, maior dicitur. Quia perpetuò nobis supra horzionte mapparet. De differentia circuli arctici inter Græcos & Latinos supra diximus. De hac maioritate locutus est Proclus supra, in §. Septentrionalis igitur circulus est, qui omnium quos perpetuò cernimus plane maximus est. &c. Vbi dubium fuerat motum & etiam dissolutum &c. Tertio, Circulus alio maior prædicatur, ratione uirtutis influxiuæ. Et hoc modo zodiacus alijs maior censetur, propter maiorem eiusdem actiuitatem in hæc inferiora. Quia sub eo Sol & cæteri planetæ mouentur. Quare Aristoteles secundo de Generatiõe cap. 9. bene dixit. Ideoq; nõ prima allatio causa est generationis & corruptionis, sed quæ circa obliquũ circulũ. Et idem in eodem. Videmus, q̃ adueniente sole, generatio est, recedente aũt diminutio, id est, corruptio. Quare Hipparchus libro, de vigore naturæ, de zodiaco, sic scripsit. Iste circulus, est uita omnium, quæ in mundo sunt. &c. Quarto circulus dicit̃ maior alio, quantũ ad unam sphærã, id est, respectu unius sphęræ. Et sic æquinoctialis, omnium circulorũ parallelorum in ipso primo mobili, maximus est. Quod facile declaratur per circuli diametrum. Et de hac

Duplices circuli.
Maior
Minor
Veteres Lacteum circulum addunt.
Circulus alio maior dicitur quatuor modis.
Aristoteles
Hipparchus

C loquitur hic noster Proclus. De qua pulchrè canit Marcus Manilius, in suo Astronomico libro primo capitulo sexto. Mar. Mani.

Tertius in media mundi regione locatus
Ingenti sphęra totum percingit olympum,
Parte ab utraq; uidens axem, quo lumine Phœbus
Componit paribus numeris noctemq́; diemq́;,
Veris & autumni currens per tempora mixta
Quum medium æquali distinguit limite cœlum.

Aequinoctialis igitur (ut à diffinitione proficiscar) est circulus maior, in superficie primi mobilis descriptus, secundũ quamlibet sui partem, ab utroq; polo mundi æquè distans. Conuendũ. Omnes circuli sphęræ materialis imaginantur in primo mobili, quod etiam materialis sphęra præcipuè repręsentat. Possunt tamẽ hi circuli etiam in alijs sphæris, puta, in octaua, imaginari, &c. Habet aũt circulus is nobilis diuersa noĩa. Primo à Græcis appellatur Ishemerinos, Ab ἴσος, quod est æquale & ἡμέρα dies. Hoc est, circulus æqualitatis diei & noctis. Testis Hyginus in suo poetico Astronomico libro primo cap. De polo.

Aequinoctialis diffinitur
Aequinoctialis nomina.
Ishemerinos

Vbi sic scribit. Aequinoctialis à Grecis Ishemerinos appellatus: Ideo, quod sol cum ad eum orbem peruenit, æquinoctium perficit. Vocatur etiã linea æqualitatis diei, aut linea æquationis diei, siue orbis æquationis diei, à Ptolemæo Dictiõe secunda ca. 6. Latine æquinoctialis, tanquam circulus, in quo cum sol fuerit, accidit æqualitas noctis & diei in uniuersa terra. Consimili ratione, Aequator dicitur. Aequatur sane diei & noctis, id est, circulus quem cum sol adierit dies artificialis æquatur nocti. Quare is circulus (authore Festo) dicitur æquidialis. Romani enim utrumq; æquinoctium, Aequidiale, aut Aequidium dixerunt. Cum nox diei potius quam dies nocti annumerari debeat. Contra fecere nostri maiores Germani, qui non per numerum dierum, sed noctium, cõputauerunt. Teste Cornelio Ta. libro de situ & moribus Germanorum, Inquiente. Coeunt (nisi quid fortuitũ aut subitum incidit) certis diebus, cum aut inchoatur aut impletur Luna: Nam agendis rebus hoc auspicatissimũ initium credunt. Nec dierum numero, ut nos, sed noctium computant: sic constituunt: sic condicunt. Nox ducere diem uidetur. Hæc Ta. Phryges æquinoctium uernum hilaria appellabant: sperantes lætitiæ exordium, cum sperarent diem nocte longiorem. Macrobius libro primo Saturnaliũ. Celebratur lætitiæ exordium ad octauum Calendas Aprilis. Quem diem hilaria appellant. Quo primũ tempore sol diem longiorem nocte protẽdit. Id enim tempus æquinoctij, quod nos uernũ, à uireo, appellamus, omnia renouari, pullulare, uirescere & hilarescere facit. Teste Ouidio primo Fastorũ.

Aequinoctialis nomina. Festus. Aequidialis. Aequidiale Aequidium. Corne Ta. Germani quõdam noctes nõ dies in numerũ ponebant. Hilaria Macrobius Vernum tempus. Ouidius.

Omnia tunc florent, circa est noua temporis ætas,
Et noua de grauido palmite gemma tumet.
Et modo formatis operitur frondibus arbos:
Prodit & in summum seminis herba solum.
Et tepidum uolucres concentibus aëra mulcent;
Ludit & in pratis luxuriatq; pecus.
Tum blandi soles, ignotaq; prodit hirundo,
Et luteum celsa sub trabe figit opus.
Tunc patitur cultus ager & renouatur aratro. &c.

De eodem uerno tempore & reliquis tribus, pulchrè scribit, idem Ouidius lib. 15. metamor. Fabula tertia. Hoc enim tempore sol intrat signum Arietis, qui est temperatus, cum solem recipit, incipit generatio. Aries enim, ut Macrobius primo Saturna. scribit, ad naturam solis refertur, sicut & uniuersa signa zodiaci. Huius sententia supra exposita est. Dicitur etiam æquinoctialis cingulus uel cingulum primi mobilis, siue primi motus. Quia sicut cingulus uel cingulũ aut corigia diuidit corpus nostrum per medium: sic circulus iste (quemadmodum supra expositum est) diuidit sphæram primã per medium. Vocatur & circulus alti solstitij, apud Lucanum 9. Pharsaliaci &c.

Cingulus primi mobilis.

Deprensum est hunc esse locum, quo circulus alti
Solstitij medium signorum percutit orbem.

Circulus alti solstitij. Lucanus

Horum uersuum & sequentium expositionem ueram in sequentibus accipies, auditor. Vocatur tandem centrum terræ. Teste Plinio libro secundo capitulo decimonono. De qua re in subditis plene manifestabo. Nostri Aequinoctialis dignitatem, nobilitatem ac perfectionem ex suis officijs, commoditatibus, atq; usibus facile concludimus. Corpora sane cœlestia ita habent sua officia, ut unum aliud nunquam turbet. Iob quinto. Qui facit concordiam in sublimibus suis. Et ECCLESIASTICI decimosexto scribitur. Ornauit in æternum opera illorum: Nec esurierunt, nec laborauerunt, nec destiterunt ab operibus suis, Vnusquisq; proximum suũ nõ angustiabit usq; in æternum. Primum igitur

Centrũ terræ. Plinius. Aequinoctialis officia. Iob. Ecclesiasticus

A gitur æquinoctialis officiũ est, Quod ipse est regula motus primi mobilis. Cũ enim de eo compertũ habeamus, quòd de ipso in omni hora æquali 15. eius gradus oriantur, aut occidant: consequens est, ipsum totum reuolui in 24. horis. Et ex consequutione, primum mobile, in quo idem imaginatur, in tot horis circũferatur. Mensurat igitur æquinoctialis & determinat motum primi mobilis, indicando eius reuolutionem & annum. Est igitur annus primi mobilis, tempus 24. horarũ æqualium. Sed quo pacto ueteres inuestigauerint ęquinoctialem in tot horis circumrotari? Eo ingenio factũ esse arbitror. Officio certæ stellæ in æquinoctiali, aut eius uicinia cõstitutæ perceperunt, æquinoctialem à signo aliquo adhibito ad id redire. Vnde concluserunt, eundem in tempore quopiam circumuolui. Quantitas autem temporis & eius æqualitas, per ingeniũ, quod uenerabilis Beda de Cuppa plena aqua exponit, elicita est. Secundum officium est. Quod pandit æqualitate diei & noctis: Quotiescunque sol ipsum adit, dies nocti ęquatur in uniuerso mundo. De hoc officio, infra abundè dicetur. *Annus primi mobilis, horarum, & peruestigatio eius* *Beda*

Tertium eius officium est. Quod per ipsum scimus longitudinem diei artifici-

B alis & noctis, in quacunque habitatione oblata. Habito enim instrumento sphęrico, positoque sole in horizonte orientali, afficiatur æquinoctialis nota; post sole uoluto in horizontem occiduum, rursus afficiatur æquinoctialis nota in horizonte orientali. Gradus igitur ęquinoctialis numerati, his notis intercepti, diẽ artificialem produnt: Supputando semper quindecim gradus ęquinoctialis pro una hora æquali. Et pro quolibet gradu quatuor minuta temporis. Habita igitur quantitate diei artificialis, per subtractionem eiusdem à 24. horis, relinquitur quantitas noctis. Quartum. Per ipsum edocebimur, quæ sydera, quę imagines cœlestes, quæ stellæ sint ab eo uersus septentrionem & quę uersus meridiem. Ex quo enim ipse partitur cœlum stellatum in duas ęquas partes, quarũ altera est uersus septentrionem, altera uersus meridiem. Consequens est, omnes stellas & imagines ab ipso, uersus septentrionem tendentes, esse septentrionales, ab ipso autem, &c. *Longitudinis diei artificialis exploratio.*

Imagines septentrionales, respectu æquinoctialis, sunt Taurus, Gemini, Leo, Auriga, Perseus, Triangulus, Andromeda, Cassiopeia, Equus maior & minor, Delphinus, Sagitta, Aquila, Lyra, Hercules, Corona, Cygnus, Bootes, duę Vrsę, Draco. Meridianæ uero, Libra, Scorpio, Sagittarius, Capricornus, Crater, Coruus, Ara, Centaurus, Lupus, Fluuius, Nauis, Lepus, Canis maior & minor, Piscis meridionalis.

C Quintum officium. Quod per ipsum stellarum declinationes, tum septentrionales tum meridionales, addiscimus. Hoc facilem recipit declaratiõem in sphęra solida. Stellarum autem declinatione cognita, eas ipsas facile instrumentis imponimus. Vnde instrumẽtorum magna surgit utilitas. Et sic in collectaneis nostris, de constructione retis astrolabij, condidimus tabulam declinationum stellarum. Sextum. Per ipsum scitur cuiuslibet gradus zodiaci declinatio. Qua habita, omni die, tempore meridiano, sole radiante, latitudo siue eleuatio poli Borealis cuiusuis oppidi artificiose dignosci potest. Septimum. Eius officio omnia oppida, iuxta eorum longitudinem & latitudinem, sphæræ terrestri facillime imponimus. Vnde quę oppida sint septentrionalia & quę meridiana promptè intelligemus. Octauum. Per ipsum omnium parallelorum circulorum cœlestium, & etiam zonarum terrestrium his subiectarum notitiam nanciscimur. Gratia exempli. Parallelus per Rhodum cognosci nõ possent, nisi per distantiam eius ab ęquinoctiali, tanquam primario & antesignano parallelo. Discat enim ab eo, uersus septentrionem. 36. gradibus. Idem est de omnibus alijs iudicium parallelis rite cognitis; nullus alioqui rebus geographicis a- *Stellarum declinatio per æquinoctialem indicatur.* *Oppidorum Borealium eleuatio monstratur.*

Cleomedes.

ptus aut idoneus erit. Hoc sentit Cleomedes, primo Meteor. cum inquit. Deinceps nosse oportet quamlibet hærentium cœlo stellarum cum mundo obuolutam, circa suum centrum circulum describere: Qui omnes sunt paralleli. Cumque inter ipsos maximus sit æquinoctialis, minimi qui circa polos mundi sunt; & perinde qui ab ijs ad æquinoctialem sunt descripti iuxta proportionem maiores euadunt. ¶ Nonum. Nulla terræ descriptio, etiam in plano, neq; per lineas rectas neq; curuas, eo incognito, absolui potest. ¶ Decimum. Quanta sit eius commoditas in humanis genituris diiudicandis, silentio præterimus: cum id breuibus exponi haud possit. Videatur, pro exemplo, libellus directorius Ioan. à Regio monte. Hæc hactenus. Nunc ad canonem declarandum accedo, qui sic habet. Hi quorum zenith est in æquinoctiali &c. Supra diximus, quid sit zenith iuxta astronomicam acceptiōem, authore Linconiensi. Est enī punctus uerticalis in cœlo. Et posset esse regionis, hominis, aut alterius rei. Et alias uocatur polus horizontis, regionis, urbis &c. Sumitur etiam zenith pro angulo medij cœli. Quare Zeel, de natura nati, sic scriptum reliquit. Cum Mars in zenith fuerit, & dominans orienti, nato influit dignitatem, cum crudelitatis habitu possidendo. Accipitur etiam zenith, pro hierarchia separatorum excellentioris naturæ. Vt recepit Hipparchus lib. de uinculo spiritus. Vbi dicit, O admiranda zenith, & natura deifica, occulta oculis humanorum &c. Additur in canone, hoc est, quorum habitatio est sub æquatore. Hic occurrit quæstio. An sub ęquatore diei, uel circulo ęquinoctiali, uel linea ęqualitatis, sit habitatio cōueniens hominibus? Vel sic. An zona inter duos tropicos contenta, quam torridam uel perustam uocamus, sit habitata, uel nō habitata? Nolumus hanc quęstionē in præsentia dissoluere, ob eius prolixitatem. Quam satis superq; absoluit Petrus de Abano Patauiensis, differentiarum conciliator. Differentia 67. Item Alber. Mag. de natura locorum, distinctione prima cap. 6. Cleomedes primo Meteo. Franciscus Capuanus, Sipontinus, & alij plures. Satis hodie compert[illegible]mus, torridam zonam habitari. Quod supra in Canone tertio abunde [illegible]mus, de parte torridæ zonæ contenta inter tropicum Cancri & æquinoctialem, & infra de reliqua uersus meridiem consimiliter probabimus. Quod autem sub æquatore, qui tanquam medius torridam in duas secat partes, sit habitatio hominum & animantium, hic ostendemus, & paucis. Ptolemæus lib. 4. cap. 6. 8. 9. & Tabu. 4. Africæ, sub æquinoctiali & eius uicinia in Africa à longitudine ferme 5. graduum usque in 80. hoc est, per miliaria Germanica 1200 fere, locat Aethiopes plurimos. Vt sunt Hesperij, Antacę, Ichthyophagi, Africerones, magnum genus, Aganginæ, Derbici, Xyllicei, Chalçes, Elephantophagi, Pesendaræ. Item habitantes Smyrnoferam regionem & Azaniam. Hi omnes Aethiopes. Deinde, eodem docente lib. 7. capi. 2. & Tabu. 11. Asiæ, in India extra Gangē Aurea Chersonesus sita est sub æquatore. Et cuius ciuitas Calloipolis. Et ibidē in mari Indico Insula Bonæ fortunę, & aliæ insulæ plurimæ Maniolæ dictę. Et eodem libro ca. 3. Sarapa aut Saratha urbs sinarum sub æquinoctiali sita. Et cap. 4. Tabu. 12. Asiæ magna pars Taprobanæ insulæ subiecta est æquatori. Vbi sunt urbes Nubartha, Nacaduma. Ibi à mōte Malea uersus meridiem pascua sunt elephantum. Ecce habitatio animalium sub æquinoctiali. Et nostra tempestate reges Portugaliæ, & Castellæ plurimas regiones & insulas sub æquinoctiali & eius uicinia inuenerūt. Satis est. Sequitur. In anno quatuor habent umbras. Supra satis diximus de duabus umbris plagalibus, scilicet, orientali & occidentali. Sole autem gradiente per signa septentrionalia omnis umbra meridiana à corpore recto sub æquatore in austrū proijcitur, tanto longior quanto sol cancro plus approximat: in ipso autem cancro longissi-

Margin notes: Io. à Re. mon. — Zenith tripliciter sumitur. — Zeel. — Hipparchus. — An sub æquatore, torridaq; item zona habitetur. — Petrus de Abano. — Alber. Mag. — Cleomedes. — Franciscus Capuanus. — Regiones & loca sub æquatore sita. — Hi Aethiopes quatuor habent umbras. Vmbra meridiana longissima.

D B F

A longissima habetur. Vice uero uersa sole eunte per signa austrina, per omnia brumæ, nostra umbra meridiana in septentrionem impellitur. Qui igitur sub æquatore sunt, umbras habent certo tempore alternatim pares. Vmbra enim à corpore recto sub æquatore proiecta, dum sol Cancrum possidet, par est umbrę proiectæ quam habet eum in Capricorno est. Nisi longiorem ea causa australem putaueris, quòd sol dum Capricornum tenuerit terrę est propior, & locum augi oppositum tenet, alioqui in æqua parallelorum solstitialium distantia par ratio fuerit. Sequitur. Et sol bis transit per zenith capitis eorum, quando est in principio Arietis & Libræ. Eo tempore umbra meridiana nulla est eis. Nisi perpendicularem umbram esse uolueris. Hinc palàm est, quòd hi bis in anno duntaxat habent duas umbras, scilicet, orientalem & occidentalem. ¶ Sequitur. Inducens duo æquinoctia uniuerso orbi. Supra satis ostensum est æquinoctium diei æquidiale, æquidium, Hilaria. Posset quispiam hic haud indigne primo dubitare de inceptione æquinoctij uerni, cõsimiliter autumni & utriusque solstitij. De æquinoctio igitur uerno contuendum est. Iulius Cæsar ante Christum incarnatum 45. fere annis in prima sui Calendarij institutione, statuit æquinoctium uernum 7. uel ut alijs placet, octauo Calend. Aprilis, id est, die 25. aut 26. Martij. Ouidius statuit idem 7 calend. Apriles, id est, 26. die Martij: dicit enim 3.

De umbris paribus.

Quādo his uera umbra meridiana

De æquinoctio uerno quo ad tempus.

Iulius Cæsar.

Ouidius.

B lib. Fast. quasi in fine.

Tres ubi luciferos ueniens præmiserit Eos
Tempora nocturnis æqua diurna feret.

Post festum quinquatrium Mineruæ aut Palladis quod terminabatur 11. calend. Aprilis, id est, 22. Martii, numeratis tribus diebus post, sequens dies fuit æquinoctii, id est, septimus calenda. Aprilium, id est, 26. dies Martii. Accedit Ouidio Victorinus Lemoniensis doctor antiquus & supputator egregius, qui arbitratus fuit Dominum 7. calend. Aprilis crucifixum fuisse, & quinto calend. resurrexisse, ut docet Beda libro suo de temporibus ca. 60. Cui etiam cõsentit Reinherus doctor præcipuus. Macrobius, Plinius, Isidorus episcopus Hispalensis, Columella statuunt æquinoctium uernũ 8. calend. Aprilis, id est, 25. die Martii. Macrob. lib. 1. Sat. Celebratur, inquit, lætitiæ exordium ad octauum calend. Aprilis, quem diem hilaria appellant. Plinius lib. 18. capi. 25. & 26. Vbi 26. capi. de uerno æquinoctio, sic scribit. Aequinoctiũ uernum ad 8. calen. Aprilis peragi uidetur. De Isidoro loquitur Beda inquiens. Isidorus namque Hispalensis episcopus hyemem. 8. calend. Decembris. Ver 8. calend. Martii. Aestatem 8. ca-

Victorinus.

Beda.

Reinherus.

Macrobius.

Plinius.

Isidorus.

Columella.

C lend. Iunii. Autumnum 10. calend. Septembris dicit habere exortum. Idem (ut Beda testatur) asserit Hippòcrates ad regem Antigonum. Astipulatur Ioanne. Chrysostomus in sermone de natiuitate Ioan. Baptistæ, dicens. Tiberium Cæsarem perscrutatum æquinoctia & solstitia, inuenisse æquinoctium uernale 8. calendas Aprilis. Quare doctissimi uiri Tertulianus, Ioan. Chryso. Hieronymus, Cyrillus, Augustinus, Albertus Magnus, Beda, Marianus Scotus, dicunt Dominum 8. calend. Aprilis, crucifixũ fuisse. Eodem, scilicet, die quo conceptus asseritur. Statuunt alii æquinoctium uernũ 10. calendas Aprilis. Græci enim fere omnes, inter quos Nicetes primarius, opinati sunt, Dominũ crucifixum fuisse 10. calendas Aprilis. Et resurrexisse à mortuis octauo eorundem, eo, scilicet, die quo angelo nunciante conceptus fuit. In hac opinione uidentur fuisse Theophilus cæsariensis episcopus, & Lactantius ille Firmianus lib. 4. Institutionum: licet pluribus eorũ dicta sint ambigua. In ea opinione est Gerlandus Lotharingus computator nominatissimus. Alii ponunt æquinoctium in 11. calend. Aprilis, ut fecit Anatholius Alexandrinus Laodiceæ urbis Syriæ episcopus. De quo Eusebius lib. 7. Ecclesiasticæ histo. capi. 28. Alii æquinoctio

Hippocrates.

Io. Chryso.

Tertulianus

Io. Chryso.

Hieronymus.

Cyrillus.

Albertus.

Beda.

Marianus Scotus.

Græci.

Niceres

Theophilus.

Lactantius.

Gerlandus.

Anatolius

Eusebius.

uerno sedem posuere 12. calend. Aprilis, id est, 21. diē Martii, in quo celebratur D festum diui Benedicti. Authores huius (ut fertur) fuerūt patres Nicenæ synodi, celebratæ anno gratiæ 322. ubi canon Victoris papæ de paschate celebrando approbatus. Post Dionysius abbas Romanus cognomento Exiguus, circa annos Christi 526. in suo computo paschali, idem æquinoctiū suscepit, tanquam haberet firmam & immutabilem sedem 12. calend. Aprilis. In quo ipse fuit ansa erroris ecclesiæ Romanæ in uero paschate celebrando. Omisi supra quod æquinoctium uernum tempore Ptolemæi Phelu. ut ex suis obseruationibus Dictione 3. Almage. habitis concluditur, fuit anno Christi 132. in ueritate 11. calend. Aprilis, id est, die 22. Martii. Et anno Christi 139. 10. calend. Aprilis, id est, die 23. Martii. Et si ab his annis retrocesseris ad incarnationem verbi DEI, offendes æquinoctium uernale in anno bissextili accidisse 9. calend. Aprilis, id est, 24. die Martii. Et in anno cōmuni 8. calend. Aprilis, id est, 25. die Martii. Fuit præterea æquinoctium uernale repertū 15. calen. Aprilis, id est, 18. die Martii circa annos Gratiæ 530. uel circiter. Puta tempore Dionysii abbatis. Et ego inueni hanc æquinoctii sedem in uetustissimis calendariis. Iudæi nostro tempore barū rerum indocti id statuunt tertio aut pridie Idus Martii, hoc est 13, aut B 14. die Martii. Rursus in plurimos annos & in nostra fere usque tempora æquinoctium habitum fuit 4. Idus Martii, in die Gregorii papæ, id est, 12. die Martii, iuxta consequentem hunc uersiculum.

Nicena Synodus. — Dionysius abbas. — Ptole. Phelu. — Aequinoctiū tēpore Christi. — Dionysius abbas. — Iudæorū æquinoctium.

Lampert, Gregorii nox est æquata diei.

Hoc quondam ueritatem habuit, puta circa annos Christi 1316. Nostra autem tempestate accidit æquinoctium uernum 5 & 6. Idus Martii, id est, 10. & 11 die Martii. Cuius inuentionem exactam docuimus in calendario nostro Romano. A Iulio igitur Cæsare usque in nostra tempora, hoc est, in 1569. annos, uidemus æquinoctium uer anticipasse in calendario Romano in 15, uel 16. fere dies. Anticipauit enim se per omnes dies intermedios à 26. die Martii, usque in 10 diem eiusdem. Verum ne quid intactum remaneat, Thebith Benchore, inuentor motus trepidationis aut accessus & recessus octauæ sphæræ, & sectatores eiusdem, recedunt à communi opinione de æquinoctio uerno nostro tempore fere per 5. uel 6. dies, quasi æquinoctium sit 5 aut 6 die Martii. Imitatores autem opinionis Thebitis paucos inueni, quod compertum habui ex scriptis gymnasiorum literatorum oblatis, anno Christi 1518. ad concilium Lateranum in vrbe celebratum pro paschate reformando. Omnium prædictorum conscripsi summariū in scheda hic adiecta, qua exaraui mensem Martiū cum suis diebus, Nonis, Idibus & Calendis. F

Aequinoctiū in die Grego. — Aequinoctiū nostra tempestate. — Thebit Benchore. — Motus trepidationis.

A

MARTIVS DE AEQVINOCTIO VERNO.

1	d		CALENDAE	
2	e	6	Non.	
3	f	5	Non.	
4	g	4	Non.	
5	A	3	Non.	Aequinoctiũ secundũ Thebith Benchore nostro tempore
6	b	2	Non.	5. aut 6. die Martij, à paucis tamen obseruatum.
7	c		NONAE	
8	d	8	Idus	
9	e	7	Idus.	(10. & 11. Martij.
10	f	6	Idus.	Aequinoctiũ nostro tempore, puta Anno gratiæ 1500 die
11	g	5	Idus.	(maxime tñ floruit circa annos Christi 1300. & postea.
12	A	4	Idus	Gregorij Papę. Aequinoctiũ ĩ plures annos huic diei cõcessũ
13	b	3	Idus.	Aequinoctium Iudæorum die 13. aut 14 Martij
14	c	2	Idus.	
15	d		IDVS	
16	e	17	Calend.	
17	f	16	Calend.	(me obseruatũ. Id in uetustis inuenietur Calendarijs.
18	g	15	Calend.	Aequnoctium tempore Dionysij abbatis, ab eo tamẽ mini-
19	A	14	Calend.	
20	b	13	Calend.	(Dionysium abbatem Roma. cognomento exiguũ.
21	c	12	Calend.	Benedicti abbatis. Aequnoctiũ iuxta synodum Nicenã &
22	d	11	Calend.	Aequno. authore Anatholio & Ptole. Phelu. an Christi 132.
23	e	10	Calend.	Aequno. Nicetæ & fere Græcorũ Theophili &c. an. Ch. 139 ut supra pa. 15. C
24	f	9	Calend.	Aequnoctium tpe incarnationis Christi in anno bissextili.
25	g	8	Calend.	Annũciatio Dñica. Aequino. tpe Chri. in an. cõmuni scdm Macrob. Pli &c.
26	A	7	Calend.	Aequnoctiũ iuxta Iul. Cæsa. Ouid. Victo. Lemo Reinherũ. (ut supra fo. 15. B
27	b	6	Calend.	
28	c	5	Calend.	
29	d	4	Calend.	
30	e	3	Calend.	
31	f	2	Calend.	

B

Animaduertendũ est hic, quòd plures ex supra memoratis, qui æquinoctio uerno aliquem diem Martij assignauere, sola imitatione id fecerunt. Puta Plinius, qui ĩ omnibus suis scriptis nimiũ tribuit authoritati, imitãdo alios, tribuit æquinoctio sedem ad octauum calen. Apriles, quòd suo tempore fuit 10. aut 11. Apriles. Sic fecit Anatholius, qui scripsit post Christi natiuitatẽ 280. annis aut circiter. Sic fecit Macrobius, Isidorus, Columella. Alij ex arte, experimento & obseruatione annotarũt diem æquinoctij uerni. Vt Ptole. Phelu. Iulius Cæsar, & astronomi nostri temporis. Præterea annotandũ, quemadmodum de uariatione sedis æquinoctij uerni in diebus Martij diximus, cõsimilis ferme posset fieri sermo, de æquinoctio autumnali: Quod nostro tempore sedem habet in Septembri in ipsius Idibus & 18. calend. Octobris. Hoc est, 13. & 14. die eiusdẽ mensis. Id olim habuit sedem 15. calend. Octob. id est, 17. diẽ Septembris, in die Lamperti martyris, iuxta consequentem uersiculũ.

Plures sola imitatione scripserunt.

C

Scriptores per obseruantiam

Aequinoctiũ autumnale.

Lampert, Gregori. &c.

Et ante 11. cal. Octo. id est, 23. die Septem. in die Matthei apostoli, & sic deinceps. Item solstitium æstiuum sedes suas euariauit in mense Iunio, quod hodie tenet 3. & 2. Idus Iunij, id est, 11. & 12 diem eiusdem mensis. Id ante fuit 13. calen. Iulii, id est, 15. die Iunij in die Viti. Versus.

Solstitiũ æstiuum.

Vitus & Lucia dant tibi solstitia bina.

Et idẽ quondã habuit sedem 8. calen. Iulij, id est, 24. die Iunij, in die Ioan. Bapti-

Solstitij brumale.

D stæ Quocirca hic dies in nostra usq; tempora uocatus est Germanica appellatione. S. Iohans Suñwendin. Consimilem anticipationem perpessum est solstitiũ brumale in diebus Decembris, quod nostra tempestate sedem tenet 3. & 2. Idus Decembris, hoc est, 11. & 12. die eiusdem. Transactis annis fuit in Idibus Decemb. id est, 13. die in festo Luciæ uir. iuxta uersiculum supra expositum. Id fuit tempore Iulij Cæsaris 8. Calend. Ianua. id est, 25. die Decembris. Hoc est, in natali nostri Redemptoris. Quod etiã de oĩbus predictis asserit Pli. lib. 18. ca. 25. Et diuus Augu. accedit sermone 18. de natiuitate Christi. Cõceptus est (inquit) in equinoctio uerno & natus in solstitio hyberno. Et idẽ sermone 12. de nati. Hodie natus est, quo die minor dies nullus in terris, à quo tamẽ incremẽta dies sumũt. Eandẽ sei e sententiã legis sermõe 15. de nati. Et idem lib. de Tri. ca. 5. dicit. Ecclesiæ custodit authoritas. Octauo enim Calen. Apri. cõceptus credit, quo & passus. Et infra. Natus aũt creditur 8. Calen. Ianuarij. Ex his Augustini uerbis facile colliges solstitiũ hyemale tempore natiuitatis Christi fuisse 8. Calen. Ianu.

Augustinus.

Quæstio de anticipatione æquinoctiorũ.

Nota de anno solari.

Sed hic occurritur mihi, quæ sit causa tantæ diuersitatis, & euariationis æquinoctiorum & solstitiorũ, & quòd tot grauissimi authores his tot diuersas sedes elegerunt & anticipationes fecerunt; Respondeo id propterea factũ, quòd annus solaris hactenus obseruatus & à Iulio Cæsare primũ Latinis institutus non ad amussim quadrat solis reuolutioni in cœlo. Immo quatuor anni usuales à nobis in terra obseruati, pusillo quodã superant quatuor annos solares cœlestes: E quod sane pusillũ licet modicũ & exiguum sit in quolibet anno (attingit enĩ in 10. minuta & 44. fere 2) in multis tamẽ annis coaceruatũ crescit in magnã quantitatem; Adeo ut à tempore Iulij Cæsa. (ut in superioribus ostensum est) usq; in annũ præsentem, scilicet, 1524. creuerit ad dies 15. Iulius enim Cæsar ab Alexandrinis de anni quantitate edoctus, ante Christum humanatũ 45. penè annis inuexit Romanis annũ solarem habere dies 365. & unum quadrantem, id est 6. horas. Quẽ quadrantem seruauit & quarto anno Februario unũ diem intercalauit. Quare si annus solaris cœlestis cõtineret præcise & adæquate 6. horas ultra 365 dies, ut & sententia Iulij præsupponit, nunquam æquinoctia & solstitia anticipassent sedes suas: sed firmas & perpetuas in calendario sedes obtinuissent: Ob id quod quolibet quarto anno dies unus ex quatuor quadrantibus collectus per bissextũ precise intercalaretur. Prius aũt compertum est ab astronomis, quod æquinoctia & solstitia mutauerũt sedes suas in calendario ascendendo uersus principia mensium, cõcluserunt quantitatẽ anni à Iulio introductam, quantum ad sex horas, nõ expunctim esse examinatam, sed sex horis aliquantulo minorem. Iuxta ergo Alphonsinas obseruationes, annus solaris cõtinet dies 365. cum 5. horis, minutis 49. & secundis 16. Necessum est igitur æquinoctia & solstitia quotannis in calenario ascendere & sedes suas mutare ad decẽ minuta, & secunda 44. unius horę. In quibus minutis & secundis annus solis F in cœlo minor est anno Iulij, in hanc usq; horam ab Ecclesia obseruato. Quare æquinoctia & solstitia in quatuor annis anticipant sedes suas ad. 42. minuta & 56. ferme secunda: quæ collecta de quatuor annis in quatuor, tandem in plures creuerunt dies. Hæc est igitur causa tantæ diuersitatis memoratorum uirorum in euariatione æquinoctij & solstitij. Qui tamen omnes bene sunt locuti. Distinguenda sunt igitur tẽpora & intelligemus scripturas, easq; cõcordabimus. Harũ igitur rerum cognitio ingentẽ confert utilitatẽ, pro diuersis scripturis intelligendis. Quantã cõmoditatẽ sola cognitio æquinoctij uerni pro diffinitiõe paschatis cõferat Ecclesiæ Romanę, Astronomis, etiã pfidis Iudęis, nõ facile dixerim. Hactenus de tempore æquinoctiorũ & solstitiorũ satis est dictũ. Nunc & secũdo loco quærit, in quibus signis & partibus eorũ ea accidant, & quã faciant

Vtilitas cognitionis harũ rerum.

A ciant temporum partitionem? Secundam huius q̃stiõis partem primò absoluã. Annus igit solaris partitur in quatuor cardines, quartas aut horas, siue partes. Testes sunt multi. Berosus Chal. lib. 3. de Nõa sic scriptũ reliquit. Docuit autem illos astrorum cursus, & distinxit annũ ad cursum solis, & 12. menses ad motũ Lunæ. Qui scientiã prædicebat illis ab initio quid in anno & cardinibus eius futurũ contingeret: ob quæ illum existimarũt diuinæ naturæ esse participẽ, ac propterea illũ olybama & arsa, id est, cœlum & solem cognoĩauerunt. Ptole. Phelu. tract. 1. quadri. ca. 10. sic ait. Anni uero tp̃a quatuor esse dicunt. ver, æstas, autumnus & hyems. Et Plinius lib. 2. ca. 19. Sol autẽ ipse quatuor differentias habet, bis æquata nocte diei uere & autumno, & in centrum incidens terræ, octauis in partibus Arietis & Libræ. Bis permutatis spatiis, auctum diei bruma octaua in parte capricorni. Noctis uero solstitio totidem in partibus cancri. Et idem lib. 18. ca. 25. Cardo temporum quadripartita distinctione anni cõstat, per incrementa lucis augetur, hoc à bruma: Et æquatur noctibus uerno æquinoctio. Et post pauca. Deinde superat noctẽ ad solstitium diebus 94. horis 12. usq; ad æquinoctium autumni, & cum æquata die procedit ex eo ad brumam. Plura

Anni quatuor cardines, quartæ, aut horæ.

Berosus.

Noah cognomina.

Ptolemæus.

Plinius.

B ibidem uide. Hyginus libro primo capitulo, de zodiaco circulo. Et itẽ quatuor diffinit tempora. Nam ab Ariete incipiens uer ostendit, & Taurum & Geminos transiens significat. Sed iam capitibus Geminorum circulum æstiuum tangere uidetur, per cancrũ, Leonemq; transiens & virginem æstatem efficit. Et rursus à virginis extrema parte transire ad æquinoctialem circulum perspicitur. In libra autẽ æquinoctium cõficit & autumnũ significare incipit. Ab hoc signo transiens ad scorpiũ & sagittarium. Deinde protinus incurrit in hyemalẽ circulum, & à capricorno, Aquario, Piscibus hyemem transigit. Beda uenerabilis pater ita loquitur. Tempora anni sunt quatuor, quibus sol per diuersa spatia cœli discurrendo subiectũ temperat orbẽ, diuina utique procurante sapientia, ut non semper eisdem cõmoratus in locis, feruoris auiditate mundanum depopuletur ornatũ. Sed paulatim per diuersa cõmigrans, terrenis fructibus nascendis maturandisq; temperamenta custodiat. A quo temperamento uidetur temporibus inditũ nomen: uel certe quia quadã suæ qualitatis similitudine ad inuicem temperata uoluuntur, igit̃ tempora recte uocantur. Hyems utpote longius sole remoto frigida est & humida. Ver illo super terras redeunte, humidũ & calidũ. Aestas illo desuper feruente calida & sicca. Autũnus illo ad inferiora decidente siccus & frigidus. Guilelmus author Rationalis diuinorũ, parte octa-

Hyginus.

Beda.

Tempora unde dicta.

Guilielmus.

C ua. Tempora siue partes anni solaris sunt quatuor. Ver, æstas, autumnus & hyems &c. Ioan. de Sa. bu. in cõputo suo ecclesiastico. Cum autẽ generalis temporũ permutatio præcipue à sole fiat, cuius appropinquatio calefacit, mora uicinitatis eius desiccat. Remotio solis infrigidat, sed mora remotionis humectat: secundũ eius appropinquationem, eleuationẽ, uel mediocrem ad nos cõsistentiam, quatuor distinguuntur anni tempora. Ver, æstas autumnus & hyems. De his quatuor temporibus pulchrè scribit Ouidius 15. Metamor. Fab. 1. quem lege. Et Marcus Mani. in suo astronomico lib. 2. ca. 6. quatuor temporibus alia alligat signa. Dicit enim.

Ioan. de Sa. bu.

Ouidius

Mar. Mani.

Temporibus quoq; sunt propriis pollentia signa.
Aestas à Geminis, autumnus virgine surgit.
Bruma sagittifero, uer Piscibus incipit esse.

Ex his palàm est (dempto Mani.) ab æquinoctiis, & solstitiis quatuor anni tẽpora detruncari, causamq; esse in temporũ partitione. Pro 1. parte quæstionis aduertendũ. Turba fere oĩm astrologorũ asserit, æquinoctiũ uernum accidere in principio signi Arietis. Autumnale in initio Libræ. Solstitium æstiuum in principio cancri, Hybernum uero in initio capricorni. Sed contra obiicitur: tempore Iulii Cæsaris fuit æqui-

Astronomi ponũt initia quatuor tẽporũ in principiis quatuor signorum cardinalium.

noctium uernũ quemadmodũ prædiximus septimo, aut (ut alijs placet) octauo D
calend. Aprilis, id est, 26. aut 25. die Martij, & quarta die post introitũ solis in Ari-
etem: igitur nõ sunt idem introitus solis in Arietem & æquinoctiũ. Et hoc cõfir-
Ouidius. mat Ouidius 3. Fast. (ubi agitur de ultimo die quinquatriorum Mineruæ) sic.

Nunc potes ad solem sublato dicere uultu,
Hic here Phryxeæ uellere pressit ouis.
Et postea de æquinoctio sic canit.

Treis ubi luciferos ueniens præmiserit Eos
Tempora nocturnis æqua diurna feres.

Plinius. Et sic secundũ Ouidium, sol intrauit Arietem quatuor diebus, ante æquinoctiũ:
igitur non sunt idem. Confirmatur per Plini. supra lib. 2. ca. 19. Vbi manifeste
Io. de Sa. bu. asserit æquinoctia fieri in octauis partibus Arietis & Libræ. Simile asserit de sol-
stitijs. Hoc idem recitat Ioan. de Sacrobusto in computo suo ca. de cyclo solari.
Dixerunt (inquit) ueteres, quòd sol intrat nouũ signum 15. calend. mensis. Vnde uersus.

Semper quindenis ponuntur signa calendis.
Et octauo die post dixere esse solstitium uel æquinoctiũ.

Vnde patet, quòd sol
cũ intret Capricornum 15. calend. Ianuarij & octauo die post esse solstitiũ: eritq;
Mar. Mani. solstitium hyemale in die natiuitatis Domini, scilicet, octauo Calend. Ianuarij. B
Ad idem Marcus Manilius lib. 3. capi. 2.

Hic (.s. sol) cum per gelidas hyemis summotus in astro
Fulget in octaua Capricorni parte biformis.
Tunc angusta dies.

Similiter cũ sol intret Cancrũ 15. calen. Iulij, erit solstitiũ æstiuale in die beati Io.
Bapti. scilicet, 8. calend. Iulij. Similiter de æquinoctijs. Quoniã cũ sol intret Ari-
etẽ 15. calend. Aprilis erit æquinoctiũ uernale, ubi locat̃ annũciatio Domini, sci-
licet, octauo calend. Aprilis. Cũ sol item Libram 15. calend. Octobris intret, erit
æquinoctiũ autumnale, in die conceptionis Io. Bapti. scilicet, 8. calend. Octobris.
Hæc ille. Ergo non simili tempore erit æquinoctiũ uernum & introitus solis in
Computatio motuum planetarũ ad octauã sphærã. Arietem. Et sic de cæteris. Pro dissolutione huius contuendũ: q̃ prisci Astrologi
motus planetarũ ab Ariete octauæ sphæræ tanq̃ ultimæ computauere, similiter
& reliqua quæ ex his dependent, ut ex motu solis æquinoctia & solstitia &c. Et
non ad ultimũ mobile, ut fit nostra tempestate. Immo nescierunt aliquod cœle-
ste mobile ultra 8. Quare prisci philosophi & astronomi antiquissimi dixerunt,
Annus solaris annũ solarẽ esse reuolutionẽ solis in suo eccentrico, uel ab una stella fixa donec
ad eandem redeat. Non perpendentes 8. sphærã & stellas fixas moueri motu
proprio uersus orientem. Hipparchus aũt, Abrachis & post eos Ptole. conside-
Hipparchus Abrachis raruerunt 8. sphærã & suas stellas moueri orientẽ uersus. Volueruntq; incipere F
annũ ab aliquo principio immobili: & ergo dixerunt annũ solarem esse reuolu-
tionem solis, ab aliquo puncto circuli æquinoctialis, donec redeat ad eundem.
Meton igitur, Euctemenes & Calippus, quos Ptolemæus allegat, motus plane-
tarũ in 8. sphæra computarunt: quo factũ fuit, ut usque fere ad tempora nostra
Azarchel motus in multis tabulis cõputentur in 8. sphæra. Vt uidere licet in tabulis Azar-
Zodiacus octauæ sphæræ. chelis Toletani & alijs plerisq;, præterq̃ in tabulis Alphonsinis, & ab eis deri-
uatis, tempore Christi 1251. Quare animaduertendum est, quòd Zodiacus. 8.
sphæræ adornatus stellis 12. signorũ principium sumpsit, secundũ plures, ante
cornua Arietis 5. uel 6. aut (ut alijs placet) 8. uel pluribus gradibus. Et hoc par-
tim elici potest ex dictis Ptole. Dictio. 7. Qui ponit cornua Arietis, id est, stel-
Alphonsus las ibi existentes, in 7. penè gradu Arietis primi mobilis. Et Alphonsus ponit mo-
tum augiũ tempore Ptolemæi, quasi duorum graduũ. Igitur principiũ 8. sphæ-
ræ esset, quasi per 5. gradus ante cornua Arietis. Et omnes loquentes de mansio-
nibus Lunæ dicunt, quòd prima mansio incipiat 8. gradibus ante cornua Arietis.
Quicquid id sit, Hi ueteres, qui ante tempora Christi uixerũt, dixerunt, prin-
cipiũ

A cipium Arietis octauæ sphæræ fuisse, ante principium nonæ sphæræ, in qua quidem nona fiunt æquinoctia: hoc est, dixerunt principium Arietis octauæ sphæræ esse in Piscibus nonæ sphæræ. Quamquam nondum fuerit eis cognitio nonæ sphæræ. Ita Iulius Cæsar nescius nonæ sphæræ, posuit æquinoctium uernum in 4. gradu octauæ sphæræ, & latenter indicauit, quod suo tempore principium octauæ sphæræ fuerit ante principium nonæ sphæræ 4. gradibus. id est, quod fuerit in 26. gradu Piscium primi mobilis: & sic dictum ipsius habuit ueritatem. Nam sicut sol etiam nostro tempore existens, in 26. gradu Piscium, non facit æquinoctium, quia nondum suo centro attigit æquinoctialem primi mobilis. Sic nec tempore Iulij cum principium Arietis octauæ sphæræ fuit in 26. gradu piscium nonæ, non fecit æquinoctium, & tamen fuit in principio Arietis iuxta supputationem eorum motus solis ad octauam. Idem implicite uoluit Ouidius & Plinius & Io. de Sacrobusto. Non est credendum, quod tempore Plinij æquinoctium uernum, aut autumni, aut Solstitia fuerint in octauis partibus signorum: quia hoc fuit uerum longo tempore ante Christum incarnatum: sed Plinius nimium credulus authoritati inuenit apud aliquem authorem uetustum. Vnde in librum suum taliter inseruit. In canone supra exposito adijcit, Inducens æquinoctia uniuerso mundo. Hoc uerum est in uniuerso mundo, ubi polus eleuatur supra horizontem 90.

Ouidius
Io. de Sa. Bu.
Plinius nimium tribuit authoritati.
Sol inducens æquinoctium uniuerso mundo.

B gradibus. Ibi enim sole intrante in primum punctum Arietis, incipit dies sine nocte, qui durat in 187. dies: usque dum sol libram ingreditur, in qua incipit continua nox in 178. dies usque sol in Arietem redeat. Alias tam in sphæra recta quàm obliqua in primis punctis Arietis & Libræ fiunt æquinoctia, diei & noctis parilitas. Hoc ad oculum docet sphæra materialis. Hoc indicant omnes tabulæ ascensionum tam in sphæra recta quàm obliqua. Sequitur in canone. His quatuor accidunt Solstitia, duo alta & duo ima. Pro intellectu huius & consimilis particulæ canonis tertij supra expositi, annotandum. Vocabulum solstitium bifariam accipi. Altero modo in significatu proprio quasi solis statio propter eius maximam declinationem aut recessum ab æquinoctiali, ita quod usque adeo recedit aut in septentrionem aut meridiem, quod amplius recedere non potest, sed postea reflecti incipit, ob id stare uidetur. Quia inter duos motus reflexos est quies uel uera uel apparens 8. Phy. Recentiores nostri astronomi, id solstitium distinguunt in altum & imum. Altum propter maximum solis accessum ad nos, & est causa æstatis in principio Cancri, quod solstitium æstiuum usitato appellatur. Imum propter solis recessum à nobis, quod inducit hyemem in principio Capricorni. Id nos solstitium hyemale,

De quatuor Solstitijs.
Solstitium bifariam sumitur.
Solstitium in proprio significatu.
Aliud æstiuum
Imum hyemale.

C brumale aut hybernum nuncupamus. Hæc sunt tantummodo respectiua ad nos qui aquilonem habitamus. Verum Plini. lib. 18. ca. 25. 28. & 19. per solstitium semper intelligit solstitium Cancri & nunquam Capricorni. Et quod nos solstitium hyemale uocamus, ipse nominat Brumam. Quod usque adeo uerum est, quod idem lib. 2. ca. 72. loquens de tribus circulis, tropico Cancri, tropico Capricorni & æquinoctiali, Tropicum Cancri uocat solstitialem, Tropicum Capricorni circulum brumalem. Lege caput & edoceberis. Altero significatu accipitur solstitium largiori quodam modo, pro appropinquatione solis ad zenith, scilicet, respectu puncti uerticalis capitis habitantium. Et dicitur solstitium uerticale. Et is significatus receptus est ex metris Lucani 9. Phar. De quibus mox dicetur. Habitantes igitur sub æquinoctiali habent duo alta, id est, uerticalia solstitia, in principijs Arietis & Libræ. Duo ima propter solis maximum recessum in septentrionem & meridiem, quæ sunt eis loco hyemum. Lucani metra hic annectere libuit, quæ ad nullum circulum quam ad æquinoctialem referri possent, scribuntur autem nono Phar.

Plinius.
Solstitium largo uocabulo.
Lucanus.

Hic quoque nil obstat Phœbo cum cardine summo
Stat librata dies: truncum uix protegit arbor
Tam breuis in medium radijs impellitur umbra.
Deprensum est hunc esse locum, quo circulus alti

Solstitij medium signorum percutit orbem. D
Non obliqua meant, nec Tauro Scorpius exit
Rectior, aut Aries donat sua tempora Libræ
Aut Astrea iubet lentos descendere Pisces
Par Geminis chiron, & idem quod carcinos ardens,
Humidus Aegoceros, nec plus Leo tollitur vna

Sphæra duplex. Pro enucleatione horũ metrorum, præsertim in uer. Nõ obliqua meant. Pri-
mo animaduertendum, sphæram bifariam accipi pro recta & obliqua. Recta
Recta. sphæra eorũ est qui sub æquinoctiali circulo habitant. Qui proinde recta dicitur,
q̃ illis pari interuallo in medio duorũ polorum interstitio positis, neuter polo-
rum altero magis eleuatur, aut quia eorum horizon æquinoctialem, ad angu-
Obliqua. los rectos æquosq; intersecat. Sphæra obliqua siue decliuis est habitantium ul-
tra citraq; æquinoctialẽ. Quæ iccirco obliqua dicitur, quòd æquo interuallo
in medio interstitio siti non sint. Verum illis unus polorum semper eleuatur,
alter autem ijsdem semper depressus occultatur. Aut quòd illorum horizon æ-
quinoctialem circulũ obliquos ad angulos inæqualesq; intersecat. Quem pro-
inde horizontem artificialẽ nuncupant, quòd diem artificialẽ à nocte dirimat.
Ortus signi qui. Secundo loco annotandũ. Quòd ortus signi astronomicus, est ascensio par-
tis æquinoctialis circuli, q una cũ signo ex parte orientis super horizontẽ emer- E
git aut ascendit. Exempli causa. In sphæra recta 27. gradibus & 54. minutis, æqui
noctialis, q̃ ab initio Arietis, usq; in eius finẽ cooriuntur, dicuntur ortus Arietis. Sic
de Tauro, Geminis & reliquis accipiendum est. Sic in sphæra obliqua, ubi polus
arcticus attollitur 48. gradibus & 40. minutis 14. gradibus & 31. minutis sunt ortus
Occasus qui. Arietis &c. Occasus astronomicus signi est descensio, æquinoctialis circuli, quæ
una cum signo occidente sub horizonte occidentali demergitur, deprimitur
aut occultatur. Vt in sphæra recta occasus Cancri est 32. gradibus & 12. minutis
Ortus duplex. æquinoctialis. In obliqua ad eleuationẽ poli supra 27. gradibus 18. minutis. Est
Rectus. autem ortus astronomicus Geminus. Rectus siue secundum longitudinem, sci-
licet: & est ortus signi cum quo maior pars æquinoctialis oritur, id est, plures
gradus de æquatore, q̃ 30. aut ad minus aliquid ultra 30. In exemplis. In sphæra
recta oriũtur Gemini ortu recto, scilicet 32. gradibus 12. minutis. In obliqua ue-
Obliquus. ro Cancer 37. gradibus 6. minutis. Ortus obliquus, pronus, inclinatus, uelox,
tortuosus uel secundũ latitudinem est ortus signi, cũ quo minor pars æquino-
ctialis oritur, id est, minores gradus æquinoctialis, q̃ 30. uel nonnihil minus.
Verbi causa. In sphæra recta Aries cũ 27. gradibus & 54. minutis. In obliqua
Occasus duplex. item Aries cum 14. gradibus 31. minutis. Consimili pacto occasus est duplex. V-
Rectus. nus rectus. Et est occasus signi, cum quo maior pars æquatoris occidit, aut la- F
bitur. In exemplis. In sphæra recta Sagittarius ruit cũ 32. gradibus 12. minutis.
Obliquus. In obliqua idem cum 37. gradibus 6. minutis. Alter obliquus aut pronus &c. &
est occasus signi, cũ quo minor æquatoris portio infra horizontẽ demergitur.
Vt in recta, Virgo cum 27. gradibus 54. minutis. In obliqua eadem, cum 14. gra-
Regulæ. dibus 31. minutis. Regula. In sphæra recta ortus signi æqualis est occasui, ut ma
nifestũ est ex tabella subdita. Secus est in sphæra obliqua. Alia regula. In sphæ-
ra recta signa opposita æquales habent ortus & occasus. Secus & longe aliter
in obliqua. Et alia regula. In sphæra recta, tantum quatuor signa recte oriuntur
& occidunt puta Gemini, Cancer & eorum opposita, Sagittarius & Capricornus
Reliqua 8, scilicet, Aries, Taurus, Leo, Virgo, Libra, Scorpio, Aquarius, Pisces, obli-
què oriuntur & occidunt. Secus in sphæra obliqua. Longe igitur, optime le-
Lapsus Sulpitij & Omnibonus. ctor, abiere Sulpitius & Omnibonus Lucani interpretes à ueritate astronomi-
ca. Omnibonus de ortu & occasu signorum, ortus, inquit, alicuius signi nihil
aliud

A aliud est quàm illam partem horizontis oriri, cū illo signo oriente, id est, ascendente supra horizontem. Rursus eduerso occasus alicuius signi nihil aliud est, quam eam partem horizontis occidere, quæ occidit, cum illo signo occidente. Et post pauca. Oriri dicitur signum obliquè, cum minor pars horizontis oritur cum eo. Rectè autem oriri dicitur signum, cū quo magna pars horizontis oritur. Hæc ille. Quo pacto horizon oriatur non facile capio. Cum ipse sit de circulis fixis & quietem amet, authore Proclo infra de horizonte. Sulpitius: omnia signa his, qui sunt sub æquinoctiali recta oriuntur & occidūt, ijs uero qui sunt extra, partim recta & partim obliqua: ut nobis. Idem habet Omnibonus, his uerbis. Non obliqua meant, id est, recta signa oriuntur; quia constitutis in æquinoctiali, sicut sunt de quibus loquitur Garamantes; sed maior pars horizontis oritur & occidit. At profecto impossibile est oīa signa rectè oriri, quia oporteret quòd æquinoctialis haberet plures gradus, quàm 360. & contrarium ostendi potest ex instrumentis sphæra mundi, Astrolabio, corpore solido, & ex innumeris tabulis. Vide ergo hanc formulam.

B TABELLA ASCENSIONVM, id est, ortuum: & descensionum, id est, occasuum signorum in sphæra recta.

Signa	Ortus æquatoris.			Tempus Ortus			Occa. æqua.		Tempus Occasus		
	G	m̄		h	m̄	2	G	m̄	h	m̄	2
♈	27	54	0	1	51	36	27	54	1	51	36
♉	29	54	0	1	59	39	29	54	1	59	36
♊	32	12	0	2	8	48	32	12	2	8	48
♋	32	12	0	2	8	48	32	12	2	8	48
♌	29	54	0	1	59	36	29	54	1	59	36
♍	27	54	0	1	51	36	27	54	1	51	36
♎	27	54	0	1	51	36	27	54	1	51	36
♏	29	54	0	1	59	36	29	54	1	59	36
♐	32	12	0	2	8	48	32	12	2	8	48
♑	32	12	0	2	8	48	32	12	2	8	48
♒	29	54	0	1	59	36	29	54	1	59	36
♓	27	54	0	1	51	36	27	54	1	51	36

Sequitur in canone. Binæ æstates, & binæ hyemes. In regionibus nostris septentrionalibus, æstatem concludimus per accessum solis ad nos & ingentē ac excessiuū calorem: quare dicimus, æstatem suopte esse calidā & siccam: Propter recessum solis à nobis diffinimus hyemen, quę est tempus anni frigidū & humidū. Sed quia habitātibus sub ęquinoctiali semp est calor nimis intensus & ferme ultimus, etiam cum sol ab eis abit in septentrionem aut austrum, semper tamen subiectam terram adurit torridā faciens zonam & nō longe abit ab eorum capitibus. Ergo eorundem hyemes nō dicuntur uere & simpliciter hyemes, ut apud nos, quę sunt tēpora frigida, sed apud eos potius est continua

Duæ æstates.
Duæ hyemes.

C æstas. Verumtamen quia causæ caloris apud eos non semper uniformiter, & eodem modo se habent, ex eo quòd sol non semper æqualiter appropinquat zenith partis illius, ut notum est: unde calor non erit uniformis & æqualis intensionis. Verum quandoque intensior quandoque remissior. Sed quando est in zenith in initijs Arietis & Libræ, & sunt eorum alta solstitia, calor est in sua maxima intensione. Neque ratione solis magna augeri potest. Quando uero à zenith capitis remouet, quod fit in principio cancri & capricorni, ubi ima cōtingunt solstitia calor est remissior, id est, minus intensus. Sed omne remissius tale, respectu intensioris talis, recipit denominationem contrarii. Calor igitur remissior cōtingens in imis solstitijs fere frigidus nominari potest, respectu caloris intensissimi accidentis in solstitijs altis. Et recipit nominationē hyemis, licet ibi nulla sentiat frigiditas. De his rebus scribit Alphraganus differentia 6. ubi loquit de sphæra recta, & his qui sub æquinoctiali habitant, dicens. Fiuntq; ibidem æstas & hyems æqualis complexionis. Sat est. Alphraganus.

Et sequitur postremo in canone. Perpetuum æquinoctium. Soli hi, qui sub æquatore degunt propter sphærę rectitudinem habent omnem diem artificia- Perpetuum æquinoctium.

lē omnemq́ noctem examussim 12. horarũ & ex sequela perennē æquinoctiũ. D
In quocunq́ igitur signo sol repertus fuerit, semper parit diei & noctis parilitatem. Hoc per sphæram materialem, per astrolabium & astronomica organa declarari potest. Et pulchrè per nostram tabellam de ascensionibus & descensionibus hic adiectam. Quocũq́ enim signo oblato, accipe eiusdem & quinq́ sequentiũ ortus in gradibus & minutis & facta additione colliges 180. qui faciunt horas præcise 12. Aut accipe horum sex signorum tempora ortus, & emergent

Alphraganus.

duodecim horæ. Hoc paucis indicat Alphraganus ubi supra. Eritq́ (inquit) tēpus quod est ab ortu solis cæterorumq́ syderum in occasum eorum æquale ipsi, quod est ab occasu eorum in ortum ipsorum in uniuersis diebus anni, & erunt

Lucanus.

dies & nox in his locis æquales semper. Accedit his Lucanus quinto Phar.

Nam uel hyperboreæ plaustrum glaciale sub vrsæ,
Vel plaga qua torrens claususq́ uaporibus axis
Nec patitur noctes, nec iniquos crescere soles
Si fortuna ferat.

Lentulus sic hortatur cœtũ (ex quo iam primus dies anni instabat, in quo noui cõsules magistratũ inire debebant) pro magistratu creando, & in quacũq́ parte terræ cõstituti sint siue in Scythia, ubi sunt nontes Hyperborei, siue sub torrida zona & quòd arma sumere debeant, pro patria, pro libertate, pro Dis penatibus, pro repub.

Canon quintus.

Canon quintus. Quorũ zenith est intra tropicum Capricorni & æquatorem, hi quatuor habent umbras, solem in anno bis uerticalem, quatuor solstitia duo alta & duo ima, binas æstates & binas hyemes. Hic canon ex duobus præcedentibus est manifestus. Quærendi sunt tamen hi, qui eam habitent plagam. Hos manifestat Ptolemæus lib. quarto capi. nono & ultimo Quod Libyę subiacet regio quę plena est Aethiopibus, licet ea pro maiori parte E

Exempla.

sit incognita. Vt idē testatur. Et Strabo libro primo sic habet. Homerus quoq́ bifariã partitus est, & quosdam ad orientem quosdam ad occidentem asseruit. Cum alij qui in medio positi sunt prorsus ignoti fuerint siue sint, siue non sint. Nominat tamen Ptolemæus ibidem & tabula quarta Aphri. Agisymbam regionem æthiopum, Rhepsios æthiopes, Antropophagos æthiopes, Anthacas

Pli lib. 7. ca. 1. Naturæ uero rerum uis atq́ maiestas in omnibus momentis fide caret &c.

Aethiopes, Ichtyophagos Aethiopes, Hesperios &c. Ibi Raptũ & Prassum promontoria, & montes plures. Ibi elephantes albi omnes gignunt, Rhinocerotes & Tigrides. Pro canonis exercitio capio Rhepsios Aethiopes, sitos supra paludes Nili uersus montem Lunę. Hi habent latitudinem austrinam 10. propemodum graduum. Et quia austrina est ingredior tabulam declinationis solis in inferiori parte, ubi ponuntur signa Australia Libra, Scorpius &c. Et quæro in a-

Exercitium Repsij orbis.

rea tabulæ principium sumendo à Libra, declinationem decem graduum uel uiciniorem, quam offendo à Libra ascendendo scilicet .10. gradus & .4. minuta & in latere dextro inuenio 26. gradus, quare pronuntio. Cum sol peruenerit ad 26. gradum Libræ, Rhepsios habere solem uerticalem, & unam æstatem, & solstitium altum. Quod sane accidit nostro tempore die decimo Octobris, id est, die proxima post Dionysium Areopagitam. Rursus inuestigo eandem declinationem in areis signorum meridionalium, & inuenio eandē in Piscibus uel propinquiorem puta 10. gradibus .4. minu. & .4. gradus eorundē in latere dextro, quare proclamo. Qum sol adierit quartum gradum Piscium Rhepsios iterũ habere solem uerticalem, & altum solstitium secundum, atq́ æstatē. & hoc usuuenit 13. die Februarij, hoc est, in profesto Valentini martyris. Vnam autem hyemem habent ipsi cum sol peruenerit ad primum Capricorni, die 11. aut .12. Decembris. Reliquam in primo Cancri die undecimo aut duodecimo Iunij. Donat & nobis Ptolemæus alia exempla lib. 7. capi. 4. & 12. Tabu. Asi. F

A ex Taprobana insula, ubi Hodoca ciuitas, australis 2. graduum, Orneon extrema australis 2. graduum ½. Dagana ciuitas quę & sacra Luna australis 2. graduũ Corcobara, hoc est, Bacchi ciuitas australis 1. graduũ ½. Et aliæ insulæ plurimæ in austrum expositæ, scilicet, Carcus, Phelicus, Erene, Calandadrua, Arana, Bassa, Balaca, Alaba, Gumara. Et hodie recentes tabulæ plurima præstant exempla.

TABVLA DECLINATIONIS SOLIS RECENS.

	Linea graduum zodiaci.	Septētriōal ascendẽs.			Septẽtri. ascendẽs			Septẽtri. ascendẽs.			Septẽtri. descendẽs.			Septẽ tri. descendẽs			Septẽtri. descendẽs			
		♈ 0		A	♉ 1		A	♊ 2		A	♋ 3		S	♌ 4		S	♍ 5		S	
	G	G	m	m	G	m	m	G	m	m	G	m	m	G	m	m	G	m	m	G
	0	0	0	24	11	30	21	20	12	13	23	30	0	20	12	13	11	30	21	30
	1	0	24	24	11	51	21	20	25	12	23	30	0	19	59	13	11	9	22	29
B	2	0	48	24	12	12	21	20	37	12	23	29	1	19	46	14	10	47	21	28
	3	1	12	24	12	33	20	20	49	11	23	28	2	19	32	14	10	26	22	27
	4	1	36	24	12	53	20	21	0	11	23	26	2	19	18	14	10	4	22	26
	5	2	0	23	13	13	20	21	11	11	23	24	2	19	4	15	9	42	22	25
	6	2	23	24	13	33	20	21	22	10	23	22	3	18	49	15	9	20	22	24
	7	2	47	24	13	53	20	21	32	10	23	19	4	18	34	15	8	58	23	23
	8	3	11	24	14	13	19	21	42	9	23	15	3	18	19	16	8	35	22	22
	9	3	35	23	14	32	19	21	51	9	23	12	5	18	3	16	8	13	23	21
	10	3	58	24	14	51	19	22	0	9	23	7	4	17	47	16	7	50	22	20
	11	4	22	23	15	10	18	22	9	8	23	3	6	17	31	17	7	28	23	19
	12	4	45	24	15	28	19	22	17	8	22	57	5	17	14	17	7	5	23	18
	13	5	9	23	15	47	18	22	25	7	22	52	6	16	57	17	6	42	23	17
	14	5	32	23	16	5	18	22	32	7	22	46	6	16	40	17	6	19	24	16
	15	5	55	24	16	23	17	22	39	6	22	39	7	16	23	17	5	55	23	15
	16	6	19	23	16	40	17	22	46	6	22	32	7	16	5	18	5	32	23	14
	17	6	42	23	16	57	17	22	52	5	22	25	8	15	47	18	5	9	24	13
	18	7	5	23	17	14	17	22	57	6	22	17	8	15	28	18	4	45	23	12
	19	7	28	22	17	31	16	23	3	4	22	9	9	15	10	19	4	22	24	11
	20	7	50	23	17	47	16	23	7	5	22	0	9	14	51	19	3	58	24	10
	21	8	13	22	18	3	16	23	12	3	21	51	9	14	32	19	3	35	24	9
C	22	8	35	23	18	19	15	23	15	4	21	42	10	14	13	20	3	11	24	8
	23	8	58	22	18	34	15	23	19	3	21	32	10	13	53	20	2	47	24	7
	24	9	20	22	18	49	15	23	22	2	21	22	11	13	33	20	2	23	23	6
	25	9	42	22	19	4	14	23	24	2	21	11	11	13	13	20	2	0	24	5
	26	10	4	22	19	18	14	23	26	2	21	0	11	12	53	20	1	36	24	4
	27	10	26	21	19	32	14	23	28	1	20	49	12	12	33	21	1	12	24	3
	28	10	47	22	19	46	13	23	29	1	20	37	12	12	12	21	0	48	24	2
	29	11	9	21	19	59	13	23	30	0	20	25	13	11	51	21	0	24	24	1
	30	11	30	21	20	12	13	23	30	0	20	12	13	11	30	21	0	0	24	0
		♓ 11		S	♒ 10		S	♑ 9		S	♐ 8		A	♏ 7		A	♎ 6		A	G
		Meridiōal Ascendẽs			Meridio. Ascendẽs			Meridio. Ascendẽs			Meridio. descendẽs			Meridio. descendẽs			Meridio descendẽs			Linea graduum zodiaci.

D

TABVLA DECLINATIONIS SOLIS PTOLEmæi Phelu, Dictione prima Almage, capi. 13.

E

F

Zodiaci.	Septētrioñal ascendēs. ♈ 0			Septētri. ascendēs ♉ 1			Septētri. ascendēs. ♊ 2			Septētri. descendēs. ♋ 3			Septētri. descendēs ♌ 4			Septētri. descendēs ♍ 5			
G	G	m̄	2	G	m̄	2	G	m̄	2	G	m̄	2	G	m̄	2	G	m̄	2	G
0	0	0	0	11	39	59	20	30	9	23	51	20	20	30	9	11	39	59	30
1	0	24	16	12	1	21	20	42	55	23	51	6	20	19	1	11	18	27	29
2	0	48	31	12	22	31	20	55	18	23	50	25	20	3	31	10	56	45	28
3	1	12	46	12	43	20	21	7	19	23	49	15	19	49	38	10	34	48	27
4	1	37	0	13	4	16	21	18	56	23	46	38	19	35	25	10	12	43	26
5	2	1	12	13	24	48	21	30	9	23	45	33	19	20	50	9	50	29	25
6	2	25	22	13	45	7	21	40	58	23	43	0	19	5	54	9	28	5	24
7	2	48	30	14	5	13	21	51	23	23	40	1	18	50	19	9	5	32	23
8	3	13	35	14	25	4	22	1	23	23	36	33	18	35	3	8	42	50	22
9	3	37	37	14	44	42	22	11	0	23	32	38	18	19	7	8	20	0	21
10	4	1	38	15	4	5	22	20	11	23	28	16	18	2	58	7	57	3	20
11	4	25	32	15	23	12	22	28	56	23	23	27	17	46	17	7	33	57	19
12	4	49	34	15	42	4	22	37	17	23	18	11	17	29	27	7	10	45	18
13	5	13	11	16	1	40	22	45	11	23	12	28	17	12	16	6	47	26	17
14	5	26	53	16	18	59	22	52	40	23	6	17	16	54	48	6	24	1	16
15	6	0	30	16	37	2	22	59	42	22	59	42	16	37	2	6	0	30	15
16	6	24	1	16	54	48	23	6	18	22	52	40	16	18	59	5	36	53	14
17	6	47	26	17	12	16	23	12	28	22	45	11	16	1	40	5	13	11	13
18	7	10	45	17	29	27	23	18	11	22	37	17	15	42	44	4	40	14	12
19	7	33	57	17	46	17	23	23	27	22	28	56	15	23	12	4	25	32	11
20	7	57	3	18	2	53	23	28	16	22	20	11	15	4	5	4	1	38	10
21	8	20	0	18	19	7	23	32	38	22	11	0	14	44	42	3	37	37	9
22	8	42	50	18	35	3	23	36	33	2	1	32	14	25	4	3	13	35	8
23	9	5	32	18	50	19	23	40	1	21	51	23	14	5	13	2	48	30	7
24	9	28	5	19	5	54	23	[illegible]	0	21	40	58	13	45	17	2	25	22	6
25	9	50	29	19	20	50	23	[illegible]	33	21	30	9	13	24	48	2	1	12	5
26	10	12	43	19	35	25	23	46	38	21	18	56	13	4	16	1	37	0	4
27	10	34	48	19	49	38	23	49	15	21	7	19	12	43	29	1	12	46	3
28	10	56	43	20	3	31	23	50	25	20	55	18	12	22	31	0	48	31	2
29	11	18	27	20	19	1	23	51	6	20	42	55	12	1	21	0	24	16	1
30	11	39	59	20	30	9	23	51	20	20	30	9	11	39	59	0	0	0	0
	♓ 11 Meridioñal Ascendēs			♒ 10 Meridio. Ascendēs			♑ 9 Meridio. Ascendēs			♐ 8 Meridio. descendēs			♏ 7 Meridio. descendēs			♎ 6 Meridio. descendēs			G Zodiaci.

A & grana eiusdem arenæ sponte prouenientis ad uescendum. Quibusdam pro sermone nutus motusq́ membrorum esse &c. Vide plura ibi miratu digna. Iosephus lib. 1. Antiqui. Iudæorum capi. 12. asserit Aethiopes à Chuso filio Cham fuisse Chusæos appellatos. Sunt qui, Aethiopiā dici contendunt, à uerbo Græco αἴθω quod uro, incendo ac ardeo significat. Et ὄψις facies uel aspectus, quòd solis aspectu plurimum torreat. Ambrosius aūt libro unico de paradiso ca. 3. Aethiopiam uilem & abiectam interpretatur. Ptolemæus duplicem Aethiopiam esse dicit. Vnam quæ sub Aegypto est, quam nonnulli uocant exteriorem: cuius maior pars continetur intra tropicū cancri & æquinoctialem. De qua Ptolemæus lib. 4. ca. 7. & 8. & 4 Tabu. Africæ. Alia interior intra æquinoctialem & tropicum capricorni cōtenta: de qua supra plures citauimus Aethiopes. De ea Ptolemæus eo. lib. cap. 9. quæ nostro canoni accedit. Strabo lib. primo, Homeri defensor, dicit eundem extremos hominum Aethiopes bipartitos, quosdam positos ad orientem, quosdam ad occidentem. Quod Homeri dictū posteriores reprehenderunt: lege Strabonem. Triplices numerauimus Aethiopes. Primi sunt abunde nigri. Vt hi ad Agisymbā regionem Aethiopiæ interioris

Iosephus. Ambrosius. Ptole. Duplex Aethiopia. Strabo. Aethiopes triplices. Abunde nigri.

B fere circa medium, & ad Meroēm insulam Aethiopiæ exterioris, id est, sub Aegypto: Testis est Ptolemæus lib. 1. capi. 9. ad finem. Alij sunt subnigri, quòd aliquantulū nigrent, ita tamen quòd eorundem nigredo incipiat uincere fuscedinem, & tendunt uersus nigredinem. Quos Pompo. in 3. uocat atras gentes & quodāmodo Aethiopes, ut sunt Indi: de quibus Plinius lib. 6. ca. 19. A Gange, inquit, uersa ad meridiem plaga tinguntur sole populi, iam quidem infecti, nondum tamen Aethiopum modo exusti. Quantum ad Indum accedunt, tantū colore præferunt sidus &c. Obijce oculis decimam tabu. Asiæ & eris certior. Tertij sunt fusci aut fere purpurei coloris, Stifelbrun: ut sunt Aegyptij Thebaicæ præfecturæ. Hi nonnihil nigrescunt. De his Mar. Mani. lib. 4. ca. 3.

Subnigri. Pompo. Fusci aut purpurei Aethiopes. Mar. Mani.

Aethiopes maculant orbem, terrasq́ figurant,
Perfusas hominum gentes minus India tostas
Progenerat, mediumq́ facit moderata tenorem.
Iam propior tellusq́ natans Aegyptia Nilo,
Lenius irriguis infuscat corpora campis.

Primis & ultimis Aethiopibus, addi potest caput nonū libri primi Ptolemæi. Aethiopes maculant orbē Plin. lib. 7. ca. 1. Quis enim Aethiopas antequā cerneret credidit, aut cui nō miraculo est eū primum in notitiā uenit? Color niger cæte-

C ris est obscurior & reputatione uilior. Cuius attactu dicimur maculari. Iccirco picē quæ nigra est ne maculemur fugimus. Ecclesiastici 13. Qui tetigerit picē inquinabitur ab ea. (Terrasq́ figurant). Quasi diceret, ad quascumq́ regiones Aethiopes ueri declinauerunt uidentur quasi nouas figuras ingerere, qui etsi propter exustam zonam in qua geniti sunt, colore sint nigri, propter tamen stellarū radiationes & influxus corpora eorū uariantur. Lege rogo Iuliū Fir. lib. 1. ca. 4. Accedat huc Ptole. Phelu. Tract. 2. sui quadri. ca. 2. ubi de Aethiopibus scriptum reliquit sic. Sol per zenith capitū suorum currit, eosq́ comburit. Ideoq́ nigra sunt eorū corpora. Nigriq́ crines & crispi, facies eorum sicca, & corpora macilenta: naturæ quoq́ eorum sunt calidæ, & animę qualitates in maiori parte sunt crudeles, propter longam & assiduam solis moram in eorum regionibus. Hactenus Ptolemæus. De Aethiopum nigredine obiicitur problema, & quæritur causa. Quare sol hominem nigrū reddat, linteum candidius faciat, lutum indurет, cerā emolliat? Responsio, causam esse patientis materiæ aptitudinem. Materia sane nostri corporis, pituita excepta, quoties nimiū recalescit per cutem nigrat. Quòdq́ sol faciem non urat, consule Plini. lib. 29. ca. 3. Albertus Ma-

Ante Philippū regem Macedonū Aegyptiorū locus a Nilo submersus Alber. Ma. referente lib. 2 Meteo. cap. 2. ac. 17. Quæstio quare sol hominē nigrum reddat &c. Alber. Mag.

gnus Germaniæ decus libro de natura locorum, Distincti.2. ca.3. de diuersitate loci & accidentium eorum, quæ generantur in eo scripsit. Videmus ea quæ in locis calidissimis terræ nascuntur, esse calidissima & nimia siccitate rugosa. Sicut grana Piperis nigra multũ propter ipsorũ caliditatem. Sicut etiã sunt Aethiopes, quorum semen generationis calidum est, & matrix mulierum multũ est calida & sicca, & decoquitur semen conceptũ decoctione fortissima, & ideo nigrescit corpus eorum propter sanguinis sui adustionem. Educit enim calor loci ipsorum humidũ subtile & adurit grossum terrestre, quod pmanet & generat nigredinẽ. Et terrestria membra quæ sunt in eis, sicut ossa, fiunt albissima: quod apparet in dentibus eorum. Et caro eorũ sanguine infusa est, sicut sunt carbones accensi: sicut apparet in lingua & faucibus eorum quando ora aperiunt: Et habent ora prominentia propter calidum acuens os eorum. Et oculi eorum ex calore uenas & pelliculas rubentes habent. Et quia corpora eorũ sunt aëre calidissimo circundata, necesse est ut sint porosa & sicca: eo quòd euaporat continue in eis humidum: propter quod sunt leuia eorum corpora & agilia. Et quia cum humido educuntur spiritus eorum, ideo efficiuntur corpora eorum frigida & timida multum, humores paucos habentia: Propterea naturaliter non tinent febres multum, eo quòd natura sibi conscia est, quòd non est multa in eis corrupti humoris. Et tales citissimè senescunt, propter uirtutis naturalis defectum, quæ cum spiritu euaporat: Ita, quòd ætas eorum est triginta anni: & tunc sunt senes deficientes. Et quia corpora rara habent, euaporat humidũ, ut diximus, proter loci calorem & remanet terrestre siccum combustum, quod si leue est & bulliens, facit colorem rubeum, & si est adustum innaturale, facit choleram nigram. Et his duobus humoribus præcipue abundant corpora Aethiopũ, plusquam phlegmate & melancholia naturali. Quia uero corpora calida, calore loci semper laxa sunt & rara, ideo membra partus mulierum eorum sunt ualde laxa & mollia: Propter quod facile pariũt mulieres eorũ. Licet propter siccitatem matricis & uirtutis earum non facile cõcipiant. Et paulo post. Aethiopes nigerrimi, leues quidem sunt corpore & fatui mente, propter euaporationem & defectum spiritus animalis. Siccitas etiam & caliditas est causa, quare pili eorum sunt pauci & crispi, ad modum granorum piperis. Licet autem ab huiusmodi nigri aliquando nascantur etiam in alijs climatibus, sicut in quarto uel quinto, tamen nigredinem accipiunt à primis generantibus, qui cõplexionati sunt in climatibus primo & secundo, & paulatim alterantur ad albedinem, quando ad alia climata transferuntur. Hęc Albertus. Strabo lib.15. fuisse indicat, qui aquis causam nigredinis tribuerint: quòd peregrina quoq; pecora eam potantia colorem uarient. Theodectes ad solem retulit, quem malè Onesicritus reprehendit, etiam si annuat Strabo. Nam propinquior sol dicitur, cum in zenith magis inclinat. Hoc modo & Indis & Aethiopibus approximat. Falsum est aũt solem ab omnibus æqualiter distare, cum in capricorno propior sit terræ, quàm quum in cancro est, ex cõmuni astronomorum sentẽtia. Theodectæ uersus hi sunt.

Quæ mulieres facile pariant, at nõ facile cõcipiant?

Leues, sed fatui Aethiopes.

Lege Hali Rodan tra. 2. quadri. ca. 2.

Theodectes. Onesicritus.

Martianus ad mare rubrũ ponit fontẽ, quẽ cũ greges bibe rint, in rubeũ colorẽ incipe mutare lanas.

Sol a terra nõ semper æquè distant.

Quibus propinquam Phœbus ad mouens rotam,
Atra fauilla corpora infecit uirûm.
Coloribusq; adurens præpotentibus
Retorridas crispauit illorum comas.

Sententia Alberti placet mihi.

Sed hic occurrit quæstiuncula non prætereunda. Qui hi sint Aethiopes habentes perpetuum diem? Ansam huius præstitit Ausonius poeta, in Monosyllabis. De inconnexis. His uersibus.

Ausonius ubi perpetuũ diẽ intellexerit

Longe

A Longa dies operosa uiro: sed tempore nox
Qua caret Aethiopum plaga peruigil irrequies gens,
Semper ubi æterna uertigine clara nitet lux.

Ausonius refertus est implicitis, intricatis & abditis sententiis. Quare idē scripsit Griphum de numero ternario ad Symmachum: Et sæpius præ se ferunt sui uersus quandam impossibilitatem: Ac nisi absconditus quæratur sensus, ut fit in ænigmatibus, manent plurimi uersus sine interpretatione: ut hic. Contuendum est igitur. Quòd Aethiopibus sitis sub torrida zona oritur & occidit sol: quare habent ipsi diem & noctem ex motu ipsius solis sicut nos. Immo in uniuerso orbe terrarum non est dabilis locus quispiam ubi sit perennis dies. Etiam si hominū habitatio esset sub polis. Quocirca cogimur abire à die & nocte solis, & quærere ab aliis astris dies & noctes. Animaduertendū igitur. Quòd cū simpliciter dicimus dies & nox, intelligimus de die & nocte causatis ex motu solis. Secus cum adiectione stellæ. Vt cum dicimus dies Aldebaran, id est, oculi Tauri, aut nox: Aut dicimus dies uel nox cordis Leonis &c. Est aūt dies stellæ, mora eius supra horizontem, siue alioqui sit dies uel nox. Nox uero stellæ, est mora

Aethiopes, ut & nos, habent diem & noctē ex motu solis.

Dies stellæ quis?

Nox stellæ quæ?

B eius sub horizonte. Sic dicimus, ubi polus arcticus eleuatur 49. fere gradibus, diem cordis Leonis esse horarum 14. minutorum fere 15: Noctem uero horarū 9. minutorū 45. Sic dicimus apud nos duas stellas pedis posterioris vrsæ maioris habere noctem 5. quasi horarum. Diem autem 19. Huius rei ponit exemplum Lucanus 3. Pharsa. ubi sic canit.

Tunc furor extremos mouit Romanus Orestas
Carmanosq; duces, quorum iam flexus in austrum
Aether, non totam mergi tamen aspicit arcton,
Lucet & exigua uelox ibi nocte Bootes.

Longitudo Italiæ est 36. G. Orestarum ad minus 106.

Appianus Alexandrinus Pompeio affuisse scribit orientis natiōes magno numero. Iuncti sunt enī ei Lacedæmonii, Peloponnesiaci, Bœotii, Athenienses, Thraces, Hellespontici, Bithynii, Phryges, Iones, Lydii, Syri, Phœnices, Iudæi, Arabes, Armenii, Cyprii, Rhodii &c. Orestæ, Carmani.

Carmania.

Carmania, Strabo lib. 15. & Plinius lib. 6. ca. 23. & Ptolemæus lib. 6. capi. 6. tabu. sexta Asiæ, regio Asiæ uicina sinui Persico & Gedrosiæ. Cuius latitudo est 24. 25. 26. 27. gradibus, longitudo circiter 90. Orestæ (ut aiunt) populi sunt Indiæ, uicini Carmaniæ, orientaliores tamen. Puto legendum Oretas, aut Oritas ex cap. 23. libri 6. Plinii. Oritæ propria, nō Indorum lingua loquuntur. De his
C nihil legimus apud Ptolemæum. Strabo de Orestis mentionem facit, sed nil penitus faciunt pro Lucano, sunt enim populi circa Illyridem &c. Forte ad eleuationem poli 45. graduū: lege Strabonem. Idem tamē lib. 15. Post Arbies sunt Oritæ, gens liberæ cōditionis, qui lethiferis uenenis sagittas præustas illiniunt.

Orestæ. Oretæ. Oritæ.

Rectificata sphæra astraria ad latitudinem Carmaniæ 27. graduū, vrsa maior non tota occidit sed caput manet supra horizontem. Bootis autem imago tota manet sub horizonte sex propemodum horis, aliis 18. manet supra horizontem. Habet igitur Bootes exiguam & breuem noctem tantummodo 6. horarum, & postea lucet longo tempore, quia 18. horis. Est igitur nox Bootis 6. horarum & dies eius 18. Sunt qui uersus Ausonii ad quandam stellam firmam præclarissimam referunt, quam Canopum appellitant. Earum nulla est in parte nostra aquilonia, plures in austrina, hactenus tamen (una dempta) à paucis cognitæ: Ob eam causam, quia nōbis ob terræ rotunditatem nō apparent. Annotandum igitur. Quòd Canopus, authore Plinio libro quinto capitulo tricesimo primo, Solino capitulo 44. Pomponio Mela libro secundo,

Bootis nox & dies.

Canopus. Pli. Soli. Pom. Strabo.

Canopus insula & ciuitas.

Strabone lib. 17. & ultimo, insula est in Canopico ostio Nili fluuii, dicta à Cano- D
po gubernatore classis Menelai, ibi mortuo & sepulto. De Canopo ostio scri-
Plinius. bit etiam Plinius lib. 5. ca. 6. Et Canobus ciuitas. De qua Ptolemæus lib. 4. ca. 5.
Ptolemæus. Ouidius. habens in latitudine 31. quasi gradus. Ouidius lib. 15. Fab. 51. sic.
Seruitura suo capitolia nostra Canopo.

Canopus stella. Sed hæc parum faciunt ad nostrum propositum. Est præterea Canopus stella
sita in imagine cœlesti Argus, aut nauis appellata. Est enim hæc imago in me-
ridiem exposita, habens, authore Ptolemæo Dictio. 8. ca. 1. Alma. stellas 45. Et
est hæc stella Canopus sita in remo sequente. Dicta Canopus, ut nonnullis ui-
Ptolemæus. detur, ab insula Canopo, ubi primum cognita & obseruata. De qua Ptolemæ-
Ptolemæus. us lib. 1. Geo. ca. 7. sic scribit. Qui autem soluũt ab Arabia (s. Petrea) ad Azaniã,
rectà ad meridiem nauigant, & aduersus Canopum stellam, qui illic ἵππος, hoc
est, equus appellatur. Hi de Azania regione, uicini æquinoctiali, contenti in
Subhel. Aethiopia sub Aegypto, de qua Ptolemæus lib. 4. ca. 8. & quarta Tabu. Afri.
uocant hanc stellam equum. Vocatur & eadem subhel aut suhel, quasi incen-
dium ob radiorum magnitudinem & multitudinem, quasi stella crinita ut co-
metes. Quod satis indicat Plinius lib. 6. capi. 22. de Taprobana insula, ubi dicit. E
Plinius. Canopum lucere noctibus sydus ingens & clarum. Et Solinus cap. 66. de Ta-
Solinus. probana. Lucet (inquit) ibi Canopus sydus clarum & amplissimum. Hæc stel-
Canopi locus. la tempore Ptolemæi fuit in Geminis 17. gradu, minuto 10. habens latitudinem
meridianam 75. graduũ, & declinationem meridionalem 51. graduum 41 minu-
torum. Tempore nostro est in cancro 7. fere gradu. Cum latitudine meridia-
na 75 graduũ. Et declinatione 51. graduum 34. minutorum. De hac stella scri-
Mar. Ma. bunt plures authores grauissimi. Marcus Mani. lib. 1. ca. 2. de terræ rotundita-
(te.

Iccirco terris non omnibus omnia signa
Conspicimus. nusquam inuenies fulgere Canopum
Donec Niliacas per Pontum ueneris oras.

Plinius. Plini. lib. 2. ca. 72. plura tractat, ut in quibus locis Canopus uideatur uel nõ, uo-
lens per hoc probare terræ rotunditatem, ubi habet. Nec Canopum cernit Ita-
lia. Et infra. Vt Canopus quartam fere partem signi unius super terrã eminere
Alexandriç, intuentibus uideatur. Eadem à Rhodo terram quodãmodo ipsam
stringere. In Ponto omnino non cernatur &c. Posidonius, teste Strabone lib. 3.
Posidonius. de Canopo, recitat in quibus uideatur locis, quem lege. Et idem Posidonius (te-
ste Cleomede 1. Meteo.) uolens ostendere terrç magnitudinem, inducit Cano- F
bum stellam. Inquit enim Posidonius, Canopus stella ita appellata lucidissima
est ad meridiem in temone Argus, ea in Græcia neutiquam spectatur & périn-
de neq; Aratus in phænomenis ipsam memorauit: à septentrione autem in me-
ridiem euntibus, primum in Rhodo sub uisum cadit. In finiente quoq; perspe-
cta confestim ex mundi cõuersione occidit. At cum à Rhodo quina stadi. mi-
lia Alexandriam usq; nauigaueris, in Alexandria ipsa ab horizonte sublimis ap-
patet, in medio ad libellam cœlo, pars signi eius quarta, quæ est quadragesima
octaua pars meridiani per Rhodum & Alexandriam &c. Et demum de ea stel-
la Proclus noster in fine libelli, de signis cœlestibus. Cum igitur tot grauissi-
Proclus. mi authores hanc stellam ad diuersa officia usurpant, uidendum nobis est, an
de ea locutus sit Ausonius, quòd ipsa Aethiopibus faciat æternam lucem. In
Impositio Canopi in sphæram. primis, ut huius rei periculum fieri possit, eam sphæræ materiali imponemus,
hac lege. Siste tertium fere gradum Cancri (cum quo Canobus nostro tempo-
re cœlum mediat) ad meridianum sphæræ, & ea inuariata recense ab æquino-
ctiali uersus meridiem 51. gradus & 34. minuta, hoc est, fere 52. gradus; & ad
finem huius numeri fac notam cum cera aut alia materia in ipsa sphæra, puta

ta in

A in coluro distinguente solstitia: & significabit hæc nota ueram stellæ positionem. Et quia stella tendit uersus meridiem, nulla operatio instituenda est pro Aethiopibus septentrionalibus, qui cõtinentur intra tropicum Cancri & æquatorem. Quare uenio ad Aethiopes meridianos Aethiopiæ interioris, de quibus supra Canon quintus dixit, hoc est, ad eos qui habitant intra æquatorem & tropicum Capricorni, quibus latitudo est austrina, & polus antarcticus attollitur supra horizontem. Et repeto, exempli causa, Rhepsios Aethiopes habentes latitudinem austrinam 10. graduum. Rectifico igitur sphæram ad 10. gradus latitudinis meridianæ, hoc est, subleuo polum antarcticum supra horizontem 10. gradibus: Et circumuoluta sphæra uideo Canopum oriri & occidere, igitur minimè facit Rhepsiis æternum diem. Consimilem instituto operationem ad Aethiopes Agesymbæ regionis, quorum latitudo est fere 15. uel 16. graduum & ostendo, ut supra, canopũ surgere & mergi. Venio tandem ad ipsos habitantes sub tropico Capricorni, quorũ latitudo est 23. graduũ & 30 minutorũ: & sphæra uerificata cerno, ut supra, eius stellæ ortũ & occasum. Quocirca infero his meridianis Aethiopibus hunc canopum omni die naturali orientem & occidentem

B nullum perennem donare diem. Quòd si sphæram rectificauero ad alias latitudines meridianas ultra tropicum Capricorni sequentes: puta, ad uigesimum quintum, uigesimum sextum, uigesimum septimum, uigesimum nonum, tricesimum, tricesimum primum, tricesimum secundum, tricesimum tertium, tricesimum quartum, tricesimum quintum, tricesimum sextum, tricesimũ septimum, experior Canopum exoriri & decidere. Quamquam ad latitudines ultimas, scilicet, 34. 35 &c. exiguã faciat noctem, longamque diem: Et postquam peruenero ad latitudinem 39. graduum oriri & occidere desinit, incipitque supra horizontem ferri, & habitantibus sub ea latitudine & maioribus, scilicet, quadraginta, quadraginta unius, quadraginta duorum, quadraginta triũ graduũ &c. æternũ ostendere diem: sed certũ est hos non esse Aethiopes. Habitant enim in quinto & sexto climate meridiano. Quibus è regione respondent in parte aquilonia climata temperata, ubi non sunt Aethiopes. Vt uidere licet in Hispania, Italia, Gallia, Germania &c. Quamobrem cogimur inuestigare alium Canopum, qui sententiæ poëtæ satisfaciat. A uetustissimis autem authoribus percepimus, ad meridiem circa polum antarcticum stellas radiare longe fulgentiores nostris stellis in arcticum collocatis. Quamquam ad nostram notitiam nondum satis peruenerint. Vt sunt (de quibus Plinius lib. 2. ca. 72. Bere-

C nices crinis & Cæsaris Thronon. Quãuis Deltotos à Callimacho Berenices crinis appelletur. Testis est Probus. Sed nihil facit ad Plinium. Quia Deltotos ad septentrionem uergit omnibus manifesta. Lege Petrum Vallam in secundũ Plinii. Ptolemæus porrò Phelusinus stellas fixas ad horizontẽ Alexandriæ, cuius latitudo est 31. graduũ officio, instrumenti Armillarum, quo ad earũ longitudines & latitudines obseruauit. Nec potuit eius obseruatio ultra in meridiem extendi, ad eas, scilicet, stellas quæ supra horizontem Alexandrinum non ferebantur, tumore etiam terræ impediente. Quocirca plures ab eo non uisas compulsus fuit negligere. Propter tot autem stellas nobiles & splendidas, ad polum antarcticum sitas, uerisimiliter crediderim Aristotelem polo antarctico superiorem mundi partem attribuisse. ARISTOTELES enim secundo de Cœlo & mundo dissentiens à Pythagoreis, CLEOMEDE & aliis in Mundi positionibus, assignauit dextram orienti, sinistram occidenti, meridiei sursum, septentrioni deorsum. Eius uerba sunt hæc. Polorum quidem unus nobis imminens apparet supernè, pars est deorsum; alter uero nobis incertus sursum. Dextrum namque cuiuslibet dicimus, unde principium per motum lo-

Operatio per stellam Canopum, seu ortus & occasus eiusdem.

Plurimæ stellæ uersus meridiem nobis incognitæ.

Berenices crinis.

Petrus Valla.

Aristoteles cœlo, sursum ad antarcticũ tribuit.

cus uero conuersionis cœli principium est, unde astrorum ortus. Proinde hoc D fuerit dextrum: Cuius autem occasus, sinistrum. Si itaque à dextris orditur, & in sinistram fertur, supernus, qui nobis nõ apparet polus, esse necesse est. Nam si sit manifestus, in sinistram erit motus: quòd nequiquam dicimus. Non dubiũ igitur, quin non apparens polus, sit id quod sursum, ac qui illic habitant in superno sint hemisphærio & ad dextram, nos autem in inferno & in sinistro cõtrario &c. Hucusq; Aristoteles.

Stellæ cognitę nostro tẽpore.

Nostra autem tempestate felicissimo sydere per obseruatores mathematicos illustrissimorum regum Portugalliæ nonnullæ stellæ cardini austrino uicinæ in ordinem redactæ sunt. Hi sane tropico hyberno superato inciderunt in latitudinem poli antarctici propemodum 50. graduum. Illic cœlum & aera perraro nubes inumbrant, quasi semper serena, rorat quandoque sed leuiter, cœlum decentissime ornatur syderibus quibusdã, quæ hactenus fuere nobis incomperta. Et recensita sunt 20. tantæ claritatis ut apud nos uenus & iupiter. Immo maioris magnitudinis quàm autument homines, quæ claritate cunctis syderibus octauæ sphæræ præstant: Et in primis tres canopos conspicati sunt, duos ultra modum claros, tertium obscurum & dissimilem aliis.

Tres Canopi.

Neque habet polus antarcticus ursam maiorem uel minorem, quemadmodum est uidere in nostro polo arctico. Neque eum uicine contingunt sydera quæpiam clara sed ipsum ambiunt. E

Primus canopus.

Primus igitur canopus albicans eximiæ magnitudinis describit circa polum circumferentiã, cuius diameter fere 10. aut 11. continet gradus.

Secundus canopus.

Alius canopus albus habet diametrum circumferentiæ pene 12. aut 13. graduum.

Tertius canopus.

Et tertius canopus niger & ingens, cuius diameter circumferentiæ habet ferme 32. gradus.

Vsus canopi.

His cognitis exercitium sumemus. Et primo per primum canopum cuius diameter habet fere 10. gradus. Supputa à polo antarctico in coluro aut meridiano sphæræ 5. gradus & fini impone characterem hunc Canopum significantem. Postea siste sphæram ut uterque polus iaceat in horizonte & uidebis hunc canopum oriri & occidere, & cum meridianum adierit distare ab horizonte 5. gradibus. Dein subleua sphæram, ut polus antarcticus attollat se supra horizontem 6. gradibus aut 7. 8. 10. 12. 14. 16. 18. 20. 22. & sphæra rotata cernes canopum neque oriri neque occidere sed perpetuę esse apparitionis.

Rhepsii, Antropophagi.

Quare Aethiopes omnes interioris Aethiopiæ, de quibus supra diximus, quorum latitudo excedit 5. gradus, ut sunt Rhepsii, quorum latitudo austrina est 9. uel 10. graduũ, Antropophagi, quorũ latitudo est circiter 13 graduũ, Item Aethiopes Agisymbæ regionis, quorũ latitudo est 15. 16. 17. &c. F graduũ, hi omnes, & alii in iam memoratis latitudinibus assimiles, officio huius canopi æternũ habent diem, propter eius perpetuam supra horizontem durationem. Multa alia exempla ex Tabula 11. & 12. Asiæ colliges, ubi offendes plures insulas in meridiem ultra æquinoctialem expositas, habentes latitudines 6. 7. 8. 9. graduum. Adsunt & tabulæ recentiores ex quibus facile multa extrahes exempla. Similis operatio instituitur per secundum canopum, cuius diameter 12. quasi cõplectitur gradus latitudinis. Tertium quia nigrat missum facio. Habes nunc optime Lector poetæ Ausonii sententiam de Aethiopibus quibus semper æterna uertigine lux clara nitet: & dissolutionem quæstiunculæ. Qui sint hi Aethiopes habentes perpetuum diem.

Canon sextus.

Sextus canon & ultimus. Quorumcunq; zenith sub tropico Capricorni est, tria habent umbrarum genera, unum orientale, secundum occidentale, tertium meridianum in austrum depulsum. Verum si incidentiam radii perpendicularem inter umbrarum genera supputaueris, quatuor congregabis. Huic Canoni accedit Textus PROCLI supra in paragrapho, BRVMALIS circulus

A lus est &c. Ex cõmentarijs & Tabulis Ptolemæi non offendes, lector, exempla propter terram hanc sibi incognitam. Vltimũ namq; parallelum quem ponit ultra æquinoctialem uersus meridiem, continetur intra æquinoctialem & tropicũ capricorni. Cuius latitudo est 16. graduum & 25. minuto. oppositus parallelo aquilonio per Meroēm descripto. Testis Ptole. lib. 1. ca. 24. Et idem lib. 7. ca. 5. ubi sic scribit. Meridionalē limitem terræ nostræ habitabilis terminat parallelus qui australior est circulo æquinoctiali gradibus 16. $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$.

Ptolemæus.

Ex recentioribus tamen chartis exempla colligi possunt. Vt est America prouincia occidentalis uicina tropico capricorni & partim subiecta eidem. vbi abbatia Omniũ Sanctorum inuenta per Columbanum Ianuensem ex mandato regis Castellæ anno gratiæ 1497. Et reges Portugalliæ magnã Africæ partem Ptolemæo incognitam cognitã fecere, Vbi tropico capricorni adiacentes insulæ, de S. Marcha, insulæ Primeras, oppidum Serrafremosa. Ibi magna multitudo elephantorum alborũ.

Exempla.

Circulus nostri canonis diuersa sibi usurpat nomina. Dicitur enim circulus solstitij meridionalis, austrinus, notius, hyemalis, brumalis, hybernus. Plinius lib. 2. ca. 72. & ubiq; uocat hunc circulum solum brumalum sine adiectione solstitij. Vocatur etiã tropicus hyemalis, hybernus, capricorni, chimerinus tropicus, χεῖμα Græce latine hyems; χειμερινός, id est hyemalis.

Nomina huius circuli.

B Et circulus uersilis capricorni. Hyginus lib. 1. ea. de polo, de eo circulo sic scribit. Circulus chimerinus tropicus instituitur à nobis hyemalis à nonnulis etiã brumalis appellatus, ideo quòd sol cum ad eum circulũ peruenit hyemen efficit his, qui ad aquilonem spectant, æstatem autem his qui in austri partibus domicilia constituerunt. Quanto enim longius abest ab illis, qui in aquilonis habitant finibus, hoc hyeme maiore conflictantur. Aestatem autē his quibus sol appositus uidetur. hæc Hyginus.

Hyginus.

Et idem lib. 4. describit per quas imagines cœlestes, aut earũ partes hyemalis circulus uergat. Nostro autẽ tempore res ita se habet. Tendit enim per Hydræ aut serpentis meridiani partem extremã, per Puppim ipsius Argo. Lupum mediũ diuidit, fugiens Lepus pedibus insistit. Fluuium, qui Eridanus secat. Effusionem aquæ Aquarij mediam transit, capricornus ei insidet. Caput sagittarij à reliquo corpore diuidit. Scorpionemq; circa cor fere transuerberat.

Per quas cœlestes imagines uergat tropicus capricorni.

Quòd si huius circuli cõditiones explanare delectat, id facile per eas quas supra de solstitiali septentriõali exposuimus fiet.

Huius circuli conditiones.

Hic generaliter est annotandũ. Quòd omnes habitantes ultra æquinoctialē circulũ in parte austrina, siue sint intra æquinoctialem & tropicũ capricorni, siue sub tropico capricorni, siue ultra tropicũ capricorni in habitatione temperata. Hi omnes, quatuor anni cardines à nostris habent diuersos, diffiniens eis alia tempora & signa.

C Cardines uero ...

Cardinum distantia et diuersitas.

Cardinem ueris incipiunt in principio Libræ, quia tunc sol ascendere ad eos incipit. Aequinoctium quod nos autumnale appellamus, ipsi uernũ nominant. Cuius initium est 13. & 14. die Septembris. Cardo æstatis initiatur eis in puncto capricorni 11. & 12. die Decembris, quo tempore nobis hyems, ubi ipsis dies longissimus, nobis curtissimus. Cardo autumni eis initium sumit in Ariete, die 10. & & 11. Martij. Ipsis æquinoctium autumni nobis uernũ. Abitq; sol ab eis in plagam septentrionariam. Cardo uero hyemis inchoat eis in principio Cancri 11. & 12. die Iunij. Ipsis dies breuissimus, nobis longissimus. Ecce cardines maxime distantes.

TEXTVS PROCLI

Antarcticus uero circulus æqualis &c.

STOEFLERI INTERPRE.

Haec est ultima particula huius quinariæ diuisionis parallelorum siue æquidistantium. Et huius interpretatio manifesta est ex dictis supra de circulo septentrionali. Habet & is circulus suas nomenclaturas. Vocatur enim

Mar. Ma. Circulus antarcticus, Austrinus, notius, meridionalis. De quo Marcus Manilius libro primo capitulo sexto. D

Vnus ab his superest extremo proximus axi
Circulus austrinas qui stringit & obsidet arctos.

Hyginus. Hyginus lib. primo ca. de Polo. Extremæ aũt regiones sphæræ, duorum circulorum, quorũ unus Boreus alter Notus uocatur, fines arctici circuli & eius qui antarcticus uocatur, nõ habitantur. Ideo quod sol est semper ab his circulis longe, uentiq; assiduos habent flatus. Huius circuli conditiones sunt fere cõtrariæ solstitiali circulo, cui supra quinq; conditiones assignauimus, quas aptato ad nostrum arcticum.

TEXTVS PROCLI.

Maximus autem ex quin quæ &c.

STOEFLERI INTERPRE.

Hæc est pars tertia in qua tractat de magnitudine & partitate horum quinque circulorum parallelorũ. De ea re supra abunde scripsimus. Accedit Hyginus libro primo capitulo De Polo. Quem lege.

TEXTVS PROCLI

Porrò hos circulos &c.

STOEFLERI INTERPRE.

Quarta & ultima pars huius textus. Pro qua aduertendum: quod circuli omnes, dempto Zodiaco & Lacteo, imaginantur in cœlo tanquam lineæ. Et hoc fit mathematico more, qui (teste Euclide in primo) dicunt. Linea est longitudo sine latitudine. Punctus est cuius pars non est. Centrum circuli est indiuisibile; quia punctus &c. Quapropter Marcus Manilius circulos uocat fila. Libro enim primo capitulo sexto, loquens de distantia æquinoctialis à tropico cancri, dicit. E

Linea. Punctus. Centrum Mar. Mani.

Quatuor & gradibus sua fila reducit ab æstu. Et capitulo septimo
Filaq; dispositis uicibus comitantia cœlum.

Quo fit ut eos uisu in cœlo comprehendere minime possimus, sed intellectus noster ratiocinatiõe & discursu animi eosdem deprehendere, inuestigare & cognoscere potest. Alludit pulchrè Macrob. lib. primo de somno scipionis. Natura (inquit) cœlestium circulorũ incorporalis est linea, quæ ita mente concipitur, ut sola longitudine censeatur, latum habere non possit. Et ponit Author noster huius rei duos modos. Alterũ, ex situ & positione astrorũ in his locis ubi circuli imaginantur circunduci. Contuendum igitur: quod æquinoctialis ex positu harum stellarum, nostro tamen tempore, cognoscitur. Sunt aũt hæ stellæ aut in ipso æquinoctiali, aut uicinæ ualde. Et sunt duæ in Ariete primi mobilis, in reflexione funiculi Piscium octauæ sphæræ. Et aliæ duæ in nodo funiculi. Vna in Tauro primi mobilis sub pede imaginis Tauri. Vna in Geminis primi mobilis in pelle bouina orionis, & fere tres Lucidæ in zona eiusdem. Tres in Leone primi mobilis in reflexione colli hydræ. Vna parua in virgine primi mobilis, & est supra pedem sinistrum asterismi Leonis. Vna parua in Libra primi mobilis, in ala sinistra formationis virginis. Et alia in Libra in ora uestis eiusdẽ. Vna in Capricorno primi mobilis sub Aquila extra effigiem. Vna in Aquario primi mobilis, in capite figuræ eiusdẽ. Et una in Pisce primi mobilis supra brãchiam Piscis antecedentis. Stellæ præterea Tropicum cancri indicantes, sunt hæ. Vna in Ariete primi mobilis, in deformatione Piscis septentrionalis super pinnã subore. Vna in Tauro primi mobilis supra dorsum Arietis octauæ sphæræ & sub Triangulo: & authore Ptolemæo nõ est in imagine is. Pleiades uicinæ ualde in Tauro primi mobilis, & in dorso Tauri octaui orbis. Vna in Gemiuis F

Macrobius

Aequinoctialis stellæ, & ipsius cognitio

Tropici Cancri stellæ.

A supremi mobilis in aure Tauri octaui orbis. Vna in Leone primi orbis ante os designationis Leonis. Vna in virgine supremę sphærę fulgida in Dorso figuræ Leonis. Vna in Libra primi mobilis Lucida inter coxos Boottis. Vna in scorpione supremi mobilis in naso serpentis. Vna in scorpione primi orbis in dextro humero Herculis. Et duæ in Piscibus primi mobilis in Equo alato. Stellæ deformantes circulum arcticũ secundum Latinos hæ sunt. Duę in Libra primi mobilis in cauda Draconis. Et quinq; in principio fere Libræ in Dorso eiusdem. Tandem una in Piscibus in collo Draconis.

Circuli arctici stellæ.

Stellæ insuper tropicũ capricorni designantes sunt hę. Tres in Tauro primi orbis sunt in effigie fluuii Eridani. Vna in Geminis supremi orbis in Leporis pede dextro anteriori & una fere in pede dextro posteriori. Tres in signo Cancri primi mobilis in medio ferme Canis maioris. Duæ in Cancro primæ sphærę in Puppi Argo. Vna in virgine primi mobilis in Hydra sub cratere. Vna in Scorpione, primi mobilis in fronte deformatiõis Scorpii. Vna in principio Sagittarii supremæ sphæræ in corpore Scorpii. Et cor Scorpii uicinum tropico. Vna in Aquario primi mobilis, in uentre Capricorni octaui orbis. Et duæ in Piscibus primæ sphæræ, in effusione aquæ Aquarii.

Tropici Capricorni stellæ.

B Demum circulum antarcticum ob stellarum carentiam missum facio. Alter modus horum circulorum cognoscendorum fit officio dioptræ. Prenotandum tamen quòd dioptra Græcum uocabulũ est, instrumentumq; geometricum ab explorando aut prospiciendo dictum. Vt est regula Quadrantis geometrici aut ipse quadrans, Regula scalę altimetræ, aut ipsa scala, Baculus Iacob, & alia id genus innumera. In eo significatu accipit Plinius Diopt[r]am lib. 2. ca. 71. Et Vitruuius lib. 8. ca. 6. Ptolemæus, Theon, Proclus & alii Græci, Arabice Alhidada, latine regula, speculũ, uel radius, quo res mathematicas, puta distantias locorũ, rerũ altitudines, longitudines, latitudines, profunditates, librationes &c. perspicimus, scrutamur & consideramus. Virgilius Ecloga tertia Bucolicorũ, & sunt uerba Menalcæ ad Damætam.

Dioptra quid.

Plinius. Vitruuius. Alhidada, regula uel Radius. Virgilius

—Et quis fuit alter

Descripsit radio totum qui gentibus orbem.

Vt Dioptræ ad nostrum propositum facillimus sit usus, sequens animaduertenda est doctrina. Oblata latitudine, id est, eleuatione poli cuiuspiam oppidi aut loci, subtrahe eandem à 90. gradibus, & quod relinquitur ostendit tibi eleuationem æquinoctialis circuli pro oppido aut loco oblato: quam seorsum serua cũ titulo, Eleuatio circuli æquinoctialis. Huic eleuationi æquinoctialis adde solis maximam declinationem, scilicet, 23. gradus & 30. minuta & emerget eleuatio circuli tropici Cancri, quam etiam ad partem custodi. Subtrahe dein maximam solis declinationem ab eleuatione æquinoctialis, & residua tibi erit eleuationem circuli tropici Capricorni, quam aliis appone. Demum latitudini oppidi propositi iunge maximam solis declinationem, & prodibit eleuatio circuli septentrionalis aut arctici. In exemplo. Latitudo Tubingæ est 48. graduũ & 40. fere minutorum quam demo à 90. gradibus & residuo 41. gradus & 20. minuta, eleuationẽ æquinoctialis ad Tubingam, quam seorsum scribo, ut hic. Cui iungo solis maximam declinationem, & procreo 64. gradus 50. minuta, eleuationem circuli solstitialis siue tropici Cancri, quam eleuationi æquinoctialis subscribo sic. Item ab eleuatione æquinoctialis demo solis maximam declinationem, & habeo eleuationem circuli brumalis tropici Capricorni, scilicet, 17. gradus 50. minuta, quam præ-

De circulorũ cognitiõe egregia.

AD TVBINGAM.

	G	m
Eleuatio æquinoctialis	41	20
Eleuatio tropici Cancri	64	50
Eleuatio tropici Capricorni	17	50
Eleuatio circuli arctici	72	10

E

dictis subdo, ut hic. Tandem latitudini Tubingensi addo solis maximam declinationem, & colligo 72. gradus & 10. minuta, eleuationem circuli septentrionalis aut arctici, quam alijs subnecto, ut supra uidere potes. His praenotatis exercitio facile doctior euades. Officio enim Dioptrae omnium memoratorū circuorum in coelo notitiā acquires hoc pacto. In dorso astrolabij uoluitur Dioptra habens tabellas, quas pinnacidia appellamus, paruis foraminibus perforatas. Recense igitur in quarta altitudinis dorsi astrolabij eleuationem aequinoctialis in gradibus & minutis, gratia exempli, pro Tubinga 41. gradus & 20. minuta, & fini numeri adde Dioptram, eamq; firmato, ne à positu facile decidat. Suspensoq; astrolabio, & supra oculum eleuato directè uersus meridiem, tempore noctur no coelo sereno dirigito uisum per foramina utriusq; tabellae, praecipue per maiora, & ad quam coeli partem siue ad quam stellam obtutus sese terminauerit, illic est situs aequinoctialis, quem animaduerte. Post lapso tempore, puta semihora, repetito exercitium, ut iamiam monuimus. Et iterū obtutu deduceris in aliam coeli partem, quam notabis. Et hoc modo saepius repetito exercitio nocte brumali, magnam aequinoctialis positionem dignosces. Simile iudiciū relinquitur de cognitione circuli Cancri, iuncta regula Dioptra ad gradus & minuta eleuationis eiusdem in quarta altitudinis. Haud dissimiliter operaberis pro Tropico capricorni. Pro circulo uero arctico dignoscende, suspendendum est astrolabium iuste uersus polum arcticum & operandum sicuti supra praecepimus.

Visus Dioptrae

D

E

CVR QVINQVE DVMTAXAT AEQVIDISTANtes in sphaera.

TEXTVS PROCLI

Quinq; uero dumtaxat aequidistantes circuli describi in sphaera solet: Quae tamen non eò ualet, quasi hi soli in mundo aequidistantes sint. Quippe cum sol cottidie aequidistantem aequatori circulum (quod sensu animaduerti licet) mundi rotatu pagat. Quò fit ut bis centū octuaginta duos aequidistantes circulos intra Tropicos describat: Totidem enim dies intra reciprocationes numerantur. Quin & stellae ipsae uniuersae in aequidistantibus circulis cottidie feruntur. Non tamen hi omnes in sphaeram adhibentur. Quod tametsi multis alijs rebus in Astrologia cōducant (siquidem fieri nequit, ut uel astra probè in sphaera locentur sine omnibus aequidistantibus circulis, uel examussim dierum noctiumq; magnitudines sine ijsdem inueniantur) tamen quod ad prima Astrologiae rudimenta non adeò utiles existimati sunt, parum usum est eos in sphaerā ascribi. Quinq; uero, aequidistantes circuli ob certa compendia, quae Astrologiae tyronibus afferunt, optimo iure in sphaeram sunt adhibiti. Septentrionalis enim astra quae nobis perpetuò cernuntur, definit. Solstitialis Tropicus, solis reciprocationem continet, finisq; est eiusdem ad boream transitus. Aequator circulus aequinoctia complectitur. Brumalis Tropicus solis ad austrum progressi meta est, & brumalem eius reciprocationem in se habet. Antarcticus circulus astra, quae nostrum conspectum fugiunt, determinat. Itaq; cum ijs, qui primis astrologiae rudimentis imbuendi sunt, certa emolumenta suggerant, meritò in sphaeram coniectos, quis dubitet?

F

STOEFLERI INTERPRE.

Occurrunt Proclo etiam docti quaerentes: an ne dumtaxat sint quinq; aequidistantes in sphaera, an plures? Quaestionem hanc ter dissoluit in hoc capite. Nam in summa, libellum hunc Isagogicum ad nouitios astrologiae scri-

parallelis

A psit. Et habet caput, dempta quæstione, tres partes. In prima docet author solem suo motu, adiuncto motu raptus primi mobilis, plures utrinque describere æquidistantes æquinoctiali. Item stellas firmas octaui orbis idem efficere. In secunda parte explicat horum utilitatē, ibi, Non tamen omnes. In tertia ostendit quare tantum quinque in sphæram sint descripti, & paucis eorundē aperit usum, Ibi. Quinque uero. Circa partem primam de numero parallelorum meminisse iuuat. Doctissimi mathematici numerant quinque parallelos siue ęquidistantes, Puta Cleomedes primo meteor. capite, de cœli orbibus. Orbes (inquit) in cœlo paralleli, hoc est, segmenta quinque distribuūtur, unus quidem qui diuiduē cælum dispescit, quem æquinoctialem appellamus. Cuius utrinque duo, ut æquinoctiali minores, ita inter se inuicem æquales: nominanturque Tropici, quia per solis puncta tropica à nobis describuntur, qui ultro citroque solis limites sunt extremi. Ad utrunque porrò istorum alij totidem describūtur, quorum unus quidem Boreus, uocatur arcticus, cui contrarius antarcticus uocatur Australis. Accedit Hyginus in suo poetico astronomico lib. primo ca. de polo, sic. In finitiōe mundi. Et Marcus Manilius ibidem lib. primo ca. 6. Item Tullius de Repub. Et

Cleomedes. Paralleli quinque

Hyginus. Mar. Mani. Tullius Macrobius

B Macrobius lib. primo de somnio scipionis sic scripsit. Quamuis igitur trium linearum ductus zodiacum & claudat & diuidat, unum tamē circum, author uocabulorum, dici uoluit antiquitas. Quinque alij circuli paralleli uocantur. Horū medius & maximus est æquinoctialis: duo extremitatibus uicini, atque ideo breues. Quorum unus septentrionalis dicitur, alter australis. Inter hos & medium duo sunt Tropici, maiores ultimis, medio minores: & ipsi ex utraque parte zonæ ustæ terminum faciunt. Ad idem Macrobius lib. 2. de somnio scipionis. Strabo lib. secundo tractat de quinque zonis: Quæ profecto quinque parallelis distinguūtur, aut etiam solū quatuor parallelis, si uis abijcere æquinoctialē. Et ita facit Ioannes de Sacrobusto. Leges ad idem apud Strabo. & Macrobiū libro primo de somnio scipionis expressis uerbis. Ioan. de Sacrobusto tracta. primo. Notandum (inquit) quod æquinoctialis cū quatuor circulis minoribus dicūtur quinque paralleli, qui æquidistantes &c. Adsunt & Poëtæ, Virgilius primo Geor.

Paralleli quatuor. Strabo Io. de Sa. bu.

Virgilius Ouidius.

Quinque tenent zonæ cœlum &c. Ouidius primo Meta. Fabula secunda.
Vtque duæ dextra cælum todidemque sinistra &c.
Et idem secundo Metamorpho. Fabula prima.
Nec tibi directos placeat uia quinque per arcus &c. Tibul. lib. 4. elegia prima.
Et quinque in partes rotus disponitur orbis &c.

C Hi Poetæ omnes loquuntur de quinque zonis, & ex consequutione de quinque uel quatuor parallelis eas ipsas zonas discriminantes. His (obliuione uexatus) adde Iulium Firmicum lib. primo cap. 4. & ultimo: quem legito. Sunt & alij qui recensent septem parallelos. Plinius lib. 6. cap. 33. Postquam plura recitauit de mensura terræ habitatę ex Polybio & Agrippa, addit in fine capituli hæc. His addemus etiānum unā Græcæ inuentiōis sententiā, uel exquisitissimæ subtilitatis, ut nihil desit in spectando terrarū situ: indicatisque regionibus noscatur & quæ cuique earū societas sit, siue cognitio dierū & noctium, quibusque inter se pares umbræ & æqua mundi cōuexitas. Ergo reddetur hoc etiā, terraque uniuersa in membra cœli digeretur. Plura sunt aūt hæc segmenta mundi, quæ nostri circulos (.s. æquidistantes) appellauere, græci παράλληλοι. Et sequente ca. 34. & ultimo, numerat septem parallelos, quos prisci Græci inuenerunt. Adijcit antē singulis parallelis, per quas tendant regiones, insulas, maria, flumina & urbes. Itē diem longissimā & breuissimā, & longitudinem umbræ gnomonis in meridie diei æquinoctij. Postea in uersu. Hactenus antiquorū exacta celebrauimus, sequentiū dilectissimi quod supetest, terrarū, tribus assignauere segmentis. Et paulò post, Iidem & ante principia quę fecimus posuere circulos duos &c. Ex.

Tibulus

Iulius Firmi. Plinius Paralleli septē

his palàm est ueteres Græcos tantū .7. numerasse parallelos, quoīū posteri nu- D
Ptolemæus merarunt 12. addentes septē quinq;. Ptolemæ. Clau. lib. 1. suæ Geogra. ca. 23. sup-
24. paralleli. putat 21. parallelos ab æquinoctiali in septentrionē euntes, & unū uersus meri-
diem post æquinoctialē. Capite aūt sequente scilicet 24. & lib. 7. ca. 5. superad-
Ptolemæus. dit unum aliū austrinum, oppositū huic p Meroen: Et sic, annumerato æquino-
ctiali, Ptole. ponit 24. parallelos. Preterea Ptole. Phelu. dictio. 1. Alma. ca. 6. nu-
merat 39. parallelos ab æquinoctiali uersus septentrionē, quos nominat lineas
ęquidistantes. Ponit enī 32. sub quibus maximus dies ęstiuus maior est 12. horis,
minor tū 24. Et post addit septem, sub quibus definito tempore anni dies in 24.
40. paralleli. horas & ultra sese extendit. At si ęquinoctialē, ut dignū est, adieceris habes 40.
Cōmunis astronomorū turba, pro stellarū declinatione habenda, ponit ab æ-
90. Paralleli. quinoctiali uersus polū arcticū 90. circulos parallelos, iuxta quartā coluri, quæ
ab æquinoctiali in polū arcticū 90. grad. cōplectit. Haud secus totidem uersus
polū antarcticū format, quorū officio stellas pro earū declinatiōe sphęræ impo
nit. Quod si stellas sphæræ p latitudines inscripseris, sicut facit Ptole. in Alma.
90 fingendi sunt paralleli à uia solis ęquidistātes. Quorū oīm uicem hodie semi
circulus utrinq; ab æquinoctiali in 90. grad. partitus, supplet. Q, adeo uerū est,
ut astrorū iudices humanas geniturás, pro stellarū positu in circulis parallelis,
diffiniant. Vt manifestū est in directiōibus earundē, adiuti propositiōe 29. Cē-
tum uerborū Ptole. Stellæ fixæ dant dona grandia modū excedētia; sed multo- E
ties finiunt in malū. Cui accedit Almansor, Aphorismo 26. Stellæ fixæ dant do-
Stellarum paralleli. na grandia, & ex paupertate subleuāt ad sublimitatē. Item oīs stella ad rotatū
primi mobilis describit unū parallelū. Testis est Proclus in hoc capite. Et Cleo-
medes 1. meteor. ca. de Torrida, sic habet. Deinceps nosse oportet quālibet hæ-
Paralleli innumeri. rentiū cœlo stellarū cū mundo obuolutā, circa suū centrum circulū describere,
quioēs sunt paralleli &c. Sed quia plures sunt stellæ quæ ultra integros gradus
declinationis habent minuta, iustè inferri poterit, pallelos fere esse innumeros.
Postremo grauis Astronomi numerāt à principio Capricorni usq; in principiū
Paralleli 182. Cancri 182. parallelos, quos sol ascendens ad nos in spatio dimidii anni describit
ad raptū primi mobilis. Et tot, descendēs à nobis, sol describit à primo puncto
cancri p Libram, usq; in primū punctū capricorni. Testis est Ioan. de Sacrobu-
sto Tract. 3. in § Notandū etiā q sol tendens à primo puncto Capricorni &c. Hos
circulos parallelos noster Proclus cōiunctim numerat, cum dicit. Quo fit ut bis
364. Paralleli centū octoginta duos æquidistātes circulos &c, id est, 364. intra Tropicos descri
bat. Ex his oībus & tot diuersis numerationibus parallelorū, posset haud iniu- F
ria diligēs lector Astronomos & Geographos imperitiæ arguere, ex eo, ut iamiā
recitauimus, q nōnulli supputāt solūmodo 5. parallelos, alii 7. alii 12. alij 24. alij
Tractatio de parallelis est gemina. 40 alij 90 alij 182. alij 364. Verū obiectio hęc facile dissoluet, si cuiusuis cōsidera-
tus recte animaduertit. Quapropter gemina de parallelis est tractatio. Altera
Astronomica, altera Geographica. Astronomica scindit in primariā & secunda-
Astronomica primaria. riā. Primaria sane doctrinalis quasi appellat, q̄ à rebus paruis, modicis & facilio
ribus incipit. Perterrent enim nouitii aut tyrones si in primis artiū foribus eis se
Astronomica secundaria. mul multa, uel ardua aut difficilia proponunt, & sic exteriti desperant & diffi-
Multitudo culpata. dunt se assequi posse q cupiebāt. Numerositas sane, præcipue apud nouitios a-
licuius artis, eandē uilescere facit. Q, ne temere accidat, cautū est iure Pontifi-
tio ca. 1. de priuilegiis & excessibus priuilegiatorum. Et multitudo psonas & res
cōtēptibiles facit, ex sña Hiero. 93. distin. ca. legimus. Scribit enī Hiero. ad Euā-
driū uel Eugeniū episco. Omne q rarū est plus amplectit: Pulegiū apud Indos
Aristoteles. pipere pretiosius est: Diaconos paucitas honorabiles, presbyteros turba cōtem
Quintilia. ptibiles facit. Grauissimi insup authores, utpote Aristoteles, Iul. Firmi. Quin-
tilia. pręcipiūt, maximè cōuenire ab euidētioribus & liquidò apparētibus no-
bis, ad ea, q̄ nō ex sese manifesta sunt, accedere Aristo. in proemio physi. Innata

A est(inquit) uia cognoscendi à generalioribus & notioribus ad incertiora nobis. Idem quinto Metaphy. ca. de Principio sic. Aliud (intellige est principium) unde utiq; fiet optime unum quodq;, ut doctrinę: non à primo rei principio inchoandum est, sed unde facillime quis addiscet. Ad idem facit Marcus Fabius Quintilianus lib. primo Institutionū oratoriarum. Et pulcherrime alludit Iulius Firmicus uir cōsolaris, ca. 16. lib. secundi matheseos, his uerbis. Debet enim his qui instituitur primum platice institui, ut his apertioribus, leuioribusq; cōpositus atq; formatus, secretiora deinceps genituræ confidentius consequatur. Iuxta hunc modum numerauit Proclus quinq; dumtaxat parallelos ut, satis indicat in capite lecto.

Quintilianus
Iulius Firmic9

Sunt præterea hi quinq; paralleli inter omnes insigniores nobilioresq; & tanquam principes aliorum, quare non est mitatu dignum quod tot doctissimi uiri eorum faciunt mentionem. Vt fecit Cleomedes supra. Qui eos circulos iā applicat rebus cœlestibus, iam terrenis. Cœlestibus sane, & hoc est astronomicum, primo meteo. cap. de orbe signifero. Vbi sic scribit. Est nimirum signifer circulus obliquus per Tropicos & æquinoctialem proiectus, qui utrumq; Tropicū in uno puncto cōtingit, scilicet æquinoctialem diuiduè secat. & alia de eo ibi legito. Ecce pulchra zodiaci descriptio, officio horū trium circulorum. Et idem in eodem cap. de Torrida, de duobus circulis polaribus sic.

Quinq; paralleli nobiliores cæteris.
Cleome. 2. loquitur de quinq; parallelis

B Circulus namq; arcticus est limes semper apparentium nobis astrorum. Antarcticus uero limes semper occultorum. Ecce. Terrenis, & hoc est geographicum, sic aptat: in capite supra allegato de cœli orbibus. His (inquit) nimirum cœli interuallis quæ memoratis orbibus distinguuntur, terræ partes quinq; subijciuntur: Vna sub arctico nempe septentrione cōprehenditur: Altera supposito spatio quòd inter septentrionem & æstiuum tropicum est. Tertia inter duos tropicos, quæ medioximum obtinens locum, incubantem superne sibi habet æquinoctialem. Quarta medium hyberni Tropici spatium & antarctici tenet. Quinta sub antarctico. Has itaq; terræ partes Physici zonas seu cingula uocāt, quorum extima utraq; ob gelu rigorem inhabitabilia esse perhibentur: Vt medioxumū propter æstū habitationi non est obnoxium. Inter quod & extima sunt temperata. Hucusq; Cleomedes. Ecce usus parallelorū pro rebus terrenis. Idē eodem lib. ca. an sub æquinoctiali sit habitatio & capitulo sequente, applicat æquinoctialem terræ subiectę. Hyginus autem utitur his quinq; circulis primo quemadmodum Cleomedes supra in § Cœlestibus sane &c. hoc patet libro primo de polo, quo ad duos circulos polares. Et quo ad alios tres per quos

Hyginus quadrifariam utitur his circulis

C diffinitur zodiacus, in capite sequēte cuius inscriptio: De zodiaco circulo. Itē utitur his in compositione sphæræ materialis per hoc, quod eorum omnium docet distantiam in cœlo, ut est manifestū ex capite: De polo. Et per hos etiam distinguit cœlestes imagines & earundem partes. Docet enim libro. 4. quæ signa queq; partes signorum in his circulis perfici possint. Et idem eosdem terrenis alligat plagis, sicut etiā fecit Cleomedes. Quod liquidum est per caput: De terra & mari, libri primi. Marcus Manlius loquens de his quinq; circulis docet compositionem sphærę materialis Græcorum more; per quam cœlestis imaginatur: & ut est clarū ex ipsis metris. Tullius de quinq; zonis, quinq; uel quatuor circulis distinctis mentionem faciens, loquitur geographicè, prout quinq; zonæ terrestes subduntur quinq; zonis cœlestibus, & quinq; circuli cœlestes zonas distinguentes sub se habent quinq; terrestes circulos, zonas terrenas dirimentes, hoc liquet ex uerbis, Africani ad scipionem, his. Cernis autem eandē terram quasi redimitam & circumdatam cingulis &c. lege ibi pulchram sententiam. Si igitur terra habitata in quinq; cingulos est partita, consequens est eandem quinq; circulis partiri, qui quinq; cœlestibus circulis subijciuntur. Ma-

Mar. Ma.
Tullius
De somnio Scipionis.

crobius autē lib. 1. disserit de quinq; cœlestibus circulis tanq; primarijs. Et hoc D
astronomicè: quod apertum est ex eo, q in eo loco tantūmodo tractat cœlestia, puta de stellis fixis, de errantibus, de orbibus, de circis, de lacteo circo, de zodiaco, de eclipsi solis & Lunæ, de coluris, de meridiano, de horizonte. Ecce. Libro dein secundo repetit hos quinq; circulos cœlestes, prout eis ad ppendiculū subiacent quinq; circuli terrestres distinguentes quinq; zonas in terra, sicuti sunt quinq; in cœlo: & hoc facit Geographice. Et pro huius lucidiore informatione legito à secundi libri §. De quinq; aūt circulis ne quæso existimes, usq; in §. His quoq; (ut arbitror) nō otiosa inspectione tractatis. Ex innumeris ferme uerbis hæc paucula ascribere libuit: His (inquit) depictis, sine difficultate cōstabit singulas terræ partes à singulis cœli partibus supra uerticem suū positis, qualitatē
Strabo. circa nimietatē uel temperiem mutuari. Strabo loquens de quinq; zonis (quas semp quinq; uel quatuor parallelis distinctas intelligimus) loquitur uerba Posi
Posidonius. donij: & Posidonius asserit Parmenidem fuisse authorē quinq; zonarū. Et tractat de zonis terrestribus, relatis tñ ad zonas cœlestes, quod cuiuis legēti § Ceterū & Posidoniū deinceps: ubi inter plura, hæc. Facta igit̃ in quinq; diuisio, &
Idē Strabo per pulchra de his lib. 2. ad finē. secundū naturam & secundū terræ descriptionē dicta esse uidet̃. Natura quidē E
& ad cœlestia & aëris temperantiā ad cœlestia, q hoc pacto eos qui alterubi, quiq; utrinq; umbras habent determinatos optime distinguit: & ad astrorum aspectū integra quadam partitione cōmutationem suscipientium. Cæterū ad aëris temperiē, q̄ cum ad solē iudicet̃, generalissimæ sunt differentiæ, quæ contendunt ad aiantes, ad plantes, & ad alia semina cōtracta sub aëre. Et in eo ipso
Io. de Sa. Bu. Virgilius. Ouidius. Tibullus. caloris excessus, & defectio, & mediocritas &c. Io. de Sa. Bu. Virg. & Oui. secūdo Meta. loquunt̃ de zonis cœlestibus, partitis p parallelos insigniores. Ouidius 1. Meta. loquit̃ de 5. zonis cœlestibus, quibus in tellure totidē subdunt̃. Tibul-
Astronomi tractantes de 90. parallelis. lus loquit̃ tantū de zonis terrestribus geographice. Qui preterea tractāt de pallelis pro stellarū declinatiōe ab Aequatore utrinq; positarū dignoscenda, recte numerāt 90. integros uersus septentrionē, & tot uersus austrū. Quarū rerū cognitio magnā donat utilitatē in fabrefactione multorū instrumentorū astronomicorū: & q in partitiōe graduū plures alij formant̃ paralleli, ptinet ad astrolo-
182. paral. giæ pfectionē, ut stellarū in cœlo situs sit certus & nusq; fallax. Qui uero de parallelis loquunt̃ prout seruiunt pro incremento aut decremento dierū artificialium, ponunt 182. parallos, & tot dies naturales ab exordio Capricorni, in Cancrū: & pro quolibet parallelo aut die, fit diei artificalis crementū. Et rursus alios 182. parallelos, quibus tot respondent dies à principio Arietis in Capricornū, F
Paralleli 365. ubi in dies fit diei decrementū. Quare Proclus cōiunctim numerat 364. sed in ueritate sunt 365. Quia tot sunt dies in anno solari cōmuni.

Secundaria cōsideratio parallele Ptolemæus. Secundaria autem aut consequutoria cōsideratio astronomica de parallelis est, quod per eosdem sunt iudicia & uaticinia. Id apertissime docet Ptolemæus tracta 2. quadri. ca. 2. Sunt quippe, inquit, quædam gentium proprietates, quæ generaliter in lineis parallelis & angulis terræ contingunt. Et postea exemplificat, de his qui sunt sub torrida zona, inter parallelū æquinoctialem & tropicū Cancri, lege caput cum cōmentariis & nō te pigebit laboris. Ex his uerbis Ptolemæi, de parallelis & angulis, astronūi uates nostri temporis propter omnium planetarum coitum in Piscibus, anno Christi 24. supra sesquimillesimum, plura incōmoda & portenta minati sunt his regionibus & prouinciis & earum habitatoribus, scilicet, Garamātibus, Nasamonibus, Libycis interioribus, Aethiopibus sub Aegypto, Mauritaniis &c. Accedit his, quod Genethliaci, ex stellarum positu in ipsis parallelis, prædicunt natis futura aut bona aut mala. Item huc haud inepte uerba
Iul. Fir. Iulii Firmici accommodari possent: q cœlestes paralleli & zonæ ab ipsis complexæ inducūt alias & alias qualitates in rebus terrenis, puta, excessum caloris, aut frigoris, aut tēperamentū, alias formas, dispositiones, colores, mores hoīm & bestiarū: Quare nō ab re dicit Firmicus. Vnde manifestis rōnibus cōprobatur, zonarū qdē esse q nigri uel cādidi sunt, stellarū uero q in illa uarietate coloris, dissimiliū formarū uarietatibus corporant̃.

Geographica Propero nunc ad Geographicam parallelorum considerationem. Per eos

nempe

A nempe scitur locorum distantia, eorundem latitudo, diuersitas umbrarum, distinctio climatum, uarietas dierum æstiualium maximorum. Sed quid respondebimus ad hoc, quod ipsi Geographi in parallelorum numeratione usque adeo in diuersum eunt? Nō sunt profecto in fundamento diuersi. Quod enim uetustissimi Geographi posuere septem parallelos, aut locuti sunt de parallelis trāseuntibus per regiões aut loca delectabiliter semper & pro semper (ut aiunt) habitata. Vt est ferme à medio tertij climatis, ubi latitudo in 30. pene gradus ascendit, usque in medium, quasi, sexti climatis, ubi polus in. 45. attollitur gradus. Et hoc pulchrè elici potest ex dictis eorum (de quibus Plinius supra) adijcientium singulis parallelis quantitatem longioris diei æstiui, à qua concluditur latitudo regionis. Aut quia principia propemodum omnium rerum sunt parua. Ex nuce enim fit corulus, ex glande ardua quercus. Et bonæ artes (teste Aristotele) sunt per additamenta. Non est miratu dignum, quod hi primi orbis habitati scriptores, paucos admodum posuere parallelos: quod satis concludi potest ex eo, quod alij posteri etiā uetustis his septem quinque addiderunt, & 12. numerarunt. Ad Ptolemæos dicimus, quod is qui Almagestū scripsit, numerans ab æquatore uersus septentrionem 39. parallelos, non animaduertit principaliter an terra his subiecta sit habitata uel inhabitata, sed potissimum attendit B cuiusuis paralleli, quem lineā æquidistantem appellat, longitudinem diei æstiui longioris, item distantiam aut elongationem ipsius ab æquatore, quam latitudinem uocamus: & umbras meridianas sole existente in principio Arietis, Cancri & capricorni. Quod ex eo cōijci potest, quod sub æquinoctiali, qui secundū eum primus est parallelus, habitationem nō admittit, & in parallelis latitudinem 65. graduū excedentibus, nullum habitationis nomen exprimit, & inhabitatos relinquit. Nec obstat principium sexti capitis, ubi loquitur de quatuor terræ habitabilis: quia per hoc non asserit quod ubique habitetur, sed pro maiori parte. Neque id (postquam de æquinoctiali prima linea æquidistante determinatur) cū inquit. Reliquarum uero æquidistantium æquatori diei, in quibus possibile est scire quæ sunt regiones & loca quæ sub eis habitātur, numerabo summam proprietatis cuiusque: Quod accipiendum est tantummodo de his, qui habitantur. Quia certum quod plures ex his, presertim hi, qui sunt polo arctico uicini, à nullis hominibus coluntur. Ptolemæus autem clau. lib. primo suæ Geographiæ, recensens, dempto æquatore, 23. parallelos, loquitur de his qui habitantur & per ipsum cognitis. Ex his palàm est omnes cōmemoratos de parallelis C egregiè dixisse, si rei finis, propter quem locuti sunt, rite pensitatur. Neque imperitię aut ignorantiæ arguendos. Sed hic oritur dubiū. Supra enim dictū est, solē à principio capricorni in principiū cancri describere 182. circulos parallelos et totidē à principio cancri in capricornū, cum in ueritate nō sint ęquidistantes ęquinoctiali ob id, quod nō sunt lineæ circulares: nō enī in eis sit exitus à certo puncto & reditus in eundem. In exemplo, ponamus quod sol sit in primo puncto primi gradus Capricorni motu primi mobilis, centrum solis describit lineam circumferentialem quæ nō redit in punctum, unde exiuit. Quia in 24. horis sol suo motu abijt à primo puncto primi gradus capricorni in principiū secūdi gradus eiusdem, in quod finit se linea circumferentialis: Igitur nō sunt dicendi circuli paralleli aut lineæ circulares. Pro eo dubio aduocandus est Ioan. de Sa. Bu. qui tract. 3. sic scripsit. Notandū est quod sol ascendens à primo puncto Capricorni per Arietem usque in primum punctū Cancri, raptu firmamēti describit 182. parallelos, qui tamē paralleli & si nō oīno sunt circuli sed spirę, cum tñ in hoc nō sit error sensibilis, in hoc uis nō cōstituat si circuli appellent. hæc ille. Q, enī modicū & insensibile est pro nihilo reputat: sufficit enī sæpius in mathematicis uersari circa prope uerum. Est tamen hic aduertendū quod linea circumferen-

parallelorū cōsideratio.

Diuersa parallelorum numeratio an reprobanda?

Ptolemæus Phelusinus.

Claudius Ptolemæus.

An Sol motu primi mobilis omi die descri bat parallelū?

Circularis. tialis est duplex. Vna circularis, & est linea à certo puncto exiens, circūeundo D
Spiralis duplex. in eundem rediens, cuius centrum ab ipsa undequaq; æqualiter distat. Altera spiralis exiens à certo puncto, & circumeundo non rediens in punctum unde exiuit. Et hæc est gemina. Vna gyratiua uel inuoluta: & est linea à certo puncto
Gyratiua uel inuoluta. in plano exiens, & circumeundo in aliud se terminans. Alia est circumuoluta
Circumuoluta aut helica. aut helica, & est linea à certo pūcto exiens & in corpore, puta columna aut globo, ad eundem non rediens. Sunt igitur nostri paralleli lineæ spirales, gyratiuæ
De usu parallelorum. aut inuolutæ. Præterea de parallelorum usu aut utilitatibus paucula quędā
Prima utilitas. prędictis adijcere decreuimus. Et primo geographicas absoluemus, hoc modo.
Habitantes sub eodem parallelo, eandē habent latitudinem. Habitantes sub eodem parallelo, eandem habent latitudinem. Quare habitati orbis obseruatores prouide egerunt in eo, quòd ab occasu in ortum, tendentes sub uno parallelo habuerunt eorū obseruationes. Quia ad omnia loca ad quæ declinarunt, non fuit opus obseruare latitudinem. Quia quæ primo aditu fuit obseruata omnibus subiectis locis fuit accommodanda, & sic latitudo fuit certa, sed sola locorum longitudo fuit animaduertenda. In exemplo: capiatur nominatissimus parallelus Rhodiensis, cuius sæpius meminit Ptolemæus Clau. lib. 1. suæ Geo. sub quo plurimæ factæ sunt obseruationes. Et fuit negotij ince
S. Mauritania ptum in occasu, puta in Africa, in mari exteriori sub latitudine 36. graduū, quã lem habet parallelus per Rhodum, & recto itinere uersus exortum nauigando uenerunt ipsi obseruatores ad fretum Herculeum eiusdem latitudinis: Postea ad mare Ibericum, id est, Hispanicum, Baleaticum, Sardoum. Per Sardiniam B insulā & ibidem Valeriam ciuitatem. Calarim aut Caralim oppidū. Per mare Africanū & eius insulas, Sacram, Aegusam. Per Siciliam & eius promon. Lilybæū: Per mare Adriaticum & Strophades insulas, Per Peloponnesum & eius promon. Ichthyn, Olympiā Pisam ciuitatem. Per mare Creticum & Therasiā insulam. Per Asiam minorem, Myrtoum mare. Per prouinciam Cariam & ibidem per ciuitatem Cnidum, Cressum portum, Rhodum insulam, à qua parallelus nomen habet. Et hac lege progressi uersus orientem usque in regionem Sericam & Sinarum distantes à mari exteriori Africano 180. gradibus, per que dimidium superficiei ipsius terreni orbis. Haud aliter iudicabis de nostro parallelo habente latitudinem 48. graduum & fere 40. minuto. sub quo omnes ciuitates locatæ eadē gaudent latitudine uel quasi. Vt sunt Vadeuier & Lima oppida ducatus Bamensis. Tullum urbs ad Mosellam, Horba, Tubinga, Gœppingen, Gislingum, Giengen, vverda Sueuiæ Ingolstadiū, Osterhofen ad Danubium: Omnes ciuitates hæ Germaniæ accedūt, sub uno propemodum sitæ pa
Secunda utilitas. rallelo. Secunda utilitas est, Quòd sic habitantes habent consimiles & eius
Dies & nox æqua, eundem parallelum habitantibus. dem quantitatis dies & noctes, quantum ad augmenta & decrementa, sed non F consimiles ortus & occasus, intellige, quo ad idem instans temporis. In exemplo, repetat parallelus Rhodiensis, qui sub eo in occasu habitant, ut sunt Mauritani, oppidorum Tingis & Exilissę ferme, habentes diem longissimū 14. horarum & 30. minuto, Authore Ptolemęo, breuissimum autem 9. horarum & 30. minuto. Idem iudicium est de quantitate noctis longissimę & curtissimæ. Omnes igitur uersus orientem sub eo degentes easip sas & dierum & noctium seruant quantitates. Et quantum dies à principio capricorni usque in principium cancri in uno loco sese augmētat, puta in uno minuto, duobus, tribus aut quatuor, sic & cōsormiter augmentat se in omnibus alijs huius paralleli locis. Simile est
Tertia utilitas. iudicium de decremento ab exordio cancri in capricornū. Idem accipe de no
Incolæ unius paralleli æquales habēt umbras ctibus. Sed his sol non oritur, cœlum mediat, neque occidit pro eodem momento aut instante, cuius causa est globositas terræ. Tertia utilitas. Sic habitantes habent consimiles & æquales umbras meridianas. Vt si, gratia exempli,

res

A res perpendiculariter erecta decempedum, quopiam die anni tempore meridiano in aliquo oblato loco procreat umbram octo pedum, in omnibus alijs locis, res decem pedum superficiei orthogonaliter insistens, tempore meridiei cuiusdam diei, proijcit umbram octo pedum. Adde quòd si aliqui alicuius rei paralleli sunt perisci, heterosci aut amphiscij, omnes alij huius paralleli sunt perisci, heterosci aut amphisci. Quarta, sic habitantes eandem habent hyemē & æstatem, quantum ad temperantiam aut distemperantiam. Nisi per accidens fiat impedimentum, puta per casum grandinum, montium obiectum. De his scribit Albertus Magnus lib. de natu. loc. differentia prima, cap. 10. Circulariter (inquit) habitant, quorum latitudo cum sit una, longitudo tamen nō una & eadem est. Isti enim sub uno parallelo circulo habitant, qui æqualis est in circuitu latitudinis ab æquinoctiali circulo, & ille quoque locus æqualiter calidus & frigidus est, humidus & siccus, dies eorum sunt æquales & noctes, sed eorum ortus & occasus non sunt in uno tempore sensibili. Nec eorum uenti sunt æquales, quia quorum differt oriens & occidens, horum necesse est differre uentos ad minus orientales & occidentales. Hucusq; Albertus. Hos Cleomedes primo Meteo. uocat περίοικος, id est, circumhabitantes aut circumaccolentes. Sed de his & Antœcis & Antipodibus in capite de potestate æquidistantium aut quinq; zonis abunde dicemus. Alber. Ma.

B

D

Tabula Parallelorũ Clau. Ptolemæi, in qua eorũ nomina, & per quas climatum offendantur, continentur.

	Nomina parallelorum Septentrionalium	Climatum initia, media & fines	Lati. septẽ. G	m̃	maxim9 Dies hor	m̃
1	Per Taprobanem	Anteclimaticus	4	15	12	15
2	Per Aualitem sinum	Anteclimaticus	8	25	12	30
3	Per Adulitum sinum	Initium primi climatis	12	30	12	45
4	Per Meroem insulam	Mediũ primi climatis	16	25	13	0
5	Per Naparam ciuitatem	Initiũ secundi climatis	20	15	13	15
6	Per Syenem urbem	Mediũ secundi climatis	23	50	13	30
7	Per Ptolemaidem Hermij	Initium tertij climatis	27	10	13	45
8	Per Alexandriam Aegypti.	Medium tertij climatis	30	20	14	0
9	Per Phœniciæ medium	Initiũ quarti climatis	33	20	14	15
10	Per Rhodum insulam	Mediũ quarti climatis	36	0	14	30
11	Per Smyrnam ciuitatem	Initium quinti climatis	38	35	14	45
12	Per Hellespontum uel Romam	Mediũ quinti climatis	40	55	15	0
13	Per Bizantium aut Massiliam	Initium sexti climatis	43	5	15	15
14	Per Pontum Euxinum	Medium sexti climatis	45	0	15	30
15	Per ostia Borithenis fluuij	Mediũ septimi climatis	48	30	16	0
16	Per australem partẽ Britanniæ maioris	Primus postclimaticus	51	30	16	30
17	Per Londinum aut ostia Tanais fluuij	Secũdus postclimaticus	54	0	17	0
18	Per medium Britanniæ maioris	Tercius postclimaticus	56	0	17	30
19	Per australes partes Britanniæ minoris	quartus postclimaticus	58	0	18	0
20	Per septentrionalia Britanniæ minoris	quintus postclimaticus	61	0	19	0
2	P r Thulem insulam	Sextus postclimaticus	63	0	20	0
	Nomina parallelorum Australium	Meridiana climata	latitu.		meridio.	
1	Per Raptum promontorium	Anteclimaticus	8	25	12	30
2	Per Prassum promontorium	Mediũ primi climatis	16	25	13	0

E

A

partes uergant, item eorundem latitudo, maximus dies. Et in quibus tabulis

Tabulæ Claudii Ptolemæi uiri Alexandrini.

TAB.	TAB.	TAB.	TAB.	TAB.	TAB.	TAB.	TAB.	TAB.	TAB.	TAB.
4 Afri. 4 Afri.	11 Asiæ 11 Asiæ	12 Asiæ 12 Asiæ								
4 Afri. 4 Afri.	6 Asiæ 6 Asiæ	10 Asiæ 10 Asiæ	11 Asiæ 11 Asiæ	12 Asiæ						
4 Afri. 3 Afri.	6 Asiæ 4 Afri.	9 Asiæ 6 Asiæ	10 Asiæ 9 Asiæ	11 Asiæ 10 Asiæ	11 Asiæ 10 Asiæ					
1 Afri. 1 Afri.	2 Afri. 2 Afri.	3 Afri. 3 Afri.	6 Asiæ 4 Asiæ	9 Asiæ 5 Asiæ	9 Asiæ 9 Asiæ	11 Asiæ 10 Asiæ	11 Asiæ			
1 Afri. 2 Euro	2 Afri. 6 Euro	3 Afri. 10 Euro	4 Asiæ 1 Afri.	5 Asiæ 4 af. 1 af.	4 Asiæ 3 Asiæ	10 Asiæ 5 asiæ	11 Asiæ 8 Asiæ	9 Asiæ 8 Asiæ	10 Asiæ 9 Asiæ	11 asiæ 10 asiæ
2 Euro 2 Euro	6 Euro 6 Euro	7 Euro 9 Euro	10 Euro 10 Euro	1 af. 1 af. 1 Asiæ	3 Asiæ 1 Asiæ	5 Asiæ 5 Asiæ	7. 8 asiæ 7 Asiæ	8 Asiæ 7 Asiæ	8 Asiæ	
2 Euro 2 Euro	3 Euro 3 Euro	5 Euro 5 Euro	6 Euro 6 Euro	9 Euro 9 Euro	1 Asiæ 8 Asiæ	3 Asiæ 3 Asiæ	7 Asiæ 5 Asiæ	8 Asiæ		
3 Euro 1 Euro	4 Euro 3 Euro	8 Euro 4 Euro	2 Asiæ 8 Euro	7 Asiæ 2 Asiæ	7 Asiæ 7 Asiæ	8 Asiæ	7 asiæ			
1 Euro 1 Euro	3 Euro 4 Euro	4 Euro 8 Euro	8 Euro 2 Asiæ	2 Asiæ 7 Asiæ	8 Asiæ 8 Asiæ	8 Asiæ				
1 Euro 1 Euro	4 Euro 8 Euro	8 Euro 2 Asiæ	2 Asiæ 7 Asiæ	7 Asiæ 8 Asiæ						
1 Euro	8 Euro	2 Asiæ	7 Asiæ	8 Asiæ						
4 Afri. 4 Afri.	11 Asiæ									

B

Nunc ad utilitatem astronomicam parallelorum propero potissimũ ad eos quos sol motu raptus quotidie describit, quorum officio dies artificiales & noctes maiorantur & minorantur, aut augmentantur & decrescũt. Supra de perpetua æqualitate dierum & noctium, his qui sub æquinoctiali sphæram rectam habitant nouitios per tabellam ortuum & occasuum signorum in sphæra recta breuiter instituimus, plures alias demonstrationes omittendo. Hic autem aduertendum, quòd in sphæra obliqua ubi unus polus supra horizontem attollitur, ut sumus nos qui a quilonias habemus habitationes, duæ assignantur causæ diuersitatis ac uariationis dierum artificialium & noctium, quarum una sumitur ex diuersitate ascensionum signorum. Altera ex circulis parallelis à sole motu mundi descriptis. Pro prima igitur causa conuendum est, quòd obliquitas zodiaci causa est, quòd tam in sphæra recta quàm obliqua aliqua signa oriuntur recte, aliqua obliquè. Et consimili lege decidunt. Quod id sphæræ recte accidat supra ostensum est per tabellam. In obliqua uero ostendendum, nam si zodiacus esset parallelus equinoctiali, proculdubio omnia signa perisformiter & æqualiter orirentur & occiderẽt & ipse zodiacus esset regularis & uniformis quemadmodũ sunt omnes paralleli, & ita unũquodq; signũ zodiaci orirẽt & occideret in duabus horis æqualibus. Sed quia obliquus est, accidit q aliqua eius signa (ut dixi) rectè oriunt, aliqua obliquè, nõnulla recte occidunt nõ

C

De utilitate astronomica parallelorum.

Duę causę diuersitatis dierum & noctiũ

De causa diuersitatis dierum & noctium ratione ascensionum signorũ

Signa oriũtur recte & obliquè.

nulla obliquè. Cui rei adiumentum præstat sphæræ obliquitas, quanto enim sphæræ horizon est obliquior aut obliquior, tanto aliqua signa obliquius & pronius, aliqua rectius oriuntur & occidunt. In sphæra igitur obliqua sex signa quæ sunt à principio cancri per Libram, usque in finem sagittarij rectè oriuntur, reliqua uero à principio capricorni per Arietem in finem usque Geminorum obliquè. Vnde uersus. D

Recta meant, obliqua cadunt à sydere cancri
Donec finitur chiron, sed cætera signa
Nascuntur prono, descendunt tramite recto.

Mar. Ma. Accedit Marcus Manilius libro 3. capi. 1. sic.
Sed iacet obliquo signorum circulus orbe
Atque alia inflexis oriuntur sydera membris:
Ast illis magis est rectus surgentibus ordo.

Diuersitas dierum noctiumque unde. Hæc ex subiecta tabella, amice lector, facile accipies. Ex obliquitate igitur zodiaci, & uario ortu & occasu signorum in sphæra obliqua, concluditur diuersitas & uarietas dierum artificialium & noctium. Quando sane sol est in principio Arietis aut Libræ tunc dies æquantur noctibus, eo quòd tot signa rectè quot obliquè tunc de die ascendunt, similiter & de nocte. Ideo tantus est excessus ascensionum in die sicut in nocte: quare tempora resultant æqualia. Sole enim existente in principio Arietis, interdum ascendunt ista sex signa Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, virgo, quorum tria obliquè & tria rectè oriuntur. Sed noctu oriuntur illa sex Libra, scorpion, sagittarius, capricornus, Aquarius, Pisces, quorum etiam tria rectè & tria obliquè oriuntur. Sed quando sol est in principio Libræ hæc sex signa oriuntur die, illa nocte. Ingredere igitur tabellam subditam & collige ascensiones ortus Arietis & quinque sequentium signorum, quibus coaceruatis suscitabis 180. gradus æquatoris qui faciunt 12. horas æquales. Consimili formula conscribito ascensiones sex signorum noctis & colliges 180. gradus æquinoctialis, facientes 12. horas æquales. Ecce parilitas diei & noctis. Idem per tempus ortus tabellæ absoluere potes. Et quando nobis est maxima dies, ut in æstate sole possidente principium Cancri, tunc oriuntur die sex signa rectè orientia, noctu autem sex obliquè. Econuerso quando nobis est minimus dies in anno sole existente in principio capricorni, tunc in die oriuntur sex signa obliquè orientia, de nocte uero sex directè. Alij dies intermedij quãdoque sunt maiores quandoque minores suis noctibus secundum quòd plura uel pauciora signa in die rectè uel obliquè oriuntur. Idem intellige de noctibus. Hæc omnia per tabellam facile uenari possunt. Est autem regula: quantumcunque breuis aut prolixa sit dies uel nox, sex signa oriuntur in die & sex noctu, neque propter prolixitatem aut breuitatem diei uel noctis plura uel pauciora signa oriuntur. Marcus Manilius lib. 3. ca. 1. (astro Cum tamen in quocunque dies deducitur Sex habeat supra terras sex signa sub illis. E

Regula signorum ortus.

Mar. Mani.

TABELLA ASCENSIONVM, ID est, ortuũ & descensionũ, id est, occasuũ signorum in sphæra obliqua, ubi polus borealis eleuatur 48. gradibus & 40. ferme minutis.

Signa	Ortus æquatoris		Tẽpus ortus			Occa. æqua		Tempus occasus		
	G	m̄	h	m̄	2	G	m̄	h	m̄	2
♈	14	31	0	58	4	41	17	2	45	8
♉	18	33	1	14	12	41	15	2	45	0
♊	27	8	1	49	12	37	6	2	28	24
♋	37	6	2	28	24	27	18	1	49	12
♌	41	15	2	45	0	18	33	1	14	12
♍	41	17	2	45	8	14	31	0	58	4
♎	41	17	2	45	8	14	31	0	5[illegible]	4
♏	41	15	2	45	0	18	33	1	14	12
♐	37	6	2	28	24	27	18	1	49	12
♑	27	18	1	49	12	37	6	2	28	24
♒	18	33	1	14	12	41	15	2	45	0
♓	14	31	0	58	4	41	17	2	45	8

F

Dehac

A De hac causa diuersitatis dierũ & noctium loquit̃ Pli. lib. 2. ca. 19. in hæc uerba. Inæqualitatis causa obliquitas est signiferi, cũ pars æqua mundi sup subterq̃ terras omnibus fiat momentis. Sed quæ recta in exortu suo consurgunt signa longiore tractu tenent lucem, quæ uero obliqua ocyore transeũt spatio. Hæc Plini. Verũ obliquitas zodiaci & ortus rectus & obliquus signorũ, non sunt sufficiens causa diuersitatis dierũ & noctium. Nisi accedat obliquitas sphæræ. Nã sub æquatore est zodiaci obliquitas, & signorũ ortus obliquus & rectus, & tamen nulla accidit diuersitas dierũ & noctium sed eorundẽ perennis æqualitas, sicuti supra declaratũ est. Ergo uerba Plinii accipienda sunt de sphæra obliqua. Astipulat̃ ad id Cleo. 1. Meteo. ca. de augmento dierũ, & sequenti, de causa incrementi inæqualis dierũ, quæ lege. Secunda causa diuersitatis dierũ artificialiũ cum noctibus sumitur ex circulis parallelis à sole descriptis. Contuendũ igitur, q̃ arcus horum circulorũ æquidistantium qui sunt supra horizontem sunt arcus dierũ artificialiũ, arcus uero sub horizõte sunt arcus noctiũ. In sphæra igitur recta cũ horizon sphæræ rectæ transeat p polos mundi, diuidit omnes circulos istos in partes æquales: unde tanti sunt arcus dierũ quanti sunt noctiũ apud existentes sub æquinoctiali. Et sic in quocumque signo sit sol semp est eis æquinoctiũ. Quod in sphera materiali uerificata ad sphærã rectã facile ostendi

Plinius.

Cleome. Secunda causa diuersitatis dierum.

B potest. In plano sic. Esto circulus duabus diametris orthogonijs diuisus polus arcticus a, Antarcticus b, linea aut diameter i h, æquinoctialis principium ♈ & ♎, zodiacus d g, g initiũ Cancri, d Capricorni. Ex prædictis liquet q̃ sol existẽs in principio Capricorni d, motu raptus mũdi describit circulũ Capricorni d e, qui quidem terminat̃ in f secũdo gradu Capricorni, ad quẽ sol motu proprio secundo die est translatus, & postea causabit alios circulos usquequo accedit Arietem, ubi æquinoctialẽ i h designabit, & deinceps alios parallelos uersus polum arcticum, donec sit in principio Cancri, ubi tropicũ g k depingit. Et hi paralleli sunt circuli dierũ naturalium, cum sol in die naturali singulos describat. Eorum autem arcus qui supra horizontem quemuis sunt, uocãtur arcus dierũ artificialium, id est, à sole in die artificiali descripti. Cum dies artificialis nihil aliud sit quam latio solis supra horizontem. Qui uero infra sunt arcus noctium, id est, in nocte à Sole causati. Quemadmodum enim huiusmodi circuli cõtinẽt

Pulchrã demonstratio.

C Posset hęc figura pingi iuxta ueram distantiam Tropicorum ab æquinoctiali, & quadrans b i diuidi in 90. gradus altitudinis poli, & tropicus Cancri sub horizonte recto in 12 partes significantes horas, & in subdiuisiões, & apponi centro horizon obliquus mobilis in modum regulæ, & ni fallor omnia perfectius & lucidius apparerent.

♋ g ♈ i f e
Tropicus cancri
Æquinoctialis
Tropicus capricorni
m horizon obliquus
polus arct. a
horizon rectus
b polus antarcticus
l k h ♎ d ♑

F

Diei naturalis partes.

partem superiorē & inferiorem tanq̃ partes totales singulos eorū integrantes: D Ita dies naturalis ex duabus partibus. s. die artificiali & nocte cōstituitur. Quibus stantibus, horizon sphærę rectæ, quē diameter a b designat, transit per polos mundi, cui insistit æquinoctialis i h perpendiculariter, causans angulos rectos & cōsequenter omnes paralleli æquinoctiali. Sequitur ꝙ tam æquinoctialē q̃ ei æquidistantes parallelos in duo æqualia partietur: per tertiā, tertij Eucli. Singulæ igitur circulorū portiones supra rectū horizontē a b æquales sunt, portionibus cōparibus sub eodem, & quia in spatijs æqualibus, fiunt motus æquales, sexto Physi. Motus igitur solis per portiones circulorum superiores æqualis erit motui eiusdem sub inferioribus: & quoniā sol æqualiter mouetur, in temporibus paribus tam superiores q̃ inferiores transit dictorū portiones (ut Philosophus sexto Physi. demonstrat) & cū portiones superiores transeat in die, infimas uero in nocte (ut dictū est) cōcluditur singulos dies singulis suis noctibus esse æquales & cōsequenter ubicunq̃ in zodiaco sit sol in sphæra recta semp esse æquinoctiū.

Aristoteles.

Aequinoctiū sphæræ rectæ.

Sed quia horizon obliquus l m, quicunq̃ sit ille, semp diuidit æquatorē in æquales partes, cū ambo sint circuli maiores, p caput secūdū Io. de Sa. bu. qñ sol erit in principio Arietis & Libræ æquinoctialē describens, cū motus supra horizontē & sub eodē sint æquales, erit æquinoctiū in uniuersa terra. Sed quia prædictus horizon nō transit p polos, ut liquet, sicuti rectus, nō diuidit reliquos circulos in partes æquales sed in portiones inæquales, per quartā tertij Elementorū. Si linea diuidat lineā intra circulū, neutra earū p eiusdem centrū eunte in partes inæquales eā secat. E Et dictus horizon deprimit̃ sub polo boreali, ut patet in figura præscripta. Nā portio horizontis obliqui l est sub polo a. Et a polus eleuat̃ supra eundē, sequitur ꝙ de parte cœli septentrionalis maior portio est supra horizontē l m quàm infra, & cōsequenter omniū circulorū septentrionaliū ab æquinoctiali uersus polū septentrionalē declinātiū maiores portiones sunt supra quàm infra circulū horizontis; & per consequens maior motus solis supra horizontē aut terrā q̃ infra. Et quia motus regularis est, dies artificiales quibus mouet̃ supra terrā maiores sunt singulis suis noctibus. Quando igit̃ sol mouet̃ per signa septentrionalia, q̃ sunt ab initio Arietis ad finē uirginis, ab 10. uel 11. die Martij in 13. septembris, crescunt dies artificiales supra noctes. Et quoniā horizon prædictus diuidit æquatorē per æqualia, & uersus arcticū polum deprimit̃, & tanto magis quanto ab æquatore plus remouet̃, sequitur quāto circulus magis distans est ab æquatore & propinquius polo boreali, tanto maiorē portionē habet supra horizontē & minimā infra. Ergo cum sol est in tropico prædicto, quod usuuenit 12. Iunij dies maximus est & nox minima. F

Signa septentrionalia.

Dierum noctiumq̃ uarietatis ratio.

Cōtra uero quoniā prędictus horizon m eleuat̃ supra polū austrinū b, eo depresso maior portio partis cœli meridionalis sub horizonte existit q̃ supra, & consequenter circulorum ab æquatore uersus polū illum declinantiū semp maior portio est infra q̃ supra. Quapropter cū sol est in signis austrinis in medietate zodiaci, q̃ est ab initio Libræ in finē pisciū, noctes supra dies sunt longiores, & quanto magis horizon ab æquatore elongat̃ tanto magis supra rectū est eleuatus, & maiores portiones sub eo. Vnde tropici capricorni maxima portio est sub eo & minima supra relinquit̃: Quo fit ut sole ibi morante 12. Decembris nox est maxima & dies minimus q̃ possit esse in toto Anno. Cui quāto dies magis propinquus est tanto noctē habet longiorē. Ex his palàm est, cū tropici æqualiter distant ab æquinoctiali, ꝙ arcus diurnus & superior tropici cancri, æqualis est arcui nocturno & inferiori capricorni & econtra. Eodē modo dicendū est de alijs circulis æqualiter ab æquatore distantibus. Quæ de sphæra obliqua iam exposita sunt, possunt p instrumentū sphæræ materialis optime declarari. Sat est.

De occul-

A

DE OCCVLTATIONE ET EMERSV AEQVIDISTANTIVM.

TEXTVS PROCLI

VErum ex memoratis quinque æquidistantibus circulis, arcticus sanè su-pra terram totus existit. Solstitialis autem tropicus bipertito ab horizonte scinditur, maiori eius parte supra terram conspicua, minore subter occulta. Neque tamen in omni tractu urbeve simliter circulus hic ab horizonte secatur, sed pro climatum uarietate uariam sectionum exuperantiam sortitur, iis quoque, qui propius septentriones agunt, inæquabilius ab horizonte scinditur: Nec finis donec eo loci uentum sit, ubi totus supra terram emineat. Qui uero ad austrum magis uergunt, iis profectò per æquabiliores partes ab horizonte diuiditur, donec ad plagam quandam uentum sit, nobis certe australem, in qua tropicus ab horizonte per æquas partes secatur. At in nostra habitatione, ita solstitialis ab horizonte scinditur, ut uniuerso circulo per octo parteis diffecto, quinque supra terram appareant, tres sub terra lateant. Sane ad hoc clima direxisse stylum Aratus uidetur, cum Phœnomena cōscriberet: in quibus cum de solstitiali tropico differit, ita ait.

B

Huius in octonis dissecti partibus alta
Terrarum inuisunt quinque, tres ima frequentant,
Alterni & Phœbi reditus celebrantur eodem.

Ex hac diuisione sequitur maximum diem horarum æquinoctialium quindecim esse, noctem uero nouem. In Rhodio autem horizonte ita tropicus ab horizonte dirimitur, ut cum circulus uniuersus in octo & quadraginta partes secetur, undetriginta sectiones supra horizontem appareant, undeuiginti sub terra lateant. Ex qua diuisione fit, ut apud Rhodios longissimus dies horas æquinoctiales quatuordecim habeat, nox nouem, Additis hincinde semissibus unius horæ singulis. Aequator uero circulus per uniuersum terrarum orbem ita ab horizonte diuiditur, ut semicirculus eius supra terram extet, semicirculus sub terra linquatur. Quo fit, ut in hoc circulo æquinoctia fiant. Brumalis autem tropicus ea ratione ab horizonte interfectus est, ut minore sectionibus supra terram habeatur, maior sub terra. Inæquabilitas uero sectionum eandem in omnibus climatibus uarietatem habet, quam etiam in solstitiali tropico diximus. Semper enim respondentes ex aduerso tropicorum sectiones æquales inter se sunt, Eoque fit, ut maximus dies maximæ nocti, & minimus dies minime nocti æqualis euadat. Antarcticus autem circulus totus sub horizonte latet.

C

STOEFLERI INTERPRE.

INter alia magis præcipua, digniora & nobiliora mathematicæ disciplinæ cognitio ortuum & occasuum, signorum, stellarum ac syderum multis alijs præstat. Eius enim peritia non solum nautis, agricolis, Vinitoribus, Medicis, Poëtis, Historiographis, Geographis, Astrorum iudicibus, sed ipsis quoque imperatoribus & exercituum ducibus necessaria uidetur. Cuius ignoratione (authore Onosandro Platonico philosopho) insidiati uolentium consilia plerumque in irritum ceciderunt.

Sunt autem qui de ortu & occasu tractant fere innumeri, ex quibus hi, Ptolemæus Dictione 13. Alma. Plinius libro decimo octauo, cap. uicesimo quinto. & deinceps. Iulius Firmicus lib. 5. capi. 1. Alkindus libro de motu diurno, Ioannes de Sacrobusto Tracta. 3. de sphæra. Ioan. à Regiomonte in suis tabulis primi mobilis & directoriis. Poetę, Virgilius pręcipue primo Georgicorum, Ouidius in sex libris Fastorum, qui in procemio sic canit. D

Scriptores recenset.

Tempora cum causis Latium digesta per annum
 Lapsaq; sub terras ortaq; signa canam.
  Et idem in primo.
Quis uetat & stellas ut quæque oriturq́ue caditq́ue
 Dicere? promissi pars fuit ista mei.
Felices animæ quibus hæc cognoscere primũ
 Inq; domus superas scandere cura fuit

De ortu, offero nouitiis Astronomiæ hanc formulam.



Alkindus. Ortus ratiõis.

De triplici ortu Apotelesmatico scribit Alkindus in libro de motu diurno. Rationis appellat, cum in ortu ascendente prima domo aut horoscopo fuerit quoppiam signum humanum aut rationale, ut sunt Gemini, virgo, prima medietas Sagittarii & Aquarius. Vnde cum aliquod istorum in ortu repertum fuerit, erit natus egregiæ rationis, prudens & sapiens; & eo fortius si dominus eius nõ fuerit impeditus. Astipulatur Almeon libro de unitate secreti. Cũ (inquit) nati ascendens erit signum aliquod humanum, & eius dominus fortis in esse, recte censetur filius rationis. Vt si aliquis haberet Geminos pro ascendente & Mercuriũ in ipso, is haberet rationabilitatẽ & scientias liberales. Accedit Zeel in libro de natura nati. In Geminis Mercurio ascendente inerit nato scientiarũ series & habitus rationis. Ad hoc alludit Hermes primo de Speculo & luce. Et Iuli. Fi. lib. 5. c. 1. Vbi asserit de Geminis in genitura hoĩs ascendẽtibus. Erit cœlestibus facultatibus sẽp imbutus. De virgine in ortu, sic loquit. Facit hoĩem multa scientem, & omnium disciplinarũ secreta ꝑquirentem, Oĩaq; in pectoris

Almeon.

Zeel.

Hermes.

Iuli. Firmi.

claustro

A claustro retinentem. De sagittario horoscopante, sic inquit. Plures quoque artes & disciplinas consequetur, eritque cordatus, ingeniosus & omnium rerum scius. De Aquario demum dicit. Diuinarum literarum aut sacrorum uel religionum officia tractabit.

Ortus oblationis.

¶ Ortus oblationis uocatur cum in ascendente erit aliqua de domibus Iouis, puta Sagittarius aut Pisces. Nam si alterum ex his erit in oriente raro natus detinebitur paupertate. Idem accipe de Ioue bene disposito in genitura quapiam. Testis Almansor Aphoris. 12. Nunquam erit pauper & inops cuius dominus natiuitatis erit Iupiter. Et Ptolemæus in Centi. uerbo 37. Vix fiet unquam, quòd non ille idem, cui fuerit ascendens Pisces uel Virgo sit maior sui regni occasio.

Almansor. Ptolemæus.

Ortus figurationis.

¶ Ortus figurationis aut compositionis, uocatur aptatio cœli ad operationes perficiendas, puta pro imaginibus faciendis: de quibus fere omnis antiquitas. Puta, Thetel summus & uetustissimus philosophus, qui scripsit libellum de natura rerũ, Thebit, Hermes de Sigillis, Salomon in libello pretiosorum lapidum, & libello de sculpturis, seu imaginibus. Chael Israëliticus. Ragiel libro alarum. Item de annulo Salomonis quo dæmones ab obsessis expulit lege Iosephum lib. 8. ca. 2. De recentioribus legito Marsi. Fici. lib. 3. de uita cœlitus cõparanda ca. 16. & deinde per plura ca. Et Leonhardum Camillum lib. 3. per totum.

Vtilitas ortus figurationis.

Is ortus multum conducit medicis. Medicus enim colligendo herbas, radices, conficiendo pulueres, liquores, unguenta, electuaria salubrius B facit aptando cœlestem influxũ. Quare Albertus Magnus in suo Speculo egregie dicit. Non enim libertas arbitrij ex electione horæ laudabilis coercetur, sed potius in magnarum rerum inceptionibus electionem horæ contemnere, est arbitrij præcipitatio non libertas. Et Marsi. Fici. in exhortatione libri tertij de uita cœ. cõpa. Ego (inquit) frequenti iamdiu experientia compertũ habeo, tantum interesse inter medicinas huiusmodi, atque alias absque delectu astrologico factas, quantum inter merum & aquam. Sed de his satis.

Alber. Ma. Marsi. Fici.

Ortus Inapotelesmaticus.

¶ De ortu Inapotelesmatico qui uere astronomis tribuitur, contuendum, quòd is geminus est. Alter horizontalis cum signum, uel pars signi, stella, uel cœlestis imago eleuatur uel ascendit supra horizontem, non curando, an hoc sit de die uel nocte, ut faciunt poetæ. Et sic dicimus omnia zodiaci signa in die naturali oriri. Immo & occidere.

Horizontalis.

Absolutus.

Et is ortus quandoque sumitur absolute, id est, sine hoc, quòd reguletur motu primi mobilis. Et sic dicimus in humanis genituris. Illud signum quod est in contactu horizontis orientalis oriri, horoscopare, & oppositum occidere. Vt in genitura Paridis fuit Aquarius in ortu. Homeri sagittarius. Demosthenis uirgo. Platonis Aquarius. Archimedis Aries. Maximiliani regis Roma. uirgo. Phi-
C lippi comitis Palatini, Leo.

Iuli. Fir. lib. 6.

Respectiuus.

¶ Quandoque consideratus huius ortus est respectiuus, quantum ad æquinoctialem, per cuius motum uniformem habetur ortus & occasus signorum & partium eorundem, quo ad uelocitatem & tarditatem, de quibus uniuersaliter tractat Ptolemæus prima & secunda Almage. Et Ioan. de Regio monte, harum rerum absolutissimam tradidit cognitionem. Et nos quantum ad integra signa zodiaci, supra absoluimus duabus tabellis.

Ortus solaris I.

¶ Alter solaris, quo stella oritur per remotionem à sole. Et habet etiam geminũ consideratum. Primus fit, considerando ortum in quantum se elongat uel separat à stella uelocitate sui motus, aut contra stella se elongat à sole, non curando an stella uideatur uel non uideatur. Et si mane stella oritur ante ortum solis, dicitur habere ortum orientalem aut matutinum. Etiam si non uideatur. Et si occidit post solem dicitur habere ortum occidentalem aut uespertinum.

II.

Secundo consideratur huiusmodi ortus quantũ ad apparere. Ita quòd diffinitur tempus apparitionis aut uisionis ipsius stellæ. Vt facit Ptolemæus Dictione 13. Almage. Et ad hoc cõposuit tabulas, quibus notificatur quot gradus stella potissi-

Ptolemæus.

num planeta, à sole distare habeat ut uideatur. Et sic dicimus stellam aut planetam oriri ortu matutino, quando de sub radijs solis exiens propter remotionem solis à stella uel planeta, manc ante ortum solis apparere incipit. Et dicimus stellam oriri ortu uespertino, quando de radijs solis exit propter remotionem eius à sole, uesperi post occasum solis apparere incipit. Hūc ortum Ptolemæus uocat apparitionem uel matutinam uel uespertinam. Et coincidit cum ortu heliaco poetico. De quo insequentibus. D

De ortu Poetico.

De ortu poetico animaduertendum. Insigniores poetæ describendo gesta, bella, facinora notatu digna: Item calamitates, damna, circūlocutionibus & periphrasibus utuntur per occasum aut ortum signorum, stellarum, aut imaginum cœlestiū, diuersa tempora iam anni, iam diei artificialis, iam noctis significare uolētes. Quapropter triplicem ponunt ortum, de quibus hæc paucula.

Cosmicus aut mundanus ortus.

Poeticus ortus Cosmicus aut Mundanus, est ascensio siue eleuatio signi, uel stellæ, aut syderis supra horizontem de die artificiali. Et quia hic ortus præcipuè soli tanquam lumini & candelæ cœli, gubernatori mundi, factori temporū attribuitur, Poëtæ innumeras circumloquutiones cosmici ortus ponunt. Ex quibus hæc Virgilius 3 Aenæi.

Virgilius

Postera iamq; dies primo surgebat Eoo
Humentemq; aurora polo dimouerat umbram
Idem quarto Aenæidos.
Venatum Aenæas unaq; miserrima Dido, E
In nemus ire parant, ubi primos crastinus ortus
Extulerit Titan, radijsq; retexerit orbem.

Ouidius

Ouidius quarto Metamorphoseos.
Postera nocturnos aurora remouerat ignes,
Solq; pruinosas radijs siccauerat herbas.

Lucanus

Lucanus secundo Pharsali: describit tempus, quo Pompeius discessit à Brundusio quod fuit tempore autumni, sic.
—Iam cœperat ultima uirgo
Phœbum laturas ortu præcedere chelas.

Silius

Transeo silium in quinto. Exemplū Vergilij 1. Geor. utiliter declarabimus id.
Vere fabis satio: tunc te quoque medica putres
Accipiunt sulci: & milio uenit annua cura
Candidus auratis aperit cum cornibus annum
Taurus, & aduerso cedens canis occidit astro.

Inuentio temporis p locum solis cognitū.

Vt noutijs horum & similium uersuum intellectus fiat apertus, Annotandū est, quod poetæ (loquor de his qui fuere uicini tempori incarnationis Christi) nonnūq; per motum uel locū solis in quopiā signo significare uolunt diffinitū tempus, quo aliquid sit factum uel faciendum. Et si ex motu uel loco solis diem mensis scite optaueris, per poëtam certior redderis de solis motu siue loco: Incertus tamen es de die mensis. Habent sane Astronomi pro cōfesso, noto motui cœlesti certum tempus determinare, & contrà noto tempori motum certum assignare. Ponatur igit certitudo motus solis p poëtā: ut hic in exemplo Virgi. Candidus auratis &c. F

Manifestum est, legumina iuxta poëtā electo tempore serenda sole Taurū adeunte (Agricola enī ignorat quando sol adeat Taurum, & si nō dubitet solē quot annis eundem adire). Inuestiga igitur per Ephemeridē ad nostrā tempestatem supputatā aut per tabellam hic annexam diem, quo sol primum gradum Tauri accedit, & offendes 10. uel 11. diem Aprilis, cui adde 11. uel ad minimū 10. & quod facta additiōe emergit ostendit tibi diē mensis prope uerum, ad tempus Poetæ. Ingressus est igit sol tempore Virgilij Taurū 21. aut 22. & ad minimū 20. die Aprilis, quo

A lis, quo tēpore huiusmodi satio fuit inchoanda. Ex his palam fient metra Lucani supra. *Lucanus.*

—Iam cœperat ultima virgo.

Discessit enim Pompeius à Brundusio sole intrante Chelas apud nos Librā: quod tūc usuuenit 24. aut 25 die Septembris. Et aliud exemplū Luca. 4. Phar. de quo Plinius in subditis, ad nostrum propositū hæc. *Lucanus.*

—Nam sol Ledæa tenebat

Sydera, uicino cum lux altissima cancro est.

Vulteius adhortabatur iuuenes ad moriendū gloriose & fortiter. Fuit enim circumdatus à Pompeio & suis quòd euadere non potuit, & hoc fuit sole existente in Geminis, ad quos intrauerat eo tempore die 22. Maij. Simile est iudiciū de cōsimilibus exemplis horū trium Poetarū Virgilij, Ouidij & Lucani.

TABELLA INGRESSUS SOLIS IN 12. SIGNA ZODIACI NOSTRA TEMPESTATE.

In	Dies.
♈	10. aut 11. Martij.
♉	10. aut 11. Aprilis.
♊	11. aut 12. Maij.
♋	12. Iunij.
♌	13 aut 14 Iulij.
♍	14 Augusti.
♎	13 aut 14 Septembris
♏	14 Octobris
♐	12. 13. Nouembris.
♑	12 Decembris.
♒	10 Ianuarij.
♓	9 Februarij.

Quòd si Poeta certum diem mensis designat, & ad eundem diem cupis scire uerum locū solis, qui ne- *Inuentio loci solis per tempus cognitū.*

B cessarius est, ut per ipsum sciatur quæ signa aut astra Cosmice, Chronice aut Heliace oriantur siue occidant, quære diem notū in nostris Ephemeridibus & locū solis in signis & gradibus ad eundem diem, quem etiā per adiectam tabellam excerpere potes: à quo subtrahe 11 aut 10. gradus, & emerget locus solis ad tempus, id est, ad diē mensis ipsius Poetæ. Gratia exempli. Ouidius primo Fastorū circa finem indicat tempus, quo dea Pacis sit colenda. Etenim 30. die Ianu. aut tertio Calend. Februa. Inquit enim. *Ouidius.*

Ipsum nos carmen deduxit Pacis ad aram

Hæc erit à mensis fine secunda dies.

Frondibus Actiacis comptos redimita capillos

Pax ades, & toto mitis in orbe mane.

Ex uerbis Poetæ notus est dies mensis, scilicet, 30. Ianuarij, quo festū Pacis Romani celebrabāt: Si libet ad eundem scire locū solis, Intro eū eodem die, scilicet, 30. Ianuarij Ephemeridem & offendo solem in Aquario 20. gradu nostro tempore, à quo demo 11. gradus & remanent 9. Fuit igitur tempore Ouidii locus solis 30. die Ianuarij in 9. gradu Aquarii. Inde certior reddor solem ipso die festo Pacis cosmice oriri in Aquario. In sacris literis sæpius fit mentio de ortu cosmico solis. Matthæi 5. Qui solē oriri facit sup bonos & malos. Iacobi 1. Exortus est sol cū

C ardore suo & arefecit fœnum. Esaiæ 13. Obtenebratus est sol in ortu suo. Ecclesiastes 1. Oritur sol & occidit & in locū suum reuertitur. Psal. A solis ortu & occasu, laudabile nomen Domini. Et nostro tempore usitatissimum est de futuris temporibus adijcere, & explorare non solum uerū locum solis, uerum omniū planetarū. Ac etiā eorundem radiationes. Et idē fit alijs rebus magnis accidentibus. Vt cū refertur: Anno gratię 1472. circiter diē 19. mensis Iunii ignis cōbussit tertiā partem ciuitatis Erfordensis fere 6000. domus, multas Ecclesias & Curias &c. Sequit̄ mox questio de cœli dispositione: & hæc scit̄ officio Ephemeridis huius anni. Simile: anno Christi 1476. circiter 22. die mensis Iunii, cōgressi sunt Confœderati cū duce Burgundiæ Carolo, & terga uertit dux: interfectiq; sunt ex utraque parte ad 15000. uirorum. Præterea contuendum. Cum Poetæ sæpius loquantur de ortu & occasu stellarum fixarū & cœlestium imaginum necessium nobis erit eas ad tempus Poetæ reducere atque rectificare. Firmamentū enim, in quo & stellæ & sydera locata sunt, à Poetarum tempore usque ad nostra, magnā passum est uariationem. A tempore enim Ptolemęi usque ad nostra tempora suo motu euariauit se ab ultimo mobili fere uiginti gradibus. *Erfordia combusta.* *Cōgressus Suicensium cū duce Burgundię.*

Ita quòd stella (gratia exempli) quæ fuit tempore Ptolemæi in secundo gradu D Tauri, hodie est in 22. eiusdem uel circiter. Item principia signorum zodiaci ipsius firmamenti, id est, octauæ sphæræ abierunt à principijs zodiaci ultimi mobilis totidem gradibus. Quocirca si ortũ aut occasum, de quo poëta scribit recte explorare uolueris, cogeris stellam uel imaginem de qua sit quæstio retrograde, id est, contra signorum ordinem ponere per 20. aut 21. gradus, quo facto ueritas Poëtæ in promptu erit. In exemplo. Virgilius supra cum de ingressu solis in Taurum dixit, adijcit. Et aduerso cedens canis occidit astro.

Vergilij loci. Canis stella in ore canis maioris, imaginis cœlestis existens, aliàs, Alhabor & Syrius, nostra tempestate est in 7 uel 8. gradu cancri, subtraho ad tempus poëtæ 20. uel 21 gradus & reduco stellam ad 17. uel 16. gradum Geminorum, & apparebit ueritas dicti ipsius Virgilij. Non enim uult poëta intelligi Tauro oriente cũ sole mox in occasum ferri canem qui proximus Tauro est, sed occidere eũ dixit Tauro gestante Solem, quia tunc incipit non uideri sole uicino. Occidit enim occasu Heliaco, de quo infra. Consimilem fac reductionem de stellis Pleiadibus, de quibus idem Virgilius. Ante tibi Eoe Atlantides abscondantur &c. Quæ nostro tempore sunt in 22. & 23. gradu Tauri, quòd si per eas ad tempus poetæ operari uoluens, deme 21. & 22. gradus & reduces eas ad 1. & 2. gradũ Tauri B & gaudebis de perfectione operationis, alioqui sæpius decipieris. Postremo summopere animaduertendus est locus ad quem poëta stylum direxerit. Nã iuxta latitudinem eiusdem loci uerificandum est instrumentum, cuius officio ortus & occasus uidere desideramus. Hactenus de ortu Poëtico cosmico.

Ortus chronicus. ¶ Ortus chronicus siue temporalis, est ascensio siue eleuatio signi, stellæ aut syderis supra horizontem de nocte, id est, post occasum solis. Tempus astrologorum, quorum officium est rimari cœlestia, emergit post solis occasum. Testis est Ouidius primo Metamor. cum inquit.

Pronaq; cum spectent animalia cætera terras,
Os homini sublime dedit, cœlumq; uidere
Iussit, & erectos ad sydera tollere uultus.

Iuli. Firm. Ecclesiastes. Origenes. Ouidius. Alludit poëtæ Iulius Firmicus lib. octauo in procemio. Et Ecclesiastes ca. 8. Omni negotio tempus est & opportunitas. Et Origenes in Homilia in ca. 8. Matthæi. Tempus & tempora sunt omni rei sub cœlo. Exemplum. Ouidius libro primo, de Ponto epistola ad Seuerum sic scribit.

Sed memor unde abij, queror ò iucunde sodalis, F
Accedant nostris sæuaq; arma malis.
Vt careo uobis Scythicas detrusus ad oras
Quatuor autumnos pleïas orta facit.

Ptolemæus. Taurus. Pleiades. Hyades. Butrio. Notandum. Ptolemæus Dicti. 7. Alma. & Alphonsus dant Tauro 33. alias 32. stellas, inter quas sunt pleiades & hyades. Sunt aũt pleiades septem stellæ Tauri à Græcis pleiades & atlantides, à Latinis Vergiliæ. Has, ut habet Beda, quidã Massam plenaq; Butrionem uocant. Rustici massam, Gallinã & sept istellium nominant. Anglici Butrionem, id est, Gallinam habentem pullos, uulgariter Bruothenn. Dictæ pleiades q; ex Pleionematre, ut author est Hyginus lib. 2. Ouidius. & Athlante sunt genitæ. Et sunt numero septẽ, quas Ouidius 4. Fast. proprijs exponit nominibus, scilicet, Electra, Alcione, Celæno, Merope, Astropæ, Sterope, Taigete, Maia. Alij uolunt eas dici à πλέω Græco, id est, nauigo, quia in Gregorius. ortu suo primæ nauigationis tempus ostendunt. Diuus Gregorius 29. Mora. ca. 27. scribens in 38. ca. Iob ubi dicitur. Nunquid coniungere ualebis micantes Atlantides. Vergiliæ. stellas pleiados? asserit pleiades stellas dici à πλέσος, id est, à pluralitate. Et bene dicit. πλεῖστος enim Græce est plurimus. Atlantides nuncupatæ, quia Atlantis filiæ.

A filiæ. Vergiliæ Latine dictæ, Hygino & Festo testibus, quia post uer exoriunt (intellige heliace): & hæ cæteris ampliorē habent honorem, ꝙ earū signo oriente æstas significatur (intellige initialis) scilicet, circa Idus Maij. Occidēte autem hyems ostenditur, quod alijs nō est traditum signis. Alij uocant Vergilias non à ueris fine, sed à uerni temporis significatione. De Vergilijs plura apud Plini. &c. Sunt autem qui has stellas extra imaginem Tauri locant, ut fecere antiqui Astrologi. Alij, scilicet, Plinius lib. 2. ca. 41. In cauda Tauri. Moderandus est Plinius inquiens, in cauda, id est, in postrema parte. Nā uera cauda Tauri deest, cū sit de signis membris fraudatis. Seruius ante genua Tauri; quod minimè quadrat. Thomas Aquinas in capite Tauri; scribens enim in 38. ca. Iob. Pleiades (inquit) dicuntur septem stellæ, quæ lucent in capite Tauri, quarum sex apparent ualde propinquæ, septima aūt obscurior est &c. Sed labitur Thomas, nam stellę in capite Tauri nō pleiades, sed hyades uocantur. Neque apparent ualde propinquæ, ut idem asserit. In ueritate sunt in dorso Tauri. Quod ex Ptolemæi & Alphonsi descriptione facile manifestatur. Hyades sane (ut Seruio placet) stellæ sunt in fronte Tauri, quæ cum oriuntur & occidunt pluuias faciunt. Virgilius primo Aenæi.

Vergiliæ. Hyginus, Fest.
De locatione pleiadum. Plinius.
Seruius. Thomas Aq.
Ptole. 1. quadri. ca. 9 Pleiades uocat A thorace, ab alijs pūt Halathoraye.
Hyades, Seruius. Virgilius.

Arcturum, pleiadasque, *hyadas septem(que) triones.

*aliàs pluuias

B Quare ab eo quòd est ὕω, id est, pluo hyades appellatæ sunt. Vel quia Atlantis & Hyæ filiæ fuere. Secundum Plini. lib. 2. ca. 41. & lib. 18. ca. 26. sydus uehemens terra mariq́ue turbidū. Eas Latini uocant Suculas, à succo, id est, humiditate. Ouidius quinto Fastorum.

De Suculis lege Plini. lib. 18 ca. 26. Suculæ. Ouidius.

Ora micant Tauri septem radiantia flammis
    Nauita quas hyadas Græcus ab imbre notat.
        Idem in sexto.
Postera lux hyadas Taurina cornua frontis
    Euocat, & multa terra madescit aqua.

Musæus dixit, quinque esse hyadas filias Atlantis & Hyæ. Quòd poeta dixit. —Pleias orta. Volunt quidam ut ea singulari insignia appellatione Maiam intelligamus, quæ ob honorē Mercurij filij eius Pleiados nomē sibi peculiariter uendicat ac ascifcit. Sed nemo prohibet singularem numerum hic pro plurativo recipi. Nunc ad Poetæ sententiam redeo, hanc. Pleiades stellæ quæ & Vergiliæ circa autumnū neque cosmice neque heliace oriuntur, igitur necessum erit eas Chronice oriri. Non enim heliace oriuntur ad autumnum cū

Musæus.
Sententia Ouidij.

C sol cum eis minime coniungatur, sed ad finem fere ueris, ut supra dictum est. Neque cosmice, cum præcipua autumni signa sint Libra & scorpio. Libra igitur oriente non oriuntur pleiades, cum sint in Tauro, neque in quinque signis sequentibus, puta scorpione, sagittario, Capricorno, Aquario & Piscibus, quæ tunc de die artificiali Cosmice oriuntur. Neque ex simili ratione scorpione oriente, cui annumerātur quinꝗ signa sagittarius, Capricornus, Aquarius, Pisces, Aries, in quibus signis omnibus pleiades minime reperiuntur: quocirca Cosmicus eis ad autumnum denegatur. Oriuntur igitur Chronice, id est, tempore nocturno. Reducamus igitur Pleiades ad tempus poetæ iuxta canonem supra expositū, & inueniemus eas in primo & secundo gradu Tauri. Sole igitur existente in primo aut secundo gradu scorpij uel quasi, quod accidit tempore Poetę 26. aut 27. die Octobris, occidente sole in scorpione oriebantur pleiades in Tauro: igitur oriebantur Chronice, quod fuit probandum. Fuit igitur quartus annus exilij Ouidij quo scripsit ad Seuerū. Huius ortus Chronici plura sunt exempla apud poetas, quæ missa facio. In uniuersum aūt cognoscendū. Cū quocūꝗ

signo sol cosmice oritur cuius oppositum Chronice oritur. Sic iudica de quinque D
signis cum sole de die cosmice orientibus, quorum opposita noctu Chronice oriuntur. Simile est de stellis fixis. Tertius poetarum ortus appellatur Heliacus, de quo nonnihil supra de ortu astronomico diximus, hic diffusius. Heliacus igitur ortus, qui solaris, est cum signum, id est, sydus aut stella à radijs solis emergens incipit apparere, quam prius sol præsentia uicinitatis uideri nō sinebat. Pro intellectu huius multū conducit propositio octaua, primæ partis perspectiuæ Ioan. Pisani hæc. Lucem fortem orientem super uisum & medium quædam uisibilium occultare. Et est Geminus, scilicet, matutinus & uespertinus. Matutinus est cū sydus aut stella à radijs solis emergens incipit mane apparere in oriente ante solis exortum. Stellæ fixæ uicinæ zodiaco cum coniunguntur cum sole, cōiunctione longitudinis incipiunt postea oriri ortu Heliaco matutino. Stellæ autem magnam habentes latitudinem septentrionalem non sic se habent, sed crebro cum earum cōiunctio in longitudine cum sole accidit, mane sole oriente notabiliter solem antecedunt, quare supra in diffinitione ortus Heliaci matutini uerba (stella à radijs solis emergens) non debent interpretari de cōiunctione longitudinis, sed de cōiunctione horizontali, quæ accidit quando sol & stella in ortu solis simul coeūt in parte horizontis orientalis. Caute igitur dicit in diffinitione, stella à radijs solis emergēs. Et ergo, egregie dictū est. Exempla sunt omnes stellę fixæ orientes & occidentes. Item omnes planetæ, dempta Luna. Idem de sydenbus, id est, imaginibus cœlestibus. Cōtra est de stellis longe remotis à zodiaco uersus meridiem, ubi stella eius gradū subsequitur. Exemplum ex Ouidio secundo Fastorum.

Margin notes: Heliacus. — Ioan. Pisa. — Heliacus matutinus ortus.

Iam leuis obliqua subsedit Aquarius urna
Proximus æthereos accipe Piscis equos.

In primo metro indicat poeta ortum heliacum matutinum ipsius Aquarii, ex eo quod sol recedit ab eo & intrat Pisces, & mane oritur Aquarius ante Pisces & incipiunt stellæ Aquarii uideri ante solis ortum. Et hoc ueritatem habuit tempore Poetæ, quo octaua sphæra & ultima fuere fere iunctæ, quo ad principia signorū. Nostro tempore plures stellæ Aquarii, precipue in effusione aquę, sunt in Piscibus. In secundo autē metro indicat occasum heliacum Pisciū, propter ingressum solis in eos. Cōsimile fac iudicium de ingressibus solis in alia signa, de quibus Poeta, quo ad ortum & occasum heliacum: ut primo Fastorum, de ortu heliaco Capricorni & occasu heliaco Aquarii, ibi. F

Margin note: Aquarius dicitur leuis, quia est de signis repente aut tortuose ascendentibus. uel dicit leuis, quia à labore solis alleuiatus. Et est fictio poetica.

Hæc ubi transierint &c.

Et tertio Fastorum, de ortu heliaco Piscium, & occasu heliaco Arietis, ibi.

Hæc potes ad solem &c.

Et quarto Fastorum, de ortu heliaco Arietis, & occasu heliaco Tauri, ibi.

De duce lanigeri pecoris &c.

Et quinto Fasto. de ortu heliaco Tauri & occasu heliaco Geminorū in uersibus.

At mihi pande precor &c.

Et sexto Fastorum, de ortu heliaco Geminorum, & occasu heliaco Cancri, ibi.

Iam sex & totidem luces &c.

Aliud exemplum Virgilii primo Georgicorum.

Gnosiaq; ardentis decedat stella coronæ.

Aduerte Strabo libro primo. Cum autem (inquit) plurimę ciuitates sint amplissimæ, tamen tres ac illustrissimæ præcellunt Gnossos, Cortyna & Cydonia. Gnosos fuit Minois regia ciuitas & habitatio. Quia filiam habuit Ariadnem nomine, quæ cū Baccho nuberet, à Venere coronam à Vulcano fabricatā munere accepit: quæ quidem corona demum inter astra in parte septentrionalī est collocata

Margin notes: Virgilius. — Strabo. — Prole. lib. 3. ca. 17. noīat Gortynā & Cydonem. — De his Pli. li. 4. ca. 12. & Gortynam uocat Cortynam.

A collocata habens 8. stellas, quarum una alijs lucidior secundę magnitudinis, nostro tempore in quarto gradu scorpij, tempore Virgilij in 14. aut 13. Libræ die 6. uel 7. octobris. Et hæc uocatur Gnosia. Arabice Alpheta. i. corona. Tempore igitur poetę postquam sol peruenit ad hanc stellam & ipsam occultauit, deinde abijt in scorpionē, orta est stella ortu matutino heliaco: Immo tota corona. Vult igitur poeta antequam seminas frumenta, puta far, id est, speltam. Fac igitur ut corona septentrionalis oriatur in corpore solido heliace, uel, & idem est, ipsa Gnosia, & probe accipies. Alpheta.

A stellis erraticis officio ephemeridū innumera colliges exempla. De saturno Anno 1525. circiter diē sextum Martij sol ei iungit in Piscibus & patitur occasum heliacū. Postea sol uelocior motu se à saturno separat, & incipit saturnus mane apparere ante ortū solis. Igitur. De Ioue eodem anno qui cum sole coit in Ariete die secundo Aprilis, & postea sole abeunte mane apparet. Sic de Marte suo tempore. Exempla de Planetis.

B Venus cum motu tardior est sole, ut accidit circa eius regressionem, mane oritur ortu heliaco. Vt anno. 1524. die duodecimo octobris fuit eorum coniunctio in uicesimo nono gradu Libræ, venere retrograda & motu tardior Sole, quare factum est Venerem tum habuisse ortū heliacum matutinū, quem seruabit usque in Augustum fere Anni uicesimi quinti. Idem sume iudicium de Mercurio.

Luna autem nūquam habet ortum matutinum. Quia semper sole uelocior est & peracta coniunctione recedit à sole secundum signorum consequentiam, quare post solem oritur: Igitur. Ortu matutino Luna caret

Ortus heliacus uespertinus est, cum stella à radijs solis emergens incipit uesperi apparere in occidente post solis occasum. Et is ortus nunquam usuuenit, quàm cum stella est uelocior sole. Vt nonnunquam accidit in Venere & Mercurio, in Luna semper post peractam coniunctionem cum sole. Venus enim progressiua uincit solem motu diurno in nonnullis minutis, puta uno, duobus, tribus, usque in sedecim: Quare ipsa sua uelocitate se soli iungit: Et post à sole secundum signorum ordinem abit. Et post occasum solis apparet supra horizontem, & facit ortum heliacum uespertinum. Gratia exempli. Anno 1525. circiter diem primā Augusti accidet coniunctio solis & veneris. Postea uelociC tate motus segregat se à sole secundum signorū sequelam & post solis occasum subsequitur solem & apparet ortu heliaco uespertino. In quo quidem ortu durat usque in Maium anni 1526. Quotiescumque igitur venus progressiua cum sole coit, post uespertinū ortum ingredietur. De hoc ortu loquitur Virgilius in Bucolicis Ecloga decima cum inquit. Ortus heliacus uespertinus.

Ite domum saturæ, uenit hesperus, ite capellæ. Virgilius.

Hæc enim stella uespertina noctem aduenire denuntiat. De utroque ortu veneris matutino & uespertino, loquitur DEVS ad Iob capitulo tricesimo octauo sic. Nunquid produces luciferū in tempore suo, & uesperum super filios * terræ consurgere facies? Vbi Thomas Aquinas ad propositum sic scripsit. Nūquid produces luciferum, id est, venerem mane apparentem, in tempore suo id est, in determinato tempore, quia hæc diuersitas certo tempore contingit. Et uesperum, id est, eandem venerem sero apparentem, super filios terræ consurgere facies. Continuendū. Hic Plinius lib. 2. ca. 8. de venere sic scriptū reliquit. Infra solē ambit ingens sydus appellatū veneris, alterno meatu uagū, ipsisque cognominibus æmulū solis & Lunę. Prueniēs quippe & ante matutinū exoriēs

Iob * al. filios

Thomas

Plinius.

luciferi nomen accipit, ut sol alter, diemque maturans. Contra ab occasu refulgens nũcupatur uesper, ut prorogans lucem, uicemque Lunæ reddens. Quam naturam eius Pythagoras Samius primus deprehendit. Hæc Plinius. Venus cum solem antegreditur, testibus Cleomede primo Meteoron & Tullio libro secundo, de natu. Deo. Latine nominat lucifer à Græcis φωσφόρος & ἑωσφόρος .i. orientalis uel matutinalis. Cum autem subsequitur solem occidentem nominatur Vesper, uesperus, hesperus, id est, occidentalis, à uetustis Vesperugo & uespera. De Mercurio idem est iudicium & quandoque ter contingit in Anno: puta Anno memorato die 29. Ianuarij cõiungitur Mercurius soli, & postea quia progressiuus accelerat motum supra solem & init ortũ heliacum uespertinum. Dein 20. die Maii iterum soli iungitur ingrediturque ortum heliacum uespertinum. Rursus 9. die Septembris coit cum sole & subsequitur ortus heliacus uespertinus. Sæpius enim in Anno Mercurius suo motu uincit solem ab uno minuto in 56. ferme. Luna post unamquamque coniunctionem cũ sole afficitur ortu heliaco uespertino. Exempla sunt facilia, transeo. In summa tantũ his tribus stellis. s. Veneri, Mercurio, & Lunæ accidit ortus heliacus uespertinus. Quia non sequitur, hæc stella apparet noctu post solis occasum in occidente supra horizontem, igitur habet ortum heliacũ uespertinum. Omni enim nocte serena uidentur stellæ plurimæ fixæ, q̃ post solem occidunt & nominantur occidentales & uespertinæ, minime tamen afficiuntur ortu heliaco uespertino, quia non emergunt (ut docet diffinitio) è radijs solis uelocitate sui motus secundum signorũ consequentiam, sed sol easdem iamiam adire per cotrum sese uicinat. Idem est iudiciũ de tribus planetis Saturno, Ioue & Mercurio. Anno eni 25 per Ianuariũ & partẽ Februarij noctu apparebit Saturnus in occasu supra horizontem, & dicet occidentalis & uespertinus, sed ortũ heliacum uespertinum non habet. Item Iuppiter per Ianuariũ & Februarium & partem Martij apparebit in occidente &c. ut supra de ♄. Idem accipe de ♂ ad finẽ anni iam memorati. Hactenus de ortu. Nũc de occasu dicendum, de quo in primis hanc Lectores sumite formulam.

Cleomedes. Tullius.

Tribus solum planetis est ortus uespertinus heliacus.

D

E



F

De occasu Apotelesmatico, hoc est, Iudiciario qui in septimo domicilio semper inuenitur. De quo plura apud Iuli. Firmi. libro 5, capi. 1. Vbi de Libra existente

Occasus apotelesmaticus.

A stente in occasu, id est, in domo septima alicuius geniturę, sic scribit. Si in Libra fuerit inuentus occasus uitam in domo regia assidua conuersatione decernit, aut in publicis actibus constituit. Erit tamen natus uitæ ex quadam inæquali parte mutabilis, ita ut felicitates omnes semper infelicitas subsequatur, ac prosperitates infortunium, atque aliquando ex ultimo dignitatis gradu, ad infimum, caduca humilitate, reuocetur. Nam omnem eius claritatem inuidiæ liuor impugnabit &c. Et idem de Scorpione in genitura quapiam in occasu inuento, sic. Si occasus in scorpione signo fuerit inuentus faciet in omne uitæ cōuersatione cordatos, procurationis officio alienos nutrientes, & qui uxorem primā interuentu mortis amittant. De reliquis signis in occasu collocatis eundem legito. Inapotelesmaticus occasus qui uere astronomicus appellatur duplex est. Horizontalis, & est descensio uel depressio signi, syderis, aut stellę sub horizōte siue sit de die siue de nocte. Et de 12. zodiaci signis tam in sphæra recta quam obliqua aliqua recta occidunt, id est, habent occasum rectum, aliqua obliquū uel pronum, de quibus supra diximus in duabus tabellis. Canon, in sphæra obliqua signa recte orientia, occidunt obliquè, & contra obliquè orientia cadunt recte. De quibus supra in metris.

Libræ. Scorpij. Occasus inapotelesmaticus horizontalis. Canon.

Recta meant, obliqua cadunt &c.

B Alter est occasus solaris, quando stella aut sydus propter solis uicinitatem tegitur. i. uisui occultatur: de quo Ptolemæus Dictio. 13. Alma. quantū ad quinque planetas ♄, ♃, ♂, ♀ & ☿ determinant, de quo latius infra dicemus. Poëticus occasus quemadmodum ortus triplex est. Primus cosmicus siue mundanus, & est depressio siue descensio signi, syderis, aut stellæ subter horizontem occidentalem de die. Exempla de signis zodiaci. In quocumque signo sol oritur cosmice, eius oppositū occidit cosmice. i. proprie, estq́ principalis uel antenomasicus: & quæ signa de die cosmice oriuntur, eorundem opposita cosmice occidunt. In omni die naturali omnibus habitatoribus septem climatum sol semel occidit cosmice. De quo apud Poëtas plurimę periphrases. Virg. 3. Aenæi.

Solaris. Poeticus occasus cosmicus.

Sol ruit interea & montes umbrantur opaci.

Virgilius.

Et idem in Buco. Eclog. prima & alloquitur Tityrus Melibœum.

—Iam summa procul uillarum culmina fumant
Maioresq́; cadunt altis de montibus umbræ.

Et Ouidius secundo Metamor.

Ouidius.

Pronus erat Titan, inclinatoq́; tenebat
C Hesperium temone fretum.

Et alia multa. Exempla de syderibus. i. imaginibus sole existente in sagittario: Sydus Geminorum, quod hodie fere totum est in cancro occidit cosmice, id est, tempore diurno. Sic sole tenente sagittarium imago cancri occidit cosmice.

Ex his facile accipies exempla de particularibus stellis, ut sunt capita Geminorum. Asini 2. in cancro. Exemplum Virgilij de Pleiadibus primo Georgi.

At si triticeam in messem, robustaq́; farra
Exercebis humum, solisq́; instabis aristis
Ante tibi Eoæ Atlantides abscondantur,
Gnosiaq́; ardentis decedat stella coronæ
Debita quàm sulcis committas semina &c.

Tempore Virgilij sol intrauit scorpionem circiter 24. aut 25. diem Octobris: Nostro tempore (tabella indicante) die 14. eiusdem mensis, scilicet, in die Calisti papæ. Supra reduximus Atlantides, id est, pleiades ad tempus poëtæ, hoc est, ad 1. & 2. grad. Tauri, aut circiter. His habitus cognoscendū est. Cum poeta dicit Eoæ Atlantides, id est, orientales, non est intelligendū eas à natiuo loco

Quare Atlantides dicantur orientales.

fuisse orientales. Nam Atlas Mauritaniæ rex dictus Maximus fuit Pleiadũ pater. Is nõ habitauit in oriente sed in Africa, quæ in occidentẽ (testibus Geographis) uergit. Cuius pars est Mauritania. Quare Franciscus Capuanus exponit hic (Εοæ) aduerbialiter, id est, cosmice uel dietim, id est, de die. Et ordinat uersum sic. Atlantides, id est, pleiades abscondantur tibi eoę, id est, cosmicè. Nõ ambigo hanc expositionem plurimis displicere. Quare Astronomicam affero, hanc. Orientalis dicitur stella postea quam sol se ab ea separauerit (quia ante solem exoritur) usque in oppositionem eius cum sole, qua completa dicitur occidentalis, eo quòd ante solis ortum apparet in occasu. Melius dixerim, quia occidũt post solem. Hoc facile per tres planetas superiores declarari potest, Ephemeridibus id indicantibus. Sic de Atlantibus sciendum est, quæ post cõiunctionem solis usque in oppositionem dicuntur orientales, quia ante solem oriuntur, & ita manent orientales usque in oppositionem perfectam, postea dicuntur occidentales. D

Franciscus Capuanus.

Seminũ tempora.

Quòd in satione robustorum seminum oppositionem solis cũ pleiadibus, mitiorum uero cõiunctionem poeta eligere docet, ratione physica probari potest, per quandam similitudinem solis & Lunæ temporis coniunctionis & oppositionis eorundem. Transeo.

Virgiliũ uera interpretatio

Non est Poeta intelligendus hic, quasi uero, ut inquit B

(Robusta semina terræ)

cõmendanda sint pro omni occasu cosmico Atlantidum. Sole enim possidente Leonem Atlantides cosmice occidũt, & tamen eo tempore ardentissimo nemo, nisi mentis inops, semina iactat. Neque de uirgine, neque de omnibus Libræ partibus poeta loquitur. Sed de eo tempore quo sol uicinus est oppositioni Pleiadum, puta tempore Poetę, quo sol fere stetit in principio scorpij è regione Tauri. Sole igitur oriente in biduum uel triduum Atlantides adhuc occidunt cosmice. Nec in diuersum eunt Ouidius supra, & hic Virgilius, in eo quòd Ouidius asserit, Pleiades in autumno oriri, cõtra Virgilius eo tempore easdem occidere. Virgilio enim occidunt cosmicè, Ouidio oriuntur chronicè: Quod optime accidere potest eodem die, differenter tamen. Quia cosmicus occasus est respectu temporis matutini. Chronicus uero ortus respectu uespertini. Fac periculum cũ instrumento. Poeta noster, in summa, id uoluit. Postquã sol suo motu ad oppositionem signi Tauri uenerit, seminanda sunt robusta semina. Quia tunc id signũ in quo sunt Atlantides, sole in Scorpione oriente, occidit cosmice. Et hoc summam habet ueritatem, & certum est Atlantides, occidere à principio cosmicè post chronicè. Enimuero signum oppositum signo, in quo est sol præcipuè & principaliter, occidit cosmicè. F

Ouidius. Virgilius.

Signũ chronicè oritur, & cosmicè occidit eodem die.

Occasus Chronicus.

Occasus chronicus est descensio siue depressio signi, stellæ, aut syderis subter horizontem occidentalem de nocte, id est, post solis occasum. Exempla de signis. Canon. Id signum, quod cũ sole cosmice oritur, chronicè occidit. Versus. Chronicè descendit signum quod cosmicè surgit.

Esto sol in principio sagittarij, uesperi post solis occubitum signum noctu descendit, igitur chronicè. Similiter alia quinque quæ sequuntur, scilicet, Capricornus, Aquarius, Pisces, Aries, Taurus. Exempla de syderibus. Nostro tempore imago Sagittarij, habens triginta & unam stellas, est fere tota in Capricorno supremi mobilis, sole tenente Sagittarium occidit Chronicè: quia noctu post occasum Solis. Idem de sydere Capricorni habente uiginti octo

stellas

A stellas quarum pars maior est in Aquario, & sic de cæteris. Inde facile concludes exempla de stellis. Vt est stella sagittæ, stella arcus, stellæ capitis sagittarij &c. stellæ cornuum, capitis, uentris & caudæ capricorni. His adijcio exemplum Lucani quarto Pharsa. hoc.

Nobilium mentes iuuenum cum sydera cœli
Ante ducis uoces oculis humentibus omnes
Aspicerent, flexoque vrsæ temone pauerent,
Iidem cum fortes animos præcepta subissent
Optauere diem nec signis uergere ponto
Tunc erat astra polus, nam sol Ledæa tenebat
Sydera, uicino cum lux altissima cancro est
Nox cum Thessalicas urgebat parua sagittas.

Id est, sagittariū. Nam Chiron centaurus qui præceptor fuit Achillis, in Thessalia medicinæ præcepta docuit, & antiqui finxerunt eū sagittarium signū zodiaci. Sole existente in Geminis in gradu 20. uel 25. uel 26. sagittarius uel maior eius pars occidit de nocte, & nox tunc est breuis ob id quod dies est fere longissimus, & quia curta nocte oriuntur signa obliquè orientia, puta capricornus, Aquarius, Pisces, Aries, Taurus & pars Geminorū, igitur nox est curta.

B Occasus Heliacus aut solaris est, cū prius sydus aut stella uideretur, solis uicinitas haudquaquam uidere sinit. Vt accidit in omni cōiunctione solis cū Luna & planetis alijs ac etiam stellis fixis circa zodiacū existentibus. Item omne sydus zodiaci sydus quod sol intrat heliace occidit. De quibus supra ex libris Fastorū de ingressu solis de signo in signū. Et est duplex Matutinus & Vespertinus. Matutinus occasus heliacus est cum stella radios solis ingreditur quæ prius cū uideretur propter accessum ad solem mane occultari incipit: ut fuit venus & Mercurius directi & Luna tantū. Venus enim progressiua, cum se soli propter motus uelocitatem coniungit, occidit occasu matutino, quia ante solis exortū mane in oriente obtutibus sese ingerit, postea appropinquando soli dispareret & tandem se soli iungit per ueram coniunctionem & omnino aliquamdiu latet. In exemplo. Anno gratiæ 1525. circiter festum Ioan. Baptistæ sol tenebit 10. gradū cancri, venus .n. eiusdem signi apparebit igitur mane venus ante solis exortum in oriente, postea per plures dies Iulij latebit, & prima die Augusti soli cōiungetur. Mercurius uero cum directus longe à sole abest puta 20. gradibus 21. 22. 23. 24. usque in 28. mane (etsi propter eius paruitatem difficile se uisui ingerat) mane sole antecedens apparet, postea deperit. In exemplo. Anno 1524. in die natalis Christi, sol in 18. gradu capricorni. Mercurius in 20. sagittarij præcedit solem 24. gradibus, postea in Ianuario sequente occultatur & 29. de eiusdem soli coniungitur. Luna ante coitum cum sole biduo aut triduo mane apparet, post perditur & se soli iungit Gratia exempli Anno futuro 24. circiter diē 22. Decembris. Luna mane uidebitur deinde soli uicinans 24. perditur & 25. die natalis Domini mane soli coniungitur.

Occasus helia cus. Hæc diffinitio est satis restricta, ut supra, praxime annotauimus. Occasus matutinus. Veneris matutinus occasus. Mercurij occasus matutinus. Lunæ matutinus occasus.

C

Vespertinus occasus Heliacus est, cum signum, sydus aut stella solis radios ingreditur, propter accessum eius ad solem, uel solis ad eam, uesperi post solis occasum incipit occultari. Exempla de ipsis signis ex prædictis sunt nota. Quod enim signum sol ingreditur, id afficitur occasu heliaco uespertino. Quia antea post solis deciduum uesperi uidebatur in occidente & postea propter solis accessum incipit latere. Idem intellige de signorum imaginibus: De stellis erraticis & fixis exempla sunt facillima, Luna aūt occasum uespertinum nō habet quia non accedit ad solem sed recedit. Vnum Virgilij supra ex primo Georg. non dum expositum repetam, Id.

Vespertinus occasus heliacus.

D.

Duo cœli canes.
Procyõ minor

—Et aduerso cedens canis occidit astro.

Aduerte duos in cœlo esse canes. Vnus procyon Græco uocabulo, πρό .i. ante, uel πρὸς, id est, præ aut πρότερος, id est, prior & κύων seu κυνός canis, id est, prior canis. Quia aliũ præcedit, quare antecedens dicitur, & minor. Habet enim dumtaxat duas stellas; & nil facit ad propositum. Porrò Plinius lib. 18. cap. 28. dicit, quod apud Romanos non habet aliud nomen, nisi caniculam hanc uelimus intelligi, hoc est, minorem canem. Canis alius, est maior, qui proprie appellatur canis; in se recipit stellas 18. Vna quæ in eius ore est fulgentissima & in ultimo luminis etiã uocatur canis, Syrius & canicula. Arabice Alhabor. Syrius ut Hygino & cõmentatori siciliensi placet, propter flammę candorẽ, quod huiusmodi sit ut præter cæteras lucere uideat ad stellã syrium, quam cũ sol accessit duplicatur calor ipsius & languore afficiunt corpora humana. Hanc latini caniculam uocant, quia quamdiu sol in ipsa est pestifera est. Id satis indicat Plinius lib. 2. ca. 40. Inquiens. Nã caniculæ exortu (intellige quo ad uisum) accendi solis (uapores. i. calorẽ solis in caniculæ exortu augeri) quis ignorat? cuius syderis effectus amplissimi in terra sentiunt. Feruent maria exoriente eo, fluctuant in cellis uina, mouentur stagna. Orygem appellat Aegyptus ferã, quam in exortu eius cõtra stare & cõtueri tradit, ac uelut adorare cũ sternuerit. Canes quidẽ toto eius spatio maxime in rabiem agi, nõ est dubiũ. Accedit idem lib. 14. ca. 18. his uerbis. Vina in apothecis canis exortu mutantur quædã, postea restituuntur sibi. Et idem libro 18. ca. 28. Deinde postridie fere ubiq cõfessum inter omnes sydus indicabis, quod canis ortum uocamus, sole primam partem Leonis ingresso. Hoc fit post solstitiũ 23. die. Sentiunt id maria & terræ, multæ uero & feræ. Nec id latuit Lucanum 10. Pharsaliæ.

Canis maior sydus.
Canis stella singularis.
Syrius aut syrion.
Canicula.
Alhabor.
Plinius.

E

Lucanus

Rapidos (inquientem) qua syrius ignes
Exerit.

Syrius enim exerit emittit uel aperit rapidos ignes .i. uiciatos, uel ad furorem incitantes ignes .i. calores, uel exerit .i. extrahit: duplicato enim calore corpora dissoluunt & uaporantur. Quo fit ut canis morbis corpora afficiat. Quare diebus canicularibus molestæ sunt purgatiões. Quod poeta paucis indicat cum dicit: aduerso astro, id est, noxio pestifero. Scito quod Oryx, orygis penultima correpta (ut ex libro de natura rerũ colligitur & ex Plinio libro 8. cap. 53. & libro 10. cap. 73.) est bestia de genere caprarũ magnitudinis hirci, cui ex parte est similis, uillum habens sub mento, cuius uilli contra naturam aliorum animaliũ uenuntur uersus caput. Plinius ait, Orygem perpetuo sitientem Africa generat, ex natura loci potu carentem, cũ mirabili modo ad remedia sitientium. Namq Getuli latrones eo durãt auxilio, repertis in corpore eorũ saluberrimi liquoris haustu uesicis (hactenus Plinius) dictarum bestiarũ infuso pro parte modica utuntur. Hæc bestia (sicut Aegyptij tradunt) in exortu caniculæ naturaliter tripudiare uidetur, compage corporis eius uisibiliter sentiente, quod imber & frigus abijt, instentque uapores ignei caloris ut uestiatur terra floribus, herbasque proferat & fructus. Est autem impatiens frigoris: Vnde nec frigus nec niues facile sustinere potest. Ex his palàm est, quod Plinius est mendosus in uerbo cõtristari, sed legendum est contra stare. Neque legendum est cum stertuerit, id est, post longam dormitionem euigilauerit, sed sternuerit. Teste enim Aristotele, caprarum genus est ualde uigil naturaliter, parum enim dormit & de facili excitatur. Legendũ est igitur cum sternuerit. Ille sane obtutus eius in caniculam defixus, sternutationem mouet. Et hæc fera uidetur sydus adorare cum sternuerit. Sternutatio enim inflato est, quæ à pectore exurgens totum caput concutit. De ea fera scribitur Deuteronomij decimo quarto, & numeratur inter animalia munda, Iudæis ad

Oryx
Author de natura re.
Plinius

F

Plinius emendatur.

Caprarum genus.

Sternutatio.
Deutero.

A esum cōcessa, Esaiæ 51. numeratur inter animalia immunda, ubi dicitur. Filij tui proiecti sunt, dormierūt in capite omnium uiarū sicut oryx illaqueatus. Sed meiudice, Oryx æquiuocū est, & in Esaia significat glirē qui somno magno sopit. Sat est. Pro intellectu Virgilij notanda sunt Plinij uerba lib. 18. ca. 29. hæc. 4. Calend. Maij Canis occidit sydus & p se uehemens, hoc est 28. die Aprilis. Eodie, tempore Plinij, fuit sol in Tauro circiter septimum gradū. Imago autem Canis in Geminis. Et Canis stella in ore, teste Ptole. dict. 8. circa 17. aut 18 gra. Geminorū. Reduc igit in instrumento Canem, potissimū stellam Canem, Syriū aut Caniculam in locū quo tpe Plinij stetit, puta circiter 17. aut 18. Geminorū, locatoq̄ 7. gradu Tauri in horizonte occidentali. Est quidē Canis stella supra horizontem sed in Italia uisui subtrahit, qui preteritis diebus post solis occasum apparebat. Occidit igit occasu heliaco uespertino ex eo, q̄ sol ad stellā accedit. Vult igit Poeta minora semina terræ cōmittenda quando sol ingressus est Taurū. Et quando Canis cedens, id est, incedens aduerso astro, id est, noxio aut pestifero astro, hoc est, Canis ipse qui est noxiū astrum nō semp sed tunc cum occidit occasu heliaco uespertino. Vel sic & melius. Cum Canis, id est imago Canis, cedens, id est, incedens aduerso astro, id est, cū syrio noxio astro occidit occasu heliaco, id est, non

Oryx.
Intellectus metrorū Virgilij.

B uidetur à nobis post solis occasum. Nō intellige q̄ Canis incedat suo motu uersus solem & eiusmodi incessu incidat in radios solares patiendo occasum heliacum uespertinū. Sed contrà sol uelocitate sui motus incedit uersus Canem habentem aduersum astrū & eundem reddit nobis inuisibilē. Hæc expositio consentanea est dictis Macrobij libro primo de somnio scipionis. Postea sol indies propius accedit ad Canem, quare magis latebit. Tandem cum sol 27. uel 28. gradum Cancri adierit, quod tempore Plinij fere usuuenit 10. uel 11. die Iulii, fit cōiunctio horizontalis solis & Canis. Dein recedit sol à Cane secundum signorum ordinem & incipit Canis modicum oriri, licet non uideatur, & deinceps plus oritur. Vt supra dixit Plinius in §. Deinde postridie &c. Et ita augetur ortus Canis usq̄ dum mane ante solis ortum apparet, & dicitur exortus Canis; de quo supra in capitulo Plinii. Iam caniculæ exortu. De his ortibus & occasibus hæc sunt carmina incerti tamen authoris.

Macrobius.

Cosmicus est ortus cum sol emergere quærit,
 Ipsius oppositum lapsus ad ima gerit.
Chronicus est lapsus cū sol in uespere tabet. (id est, deficit, id est, iam occidit)
 Illius oppositum Chronicus ortus habet.
C Heliacus signo datur ortus sole remoto
 Illius occasum proximitate noto.

Verum in hoc exercitio candidus Lector tertium canonem minimè negligat qui incipit. Postremo summopere aduertendus est locus &c. Instrumentum enim, puta sphæra materialis aut sphæra solida, rectificandū est secundum latitudinem loci ad quem scriptor aut poeta stylum direxit. Vt si optas experiri ortus & occasus ad Italiam, uerificabis instrumentum ad latitudinem. 42. aut 43. graduum, si ad Atticam ad 37. Si ad Aegyptum ad 28. 29. 30. & sic de reliquis. Id facile addisces ex opere Geographico Ptolemæi. Quòd si hunc canonem neglexeris decipies crebro teipsum & alios. Hi ortus & occasus poetici dicuntur, quòd poetæ illis frequentius utantur. Iccirco nihil mirum uideri debebit, si poetarum, adducendo carmina eorū, hoc in loco in rēque sua, sumus plurimum suffragijs usi. Ouidius libro Fastorum præ alijs de his tractat rebus. In summa de ortu & occasu duodecim signorum zodiaci & partium eorundem de Lyra, corde Leonis, Delphino, Boote, Coruo, Pegaso, Corona, Pleiadibus, Hyadibus, Cane, Orione, Aquila. Longam profecto fecimus in hoc tractatu

De usu Poetarum.

Summarium Ouidianum.

Excusatio digressionis.

digreſſionem. Nec tamen (ut ſperamus) inutilem. Nouitijs enim Plinianos libros adeuntibus nonnihil ſuffragij (ut debemus) præſtare uoluimus. In quibus plura ſunt capita de ortibus & occaſibus tractantia, pręcipue uolumine ſecundo & decimo octauo. Summatim ex Plinio de ortu & occaſu ſtellarum Erraticarum, & duodecim ſignorũ nihil, demptis Cancro, Libra, Scorpione & Piſcibus. Sed de his plura, ſcilicet, de ortu & occaſu Aquilæ, Arcturi ſiue Bootis, Canis minoris, qui Procyon uocatˀ, Canis maioris, Coronæ & fulgentis eiuſdem, cordis aũt pectoris Leonis, Delphini, Fidiculæ, Hœdorũ, Hyadum, Orionis & gladij eius, Sagittæ, Vergiliarũ, Capellæ, Spicę, Vindemiatoris, & cõmiſſuræ Piſciũ. D

Summariũ Plinianum.

Sũma totius capitis.


Titulo capitis pluſq́ꝫ ſatis expoſito, ad caput ipſum accedo. Quod in ſumma hoc habet. Quinque paralleli de quibus ſupra abunde eſt dictum, diuerſo modo ſe habent reſpectu diuerſorum horizontium, quo ad apparere & delitere, hoc eſt, quo ad arcus eorũ ſupra & ſubter horizontes. Alter enim (ut paucis dicatur) ſe habent in ſphæra recta alter in obliqua ſiue decliui. In recta ſiquidem, iuxta Græcorum ſententiam, nõ omnes quinque reperiuntur, ex quo in ea omnia aſtra oriuntur & occidunt, deſunt duo circuli, ſcilicet, ſeptentrionalis & antarcticus, quorum officium eſt, aut aſtra perpetuò apparentia aut perpetuò delitescentia continere. In ſphæra autem obliqua ſecundum uarias latitudines, uariantur & hi circuli iuxta portiones alias ſubter & ſupra horizontes exiſtentes, ex quibus uarię dierum artificialium & noctium quantitates cõcluduntur. B

Parallelorum uarietas.

De horizonte & æquinoctiali in duplici ſphæra.

Annotandum igitur, quòd in omni ſphæra, hi duo circuli æquinoctialis & horizon, ſeſe mutuo ſecant in duas partes æquales, quare cum ſol ad æquinoctialem peruenerit, inducit æqualitatem diei & noctis in omni terra. Quia medietas circuli quam ſol ibidem deſcribit ſic ſe habet, ꝙ eius altera pars eſt ſupra terrã, & altera pars ſubter. Eſt enim regula, cum duo circuli æquales ſeſe ſecant ſemper per æqualia ſecant. Sed æquinoctialis & horizon ſunt duo circuli æquales ſeſe ſecantes: Igitur. In ſphæra recta omnes circuli æquinoctiali utrinq́ꝫ æquidiſtantes, numerando etiã 192. à principio capricorni in principiũ cancri, & à cancro alios 192. in principiũ capricorni ſic ſe habent, ꝙ eorundẽ una medietas eſt ſupra terrã altera ſub terra. Quare diei & noctis ęqualitas ſemp ſeruatˀ ſiue sol ab Ariete in aquilonem, ſiue à Libra in auſtrũ ierit. Cõtra in ſphæra obliqua sol ab exordio Arietis in ſeptentrionẽ uergens, maior portio circulo- F

Regula.



rum ab

A rtū ab eo descriptorū est supra horizontē & minor subter: Quare dies maior no cte eo cluditur. A Libra uero sol in austrū pergens circulos describit quorū ma ior portio sub horizonte, minor supra: quare noctes dies excedunt. Harum rerū oīm ocularis demonstratio fit, aut p organū sphæræ mundi, aut in plano facile & pulchre. In hoc capite Proclus præcipue determinat de æquidistantibus in sphæra obliqua, rectā uix digitulo attingēs. Et quia Græcus fuit græcorū loquit more de duobus circulis minoribus polaribus. In sententia sic. Septentrionalis circulus quem nos arcticū, borealem & Aquilonū appellamus, totus est supra horizōtem (intellige de his qui in septentrionē sedes posuere). Huius officium est astra & sydera perpetuo apparentia diffinire. E regione Antarcticus circulus aut Notius, Austrinus, meridionalis nominatus, totus sub horizōte latet: Horum fac periculum in sphæra. Dein Proclus in uersiculo, solstitialis autem Tropicus, prosequitur de tropico solstitiali, quem nos circulum solstitij æstiui, Tropicum septentrionalem, æstiuū, & Cancri uocamus, qui in omni tractu uersus septentrionem sic se habet: Quod maior eius portio sit supra horizontem, B minor subter: Quare dies quos sol super his describit longiores sunt noctibus. Et crescit dies maximus de minuto in minutum, de hora in horam, à prima latitudine unius gradus usq; in latitudinem 66. graduum & 19. minutorum tempore Procli, nostro autem in 66. gradus & 30. minuta. In qua dies artificialis cōpletur 24. horas præcise & uocat unus dies continuus. Qui in sequentibus latitudinibus in plures dies continuos crescit. Quemadmodum supra habitū est. Huius circuli officium secundum Græcos est determinare diem maximum æstiuum. Et ponit author duo exempla. Vnum de sua habitatione. Alterū de Rhodo. Scito Proclum scripsisse ad Græciam eius q; latitudinem. 41. graduū, cum qua quadrat sua tropici diuisio in 8. partes, & cum nulla alia siue maiori siue minori. Est autem Macedonia huic latitudini subdita. Testis est Ptolemæus in tabula insigniorum regionū & prouinciarum chartæ uniuersalis Geographiæ. Et idem lib. 3. cap. 13. & Tabu. 10. Europæ. Diuidit igitur Proclus, pro maximo die eliciendo, Tropicum solstitialem in 8. partes æquales, de quo sic diuiso, affirmat tres partes continuo esse sub horizonte & quinq; supra. Et bene dicit. Fac huius rei periculum distribuendo hūc Tropicum in octo partes æquas, sphæraq; rectificata pro latitudine 41. grad. & uidebis ueritatem. Ex hac partitione author proclamat diem longissimum in sua habitatione habere horas 15. C & noctem 9. Quod sic probatur. Omnis dies artificialis cum sua nocte completur 24. horas æquales, & tot octo faciunt etiam 24. quare tribus horis cedit una pars de circulo in 8. distributo: Et ex consequutione quinq; partibus respondent 15. horæ, diei maximi mensura, & tribus partibus nouem, nocti breuissimę aptande. Ecce uenatio maximi diei & minimę noctis pro habitatione authoris. Et probat idem dictum suum authoritate Arati, qui Phœnomena conscripsit. Duos legimus Aratos, alterum ducem Sicyoniæ regionis Peloponnesi. Cuius ciuitas insignis Sicyon. De utriſq; Ptolemæus lib. 3. ca. 16 Tabu. 10. Europæ. Et Sicyon pro ciuitate apud Plinium & Strabonem. Aratus igitur sicyonius uir admodum potens in patria sua, tyrannis maxime infensus, de quo alibi plura: nihil facit ad propositum. Alterū Aratum legimus poetam uersificatorē, philosophū, astronomū & medicum doctissimum. Natus ex Athenodoro patre & matre Lenodora, ex sole urbe Ciliciæ, de qua Ptolemæus lib. 5. ca. 8. Tab. prima Asiæ. Nunc Pompeiopolis appellata. Vnde Aratus dictus est Solensis à solis ciuitate. Vixit cum Antigono rege Macedoniæ & Phila uxore eius familiariter. Floruit 124. Olympiade, ante Christum incarnatum circiter 282. annis. Hic inter cætera Græce scripsit ad Macedoniam Phœnomena, quæ à Ci-

Vt figura præcedēs habent.

Septentrionalis circulus.

Solstitialis tropicus.

Tropici solstitialis officium

Macedonia. Ptolemæus

Duo Arati. Aratus dux.

Aratus Solensis.

Sole ciuitas quę Pompeiopolis.

cerone & Germanico Cæsare in Latinum conuersa sunt. In quibus de tropico D solstitiali ita loquitur.

Thomas Linacrus Britānus interpres.

τοῦ μὲν ὅσον τε μάλιστα δι' ὀκτὼ μετρηθέντος
πέντε μὲν ἔνδια στρέφεται καθ' ὑπέρτερα γαίης
τὰ τρία δ' ἐν περάτῃ. θέρεος δ' ἐν οἱ τροπαί εἰσιν.

Quos Thomas Linacrus Britannus interpres Procli sic Latinos fecit.

Cæsar Germanicus.

Huius in octonis dissecti &c. Vt in textu supra. Hæc metra (ut ferunt) antea Cæsar Germanicus in Arato suo sic transtulit.

Hunc octo in parteis si quis diuiserit orbem
Quinque super terras semper fulgere notabit.
At tres sub terris, breuibusque latere sub umbris
Hoc cancrum tetigit cum Titan orbe timete
Aestatem rapidam, & soluentes corpora morbos.

Paucis annis elapsis, cū hæc scripsimus, sic prosaicè Arati metra hæc sunt uersa.

Hoc sane (quantus quantus est) per octo partes menso
Quinque quidem diurna uoluuntur in supremis terræ
Tres uero in parte inferna. Aestatis autem in ipso conuersiones sunt.

Hæc omnia eandem habent sententiam, de qua iam supra diximus. ¶ Secundum exemplum quod author adducit est de Rhodi insula. Est autem Rhodi, Rhodos, Rhodus insula in Carpathio aut Lycio mari sita, de qua plura Plinius lib. 5. ca. 31. Et Strabo lib. 14. Diodorus Siculus lib. 6. Solinus ca. 21. Pomponius lib. 2. Ptolemæus lib. 5. cap. 2. & Tab. 1. Asiæ. Est etiam huius nominis urbs clarissima. Sic (ut nonnullis placet) uocata à ῥόδον Græco, Latine rosa: Dum enim eius fundamentum foderetur, capulus rosæ ibidem inuentus est: olim dicta Ophiusa &c. Latitudo insulæ est 36. graduum. Proclus iterū uenatur Rhodiorum diem longissimum ex partitione alia ipsius tropici solstitialis. Eundem sane partitur in 48. partes, ea ratione, quòd 24. horæ diei naturalis constituunt 48. semihoras, uni igitur parti huius circuli sic partiti respondet semihora. Et de eo circulo sunt continuo 29. partes supra horizontē diei seruientes, & 19. subter horizontem nocti dedicatæ, uigintinouem partes supra, faciunt uigintinouem semihoras, hoc est, 14. horas integras & semis, id est, triginta minuta. Ecce maxima diei æstiui quantitas: 19. autem partes subter horizontem, faciunt nouē horas & semissem, tempus noctis minimę. Huius rei testis est Ptolemæus lib. primo Geogra. ca. 23. in hæc uerba. Decimum (intellige parallelum) horis duabus & semis differre (intellige faciamus à die æquinoctialis) distantem gradibus triginta & sex, hicque per Rhodū describitur. Ad idem iam supra lib. 5. ca. 2. &c.

¶ Rhodi. Plinius. Strabo. Diodorus Sic. Solinus Pompo. Ptolemæus.

E

F

Possem & ego alia plura exempla citare. Puta ubi latitudo est 49. graduum dies maximus est 16. horarum. Hūc sic uenor. Diuidatur tropicus solstitialis in sex æquales partes. Rectificataque sphæra ad latitudinem 49. graduum continuo quatuor partes supra & duæ infra horizontem cernuntur. Et huius diuisionis pars una ualet quatuor horas, consequens est quatuor partes supra ualere 16. horas. Ecce tempus diei maximi pro illa latitudine. Et duę subter facientes octo horas tempus breuissimæ noctis. Ecce. Verum hoc negotium laboriosum est ualde, pro qualibet latitudine nouam excogitare huius tropici partitionem, quæ etiamnon raro propter horarum minutias uix inueniri potest. Quocirca Latini facilius procedunt, diuidentes æquinoctialem in 360. gradus, quem Græci solummodo in 60. partiuntur. Et pro omni latitudine oblata eius officio maximū diem facillime inuestigant, sine ulla distributiōe tropici solstitialis. Præterea si exoptaueris scire, quot partes huius tropici pro omni latitudine ab uno gradu usque in 66. sint supra & quot subter horizontem, imaginare

Canon de cognitione partiū tropici æstiui sup & subter horizontē.

A nare eundem tropicũ diuisum, iuxta cõmunem Latinorũ distributionem in 360. gra. Postea ab oblatã latitudinem (quod hodie facillimũ est) inquirito diẽ æstiuũ maximũ, & pro qualibet hora recipe 15. gra. equinoctialis: quod in promptu erit, si integras horas in 15. duxeris. Quòd si ultra integras horas minuta horarũ habueris, pro quibuslibet quatuor minutis recipito unum gradum. Et pro uno minuto horæ 15. minuta gradus, pro duobus semigradum, id est, 30. minuta unius gradus, pro tribus minutis 45. minuta gradus. Hæc omnia in unum colligito, puta gradus integros in unam congeriem, & minuta graduũ in alteram, & habebis quot gradus & minuta ipsius Tropici sint cõtinuo supra horizontem, indicãtes diem artificialem æstiuum maximũ pro illa latitudine. Quibus sublatis à 360. gradibus, residuabis gradus & minuta subter horizontem, noctem curtissimã indicantia. Gratia exempli: Offertur mihi urbs Tubinga, cuius latitudo est 48. graduũ & ferme 40 minutorum, dies longissimus æstiuus est, 15. horarum 57. minutorum: duco 15. horas in 15 gradus & procreo 225. gradus: 57. minuta horæ diuido per quatuor, & emergũt 14. gradus, quos iungo precedentibus & colligo 239. grad. & pro uno minuto temporis residuo, recipio 15. minu-
B ta unius gradus. Proclamo igitur pro latitudine Tubingensi 239. gradus & 15. minuta de tropico æstiuo esse in horas supra horizontem. Quibus à 360. gradibus subtractis residuo 120. grad. & 45. minuta subter horizontem. Haud dissimiliter pro alijs locis & latitudinibus operaberis.

De æquatore

Sequitur. Aequator uero circulus &c.

SVpra diximus, quid æquinoctialis, quæ eius nomina, quæ eius officia aut utilitates. Et supra differuimus & probauimus æquinoctialem horizontem in omni sphæra secare in duas partes æquales, quarum altera est supra, altera subter horizontem. Quare cum sol eundem adierit (quod bis quotannis usuuenit) fit æquinoctiũ in uniuerso orbe. Quocirca nihil habeo quod addam, præter nõnullas sententias præstantes, de æquinoctijs sonantes. Arati tralatio moderna sic habet. Aratus.

At in medio amborum (quantus cani Lactis) (canis.i.candidus)
Subter terram uoluitur circulus, bipertienti similis.
In eo autem dies noctibus æquantur utrisque.

Marcus Manilius lib. 3. ca. 1. plura metra de ortu & occasu signorũ de maxi- Mar. Mani.
C mo & minimo die citans, unico uersiculo utrunq; cõplectitur æquinoctiũ, tali.
Libra, Ariesque parem reddunt noctemque diemque.

Lucanus quarto Pharsa. de æquinoctio uerno, sic canit. Lucanus.

Sed postquam uernus calidum Titana recepit
Sydera, respiciens dilapsæ portitor Helles,
Atque iterum æquatis ad iustæ pondera Libræ
Temporibus uicere dies, tunc sole relicto
Cynthia quo primum cornu dubitanda refulsit,
Excludit boream &c.

Ouidius. 12 Cal. Apri. 21. die Martij quinquatria habuerunt finem.

Et Ouidius tertio Fastorum, de æquinoctio uerno, sic.

Tres ubi luciferos ueniens præmiserit Eos
Temporanocturnis æqua diurna feres.

Virgilius primo Georgi. de æquinoctio autumni. Virgilius.

Libra die somniq; pares ubi fecerit horas
Et medium luci atque umbris iam diuidit orbem,
Exercete uiri tauros, serite hordea campis.

Brumalis autem Tropicus &c. D

COntuendum, quòd is circulus ut prædiximus appellatur circulus Solstitij hyemalis, brumalis, tropicus hibernus, Capricorni, Chimerinos tropicos. Circulus uersilis Capricorni, pro omni latitudine contrario modo se habet respectu circuli Solstitialis, quot enim partibus hic supra horizontem emerserit tot ille subter horizontem supprimitur. Et contra quot partes hic habet sub horizonte tot ille supra. Inde fit quòd maximus dies unius respondet maximæ nocti alterius &c. Cuius ratio hæc est, ex quo hi duo tropici æquidistant ab æquatore unus uersus septentrionem alius uersus austrum, cõsequens est quòd quantum unus eleuatur tantum alius deprimitur. Et hoc facile ex ipsis polis cõcludi potest. Quantum enim polus septentrionalis in aliqua regione attollitur supra horizontem, tantũ austrinus supprimitur sub horizonte. Ex eo quòd per diametrum quæ dicitur axis mundi distant. Proclo accedit Aratus, dicens.

Aratus In austrũ sol agitur: uertitur profecto ibi.
Hybernus, atque ei tres quidem circumuoluuntur superne
Octo partium, quinque uero subterraneæ uersantur. Hæc Aratus.

Est igitur secundum Græcos huius tropici brumalis officium determinare minimum diem & maximam noctem. Per canonem uero nostrum supra expositum facillime diffinies partes huius tropici supra & infra horizontem. Transeo igitur. E

Antarcticus autem circulus.

HVnc supra appellitauimus circulum Notium, austrinum, meridionalem. Cuius officium est, secundum Græcos continere & includere astra & sydera nobis nunquam apparentia.

DE MAGNITVDINE AEQVIDISTANTIVM.

TEXTVS PROCLI. SEd ex quinque iam memoratis circulis, quorundam magnitudines per uniuersum terrarum orbem eædem sibi constant: nonnullorum pro climatibus mutantur, alijsque maiores, alijs minores circuli euadunt. Tropici enim & æquator pares per totum orbem magnitudines seruant: Arctici magnitudine F uariant, cum alibi maiores, alibi minores cernantur. Quippe ijs qui septentriones uersus degunt maiores septentrionales fiunt, cum polo magis in altum sublato arcticum circulum, qui horizonta contingit, necesse sit assidue maiorem fieri. His uero qui magis etiam ad septentrionem uergunt, interdum solstitialis tropicus in arcticum plane abit. Fitque ut duo circuli, septentrionalis, tropicusque coëant, pro unoque habeantur. Adeo cum magis etiam ad septentriones acceditur, maiores solstitiali tropico septentrionales redduntur: nec finis donec eo uentum sit, ubi polus supra uerticem conspicitur: septentrionalis in horizontis locum cedit, eique in mundi rotatu coniungitur, æquatoris plane magnitudine: Fitque ut tres circuli, septentrionalis, æquator, & horizon eundem situm positumque obtineant. Rursus autem ijs, qui ad austrum habitant, poli humiliores fiunt, septentrionales uero circuli minores: Finis autem decrementi est locus ad austrum nobis situs sub æquatore, in quo poli sub horizonte habentur. Septentrionales autem circuli prorsus euanuere: Ita ex quinque æqui-

A æquidistantibus tres denicꝫ superant, nempe cum æquatore tropici duo. Necꝫ enim ob ea quæ dicta sunt, quincꝫ perpetuos æquidistantes existimandum, sed pro nostra habitatione numerum eorum, existere. Quippe quibusdā in horizontibus tris dumtaxat æquidistantes inuenias. Sunt sane & supra terram habitationes, quarum prima est, in qua solstitialis circulus horizonta contingit, & pro arctico plane habetur. Secunda quam sub polo appellant. Tertia, de qua paulo ante retulimus, quam sub æquatore nominant.

STOEFLERI INTERPRE.

Latinorum & Græcorū æquidistantes.

NOn raro superioribus lectionibus, cum de quincꝫ æquidistantibus uerba fecimus, diximus Græcos nōnihil distare à Latinis. Latini sane omnes hos circulos seruant sub eadem magnitudine stabiles, fixos & inuariabiles in omni tractu regionē ue totius uniuersi. Secus Græci qui dumtaxat tres .f. duos tropicos & æquatorem inuariatos custodiunt, reliquos duos, puta septentrionalem & antarcticum, uarijs subijciunt magnitudinibus, modo magnis, modo B paruis, iuxta alium & alium climatum aut regionum situm, & latitudinum diuersitatem. Quo fit quod Græci coguntur cōfiteri in sphæra recta solummodo esse tres æquidistantes, ut qui in ea nullū septentrionalem & antarcticū admittunt, eo quod omnia astra ibidem oriuntur & occidunt. In obliqua autem sphæra obuiat eis, quod septentrionalis circulus & tropicus solstitialis nonnunquꝫ coincidūt & in unum coeunt. Accidit etiam quod circulus septentrionalis sequitur tropicū solstitialem & præposterus ordo seruatur. Item septentrionalis circulus coincidit cum æquinoctiali & horizonte. hæc omnia sunt manifesta ex textu.

Recta sphæra.

Græci arguēdi

Quod si Græci arguendi essent erroris, dicerem profecto cum Aristotele, paruus error in principio fit maximus in fine. Existimo Græcos in eam incidisse sententiam quod tarde ad eos uenit Astrologia. Inter enim tres sectas Astrologiæ, puta Chaldæam, Aegyptiam & Græcam, quas numerat Plinius lib. 18. capitulo 25. adiungens quartam Latinam, Græca fuit ultima. Testis est Iosephus libro primo Antiquitatum capitulo 15. & 16. Vbi habetur. Abraham apud Chaldæos fuit uir iustus & magnus in cœlestibus rebus expertus, qui cum adijsset Aegyptios arithmeticam eis contulit, & quæ de Astrologia sunt ipse cōtradidit. Nam ante aduentum Abraham in Aegyptum, hæc Aegyptij penitus ignorabant. A chaldæis enim hæc plantata noscuntur in Aegypto. Vnde etiam peruenisse noscuntur ad Græcos. Hæc ex Iosepho.

Tres sectæ astrologiæ Chaldæa, Aegyptia Græca & Latina quarta.

Iosephus.

Græcis nihil intentatum.

C Sed quia, authore Plinio libro decimo septimo capitulo septimo, Græcis nil intentatum remansit, proprijs sæpius uanitatibus (dico cum Plinio libro secundo capitulo 109.) studentes, ut quid noui inferretur, fecere (ut diximus) hos duos circulos euariabiles, concludentes omnem circulum septentrionalem debere includere omnia astra perpetuæ apparitionis. Et contra alterum antarcticū omnia astra perpetuo delitescentia. Sed de his satis.

Summariū huius capi.

Duo principaliter notatu digna habentur in hoc capite, primum (quod iam iam exposuimus) est, hos duos circulos, septentrionalem scilicet & antarcticū, diuersas in se recipere magnitudines & euariationes: Secundum, quod quincꝫ æquidistantes non inueniuntur in omni habitatione, sed in nonnullis dumtaxat tres &c. Officio autem sphæræ hæc omnia obtutu facile manifestari possent.

Ordo quinque parallelorū inuertitur.

Duo hic sunt animaduertenda. Primum exugitur ex paragropho (Adeo cum magis etiam ad Septentriones acceditur maiores Solstitiali Tropico Septentrionales redduntur) id, quòd ordo horum quinque circulorum

parallelorum apud Græcos quandoque inuertitur. Est enim eorum ordo qui D
supra capite, De circulis sphæræ expositus est, is. Primus septentrionalis circulus. Secundus tropicus solstitialis. Tertius æquator. Quartus tropicus brumalis. Quintus circulus antarcticus. Hic autem ordo in certa habitatione inuertitur & fit præposterus. Hoc modo, quòd primus est, tropicus solstitialis. Secundus circulus septentrionalis. Tertius æquator. Quartus circulus antarcticus. Quintus tropicus brumalis. Cõtuendum igitur, quòd tria sunt in cœlo quę respectu horizõtis pręposterè quo ad imagines se habent. Sũt primo tria signa zodiaci præposterè orientia & occidẽtia. s. Taurus, Gemini & Cancer. Taurus quippe à clunibus aut posteriori parte oritur. Gemini à pedibus. Cancer à testudine aut cauda. De quibus Mar. Mani. lib. 2. ca. 3. De signis aduersis in ascensu, sic.

Tria cœli præpostera.
Tria sydera zodiaci pręposterè oriuntur.
Mar. Mani.

Quòd tria signa nouem signis coniuncta repugnant
Et quasi seditio cœlum tenet: aspice Taurum
Clunibus, & Geminos pedibus, testudine Cancrum
Surgere, cum rectis oriantur cætera membris.

Quinque paralleli quandoque præposterũ seruant ordinem.

Secundo loco, iuxta sententiam Græcorum, nõnunquam solstitialem tropicum sequitur contra ordinem quinque parallelorũ uersus æquatorem circulus arcticus: subleuato enim polo septentrionali 66. gradibus & 19. minutis secundũ B
priscos, aut 66. grad. & 30. minutis nostra tempestate, tropicus solstitialis fit septentrionalis circulus, & in eo loco huic altitudini poli subiecto, uidentur oẽs stellę & imagines à tropico solstitiali usque in polum contentæ, puta ambæ Vrsæ, Draco, Cepheus, Cassiopea, Perseus, Auriga, Bootes totus, demptis cruribus, Corona, Hercules, præter caput & dextrum brachium, Lyra, Cygnus, Equi maioris pedes, Andromeda, pręter cubitũ sinistrum, Piscis septentrionalis fere medius, Deltoton, Tauri pars dorsi, collũ & cornu septentrionale, Geminorũ pars maior, Leonis caput & collum. Tertio loco fit inuersio ordinis in signis ultimæ sphæræ orientibus & occidentibus. Est aũt signorum ordo ♈ ♉ ♊ ♋ &c. & primo oritur, Aries post Taurus, dein Gemini &c. Hic autem ordo ascensionis signorum nõ seruatur in omni habitatione. Vbi enim polus subleuatur 70. gradibus uel circiter oritur Taurus ante Arietem, & occidit virgo ante Leonem. Huius rei testis est Ioan. de Sacrobusto tractatu tertio §. Quorum zenith est inter circulum arcticum & polum mundi. Secundum aduertendum uenit ex §. ultimo capitis, ut Proclus inquit. Sunt sane & supra terram habitationes &c. explicat enim duas habitationes in septentrionem expositas & tertiam æqua- F
tori suppositam. De habitationibus septentrionalibus pauca & obscura sunt geographorum scripta, præcipue de his (si quæ sunt) quas Proclus hic annotat. Quod adeo uerum est, quòd septentrionarius Oceanus ante diui Augusti tempora nõ erat Romanis notus. Quod Plinius lib. 2. ca. 67. his uerbis testatur. Septentrionalis uero oceanus, maiore ex parte, nauigatus est auspicijs diui Augusti Germaniam classe circumuecta ad Cimbrorũ promontorium: & inde immenso mari prospecto, aut fama cognito, ad Scythicam plagam, & humore nimio rigentia. Propter quod minime uerisimile est illic maria deficere, ubi uis humoris superet. Hactenus Plinius. Oceano huic plura tribuere nomina, raras tamen hominum habitationes. Ex multis nominibus passim à Geographis recensitis hæc ex capite 13. quarti Plinij annectere libuit. Septentrionalis (inquientis) oceanus (Amalchium eum Hecatæus appellat) à Paropamiso amne, quà Scythiã alluit, quod nomen eius gentis lingua significat congelatũ, Philemon Morimarusam à Cimbris uocari, hoc est, mortuũ mare. Inde usque ad promõtoriũ Rubeas. Vltra deinde Cronium &c. Qui de partibus in septentrionem uergentibus ueteres geographi scripsere, quorũ codices ad me peruenere, hi sunt.

Signa zodiaci inuerse orientia & occidentia.

Tres habitationes.

Plinius.

alij Almachium.
Morimarusa.

Scriptores de partibus sepẽtrionalibus.

Strabo

A Strabo præcipue libro 7. Pomponius libro 3. Solinus ca. 30. 31. 32. 33. Plinius libro 2. cap. 67. & idem libro 4. cap. 12. 13. 14. & 16. Dionysius de situ orbis. Priscianus de situ orbis. Et eorum omnium princeps Ptolemæus in suis Geographicis cõmentarijs. Et Tabulis, scilicet, 1. 2. 3. 4. & 8. Europæ. Et 2. 7. & 8. Asiæ. Ex quibus obtutu certior reddêris Ptolemæum cognitæ terræ septentrionariæ finem posuisse ad eleuationem poli 63 graduum. Quo fit, quod Thulen insulam septentrionalem omnes uetusti Geographi & Poetæ habitati orbis terminũ statuunt: sed hæc insula minime subiecta est huic habitationi, in qua solstitialis circulus horizonta cõtingit & pro arctico habetur, ut inquit Author, sed maiorem petit poli altitudinẽ puta 66. graduum & 19. minutorũ pro tempore Procli. (Strabo. Pompo. Solinus Plinius Dionysius. Priscianus. Ptolemæus. Thule.)

Recentiores igitur Geographi quid ad nostra accessere tempora, puta Nicolaus Monachus uel Germanus, ut eius noua tabula uetustis Ptolemæi adiuncta indicat, exempla nobis offert, scilicet, Gotthiam orientalem, gentiliter Gotlandiam. Insulam Ventilandiam, Insulam Holrelandiam, & partem Liuoniæ. (Nicolaus monachus. Habitationes ultra circulum arcticum Latinorum.)

Et nostra tempestate supra Scythiam intra Imaum montem, de qua tabula 7 Asiæ, ad arcticum circulum & eius uiciniam plures repertæ sunt hominum habitatiões & regiones. Puta, Tataria regnũ ingens sub ditione magni Cham uel Chan. Ibi est prouincia cuius incolæ uiuũt sine rege, & bestialiter: sunt fortes, B pulchri, carent uino & frumentis, sunt diuites carnium. Est & alia regio longitudine 10. dierum itineris, cuius habitatores sunt idololatræ, habent regem de stirpe magni Cham, à quibus portãtur pelles ad nos Christianos occidentales.

Præterea Proclus secundam habitationem, quam sub polo appellat, proponit. Pro qua re contuendum. Extremas mundi partes polis uicinas perpetuo frigore damnatas multi scriptores affirmant, quas Galeottus Narniensis habitari posse cõtendit, asserens non esse uerum, quòd causa frigoris sit tantum solis longinquitas, sicut nec caloris propinquitas eius. Sol enim ratione signi in quo est uel auget apud nos illa uel minuit. Præterea rigor (ait) non est circumquaque dispersus, ut in forma circuli orbem ambiat, sicut nec feruor quidẽ totam excurrit in circuitu terræ plagam. Nam ab alia parte adeuntur poli, ab alia nequaquam, quoniam stellæ fixæ plurimum operantur, & magis in uno loco quàm in alio ex prima impositione naturæ. Nam ad polum arcticum uel antarcticum una uia accedere prohibemur, alia permittimur, ubi non est rigoris cõmixtio prohibens. Dicimus itaq; sub polis cõmodam esse habitationẽ, quamuis C ab eisdem polis rigor eductus intemperatam constituat regionem. Nam sicut testimonio Mathematicorum omnis coniunctio per centrum est salutaris, per hoc quòd temperata est, ita sub polis quoque licet illi cum obliquitate radiationis regiones infestent, clementiam tamen aëris ex centro subiecti inducunt: perpendiculares enim radij hoc faciũt. Hactenus Gal. Qui reuera plura satis mira asserit, sed horum nullum probat, & plures classici scriptores multo aliter sentiunt. Quare cum Alberto libro de natu. loc. distin. prima ca. octauo, sentiendum existimo quem lege rationibus enim & experimentis plane ostendit sub polo non esse habitationem hominibus conuenientem. (Habitatio sub polo. Galeottus. Causæ caloris & frigoris. Alber. Ma.)

Tertio ostendit Proclus habitationem sub æquatore circulo. Fuit quondam magna altercatio, an sub æquatore diei & noctis sit habitatio conueniens hominibus. Pro utraque parte sunt authores grauissimi. Parti negatiuæ accedunt, Aristoteles secundo Meteoron & eius commentator Auerrois. Ptolemæus secundo Almage. capi. sexto. Albategni, Ametus Alphraganus, Plato, (Habitatio sub æquinoctiali & authores eam nominatim negantium.)

Democritus, Pythagoras, Iulius Firmicus, Cleomedes, Macrobius libro septimo De somnio Scipionis, Virgilius, Ouidius, Tibullus, Lucanus. Et tuentur eam rationibus non paucis, quarum quinque adducit Albertus libro De natu. loc. distinct. prima, capitulo sexto, quem legito. Affirmatiuam partem tenent hi Posidonius, Auicenna, Ptolemaeus in libro sibi ad artem sphaericam comparatô, Apollonius in libro quem scripsit de locis habitatis sub aequatore, Ioannes Damascenus in Aphorismis, Albumasar in libro dialogorum ad Sadam, Marcus Venetus diligens orbis indagator, Petrus de Abano Patauiensis differentiarum conciliator, differentia 67. Scotus subtilis in sermone de sancto Thoma. Ptolemaeus Claudius in sua Geographia libro septimo capi. secundo & tabu. undecima Asiae, qui Auream Chersonesum & insulam Bonae fortunae subdit aequatori. Et eodem lib. ca. 4. & 12. tab. u. Asiae magnã partem Taprobanae insulae aequatori supponit: ubi Nubartha & Nacaduma ciuitates & mons Malea, ubi sunt elephantum pascua etiam ultra aequatorem ad mare usque. Huic quidem opinioni ego semp adiuratus fui, quae ab alijs & a me alibi abunde est discussa. D

Authores Antipodes astruentes.

DE ORDINE AEQVIDISTANTIVM. E

TEXTVS PROCLI

Quocirca nec ordo quinque aequidistantium circulorum idem apud omnes est. Sed in nostro tractu primum sane septentrionalem dixeris. Secundum solstitialem. Tertium aequatorem. Quartũ brumalem. Quintum antarcticum. At ijs, qui propius quam nos septentriones incolunt, Primus interdum solstitialis Tropicus numeratur. Secundus septentrionalis. Tertius aequator. Quartus antarcticus. Quintus brumalis circulus. Cum namque septentrionalis solstitiali capatior euadit, necesse est memoratum ordinem seruari.

STOEFLERI INTERPRE.

Praesens caput de ordine aequidistantium est, quasi illatio ad caput praecedens, &c. quare dicit Proclus, Quocirca: & per me supra abunde expositũ. Paucula tamen admonente titulo differere statui. Haec Aristotelis lib. de ordine uniuersi & Peripateticorum sententia est, a primo ente rebus naturalibus sertem quandam & ordinem inditum. Res sane (authore Boetio libro quarto de Cõso phi. prosa secunda) esse dicitur, quod ordinem retinet seruatque naturam, quae uero ab hac deficit, esse etiam quod in sui natura situm est derelinquit. Quare idem libro i. Metreo. 5. sic canit. F

De ordine aequidistantium. Aristoteles. Boetius

Quod praecipiti uia
Certum deserit ordinem
Laetos non habet exitus

Accedit Horatius libro Sermonum.

Horatius.

Est modus (inquit) in rebus, sunt certi denique fines
Quos ultra citraque nequit consistere rectum.

Et Ganphredus in nouo poemate.

Ganphredus

Omnibus est una uirtus seruare modum.

Et in prouerb. dicitur.

Omnibus adde modũ modus est pulcherrima uirtus. Accedunt etiam de ordine seruando sacrae literae, Iudicũ quinto. Stellae manentes in ordine incursu suo &c. Et Iob 38. Nũquid nosti ordinem coeli, & pones rationem eius in terra?

Iudicum. Iob.

Dictus

A Diuus Paulus ad Roma. 13. Quæ autem sunt, à Deo ordinata sunt. Et idem 1. ad Corinthios 14. Omnia honeste & secundum ordinem fiant in uobis. Paulus.

Quòd si rerum naturalium omnium ordinem & debitam dispositionē enarrare attentarem, plurimi deficerent mihi anni. Quocirca his missis, nonnulla ex professione mea disserere uolui. Habet insignis hæc disciplina astronomia excellentem quandā materiam, cœleste uidelicet corpus, in quod si tanquam speculum direxeris aciem, immensam quandam & uerè admirandā creatoris uirtutem intueberis. In cœlestibus sane cōditor omnium Deus, planetis hunc statuit ordinem Saturnus, Iupiter, Mars, Sol, Venus, Mercurius, Luna. Cuius ordinis rationem, & præcipue solem in medio eorum locari, explicabo. Est igitur Sol in medio planetarum, sicut cor in medio animalis. Nam cor existens in medio corporis, omnibus membris uitam influit. Teste Ptolemæo uerbo 86. centilo. ubi inquit. Sol est origo uirtutis uitalis, quæ est in corde &c. Sic sol existens in medio planetarum omnibus lumen influit, omnes gubernat &c. De ea re audiendus est Hali AbenRagel, parte prima, de iudicijs astrorum, capi. 4. §. de sole. Scito (inquit) quòd sol est lumen & candela cœli, gubernator mundi, factor temporū. Et infra. Planeta est magni Dominij, potentiæ, nobilitatis, altitudinis & magnitudinis. Et post plura. Sol est melior & nobilior oībus alijs planetis &

Planetarū ordo.

Cordis uirtus. Sol in medio.

Ptolemæus.

☉

Hali AbenRagel.

B altior in nobilitate, quia natura sua operaẗ in oībus naturis &c. Et post aliqua. Locus suus in cœlo est quartus. s. medius septem planetarū. Sicut rex sapiens, qui p sensum manutenet regnum suū, ut per omnia latera attingat. Dedit Marti suam militiam, & quòd dux esset suæ militiæ: Quia cœlum solis est sub corde Martis, & conuenit natura & calor suus cum natura & calore ipsius. Dedit Ioui sua iudicia, propter temperiem, honestatem, saluationem, & suæ complexionis salutem, & quia non est in eo qualitas mala nec peccandi natura. Dedit Saturno regnum: quia planetæ omnes sua lumina mittunt ad eum & suas considerationes. ADDITIO. Saturnus planeta est senum, habentium profundas cogitationes, altam memoriam, cogitantium & inspicientium de rebus antiquis & grauibus, & multarum rerum experientiam, & scientium consuetudines & utilitates regni. Hinc Hermes alloquitur regem. Caueas ne innitaris tuo tantū consilio, sed consule illum qui fuerit bonæ discretionis, & ætatis prouectæ: quia in pluribus est expertus. Sequitur in Hali. Dedit Veneri collectionem reddituū, & uendendi redditus & emendi, quia eius cœlum applicat suo & sunt uicini. ADDITIO. Venus planeta est qui rorem genitalem (præcipue

♂

Officiū Martis Iupiter legulei us Solis.

Saturni officium.

♄

Hermes.

Veneris.

♀

C in matutino exortu) infundit mortalibus, quo non animantia solum ad multimodam accōmodantur generationem, sed uirentia quoq; in uarios conceptus disponuntur. Confert ad impregnationem & generationem prolis. Est planeta gaudij, & amicitiæ & conuersationis pulchræ cū hominibus per beneuolentiam. Subiungitur in Hali. Dedit Mercurio scribaniam (quasi dicat est archigrammateus) quia status eius est sicut status scriptoris regis, qui uadit quando ille uadit & sedet quando ille sedet. ADDITIO. Mercurius est planeta ingeniositatis & disciplinę, significat homines artificiosos cū subtilitate ingenij, omnes artes facile apprehendentes, delectantes se in artibus pulchris & profundis: ut est musica, rhetorica, poesis, astrorum & totius matheseos perscrutatio. Quorum significatio est, Ingenium, ratio, facundia, iucunda deceptio, & non raro fraudulenta calliditate decipientes. Ait Hermes ad regem. Cū præcipis scribi chartam aliquam, nō sigilles priusquam legas: quia plurimā reges decipiuntur ex his. Addit Hali. Dedit Lunæ Algazilaticū. Quia est similis Algazilo. i. nuntio regis quando facit sua mandata, & defert ea quocūque præcipit. Ex his palàm cōcluditur. Solem in medio planetarū locatum tanquam moderatorem eo-

Mercurij.

☿

NOTA.

☽

Officiū Lunæ. Algazilo.

D

rundem. Immo omniũ rerum mundanarum. Sed de ea re nunc satis.

De ordine 12 signorum. Quare ab Ariete fiat signorum inceptio.

Est præterea in cœlestibus alius ordo in signis zodiaci, scilicet Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo &c. Non dicam impræsentiarum rationem, quare post Arietem signum calidum & siccum sequatur Taurus frigidum & siccum. Dein Gemini signum humidum & calidum &c. Sed id tantum (non ab re) indicabo, quare in signorum ordinatione Aries sit primum signum circuli zodiaci, cui tamen neque principium neque finis assignari possit. Quocirca non magis ab Ariete quàm undelibet inchoandum quis recte putare posset.

Ptolemæus.

Ad hoc pulchre respondet Ptolemæus in Quadri. tract. 1. ca. 10. Quapropter (inquiens) cum circulus signorũ naturali careat principio, uelut & omnis circulus, illius principium signũ uernalis æquinoctij quod est Aries posuere. Ab illo, scilicet, initium sumplere à quo complexio crescit humida: sicut & in animatis prima pars annorum uitæ est tempus, in quo eorũ complexio existit humidior. Vbi cõmentator Hali Heben Rhod. sic scribit. Ptolemæus uult dicere: quod circulus non habet punctum specialem, ut sit principiũ naturale. Posuerunt tñ antiqui principiũ à principio æquinoctij ueris, & hoc est signũ Arietis. Et infra. Antiqui secuti sunt naturam, & inuenerunt quod humiditas temperata in animalibus est in principio, & propter hoc dixerunt conuenire, ut naturale principium firmamenti sit cõueniens ætati eidem, quod est principium ueris. Et hoc quia natura facit res terrenas sequi corpora cœlestia, & sic semper sunt ea sequentes. Hæc cõmentator. Ex his in summa exugitur hæc ratio. Principiũ zodiaci est ille locus, in quo complexio temporis est humidior cũ temperamento tamen, sicut prima ætas animalium est, in qua complexio est humidior. igitur.

Hali Heben Rhodan.

E

Albumasar.

Aliam rationem & lucidiorem affert Albumasar in suo Introdu. lib. 2. capi. 5. quẽ legito, habet enim pulchrã materiam. Vnde paucis hæc extrahitur ratio. Ex quo in rebus naturalibus primo est generatio & ultimo corruptio: Et generatio longe præstantior est corruptione, quum per illam res acquirant esse, per hanc non esse. Sed quia calidum temperatum est principiũ generationis & motus animatorũ, frigidum autem contrà principium corruptionis & diminutionis rerum: Iccirco iuste ab Ariete sumpsit zodiacus principium & non à Libra. Cum enim sol Arietem perambulat, accedit tempus temperate calidum, & incipiunt res generari, augmentari, renouari, uegetabilia pullulate, Teste Ouidio primo Fastorum.

Ouidius.

Omnia tunc florent, tunc est noua temporis ætas.
Et noua de grauido palmite gemma nitet. lege supra.

F

Cõtra in Libra propter siccitatem & frigus corrumpi, diminui, deficere & arescere. Sed quia generari, augmentari, renouari pullulare sunt res nobiles & amicæ naturæ, contra corruptio, diminutio, defectio, res ignobiles, & naturæ inimicæ, ueteres ab Ariete haud à Libra principium circuli sumpsere.

Macrobius lib. primo de somnio Scip. aliã adducit rationem, quã modo mis(sam facio.

Macrobius. Ordinis uariatio. Ordo planetarum uariatur.

Sed hic minime prætereundum est, quòd nonnunquam ordo, certo respectu, in se sumit uariationem. Id paucis exemplis manifestabo: & primo in ordinatione planetarũ. Nam cum ab imis sursum tendimus, Luna inter errones est primus, secundus Mercurius, tertius Venus &c. & Saturnus ultimus ac supremus. Cum autem à cœlestibus ad hæc terrena descendimus, Saturnus est primus, Iupiter secundus, Mars tertius &c. & Luna infima & ultima. Iuxta cõmunem hunc uersiculum.

Post sim, sum, ultima Luna subest.

Secundũ exemplum de 12 signis.

Secundo, pro exemplo occurrunt nobis duodecim zodiaci signa, quorum ordo respectu diuersorum mundi tractuum patitur uariationem. Nos enim

qui

A qui septentrionem incolimus ab Ariete numerationē auspicamur, eo quòd sol Arietem adiens nobis tempus uernum aduehit. Septentrionalia sane signa percurrens donat nobis tempus ueris & æstatis. Contra his qui ultra æquatorem sedes in austrum posuere tempus uernum incipit, cum sol Libram ingreditur, propter accessum solis ad eos. Et sic per meridiana signa transiens illis ipsis constituit uer & æstatem, quare hi signorum initium à Libra & non Ariete sumunt. Inde temporum uarietas emergit, ut meridionalibus autumnus sit in Ariete, cum nobis septentrionarijs uer est. In Cancro hyems, cum nobis æstas. In primo gradu Libræ ueris illis principium est, cum nobis autumni. In Capricorno bruma nobis, cum illis æstas sit. Sicut enim se ad nos solstitium Cancri habet, ita se ad Capricorni tropicus. Ex his etiam infertur quòd habitatores meridiei, nostra tempestate ad fidem Christi ductu regum Portugalliæ cōuersi, sequentes formam Romanæ Ecclesiæ, cum nos Paschale sacrum tempore uerno celebramus, hi autumni tempore peragunt. Et nos natale Christi in bruma festiuiter tenentes, hi in æstate absoluunt. Et sic de reliquis. Postremo quod nostris quinque parallelis, respectu diuersorum situū terræ, iuxta uarias poli subleuationes alius & alius ordo assignatur, quemadmodum textus indicat, apud Græcos haudquaquam inconuenit.

De quinque parallelorum ordine.

B

DE POTESTATE ÆQVIDISTANTIVM.

TEXTVS PROCLI

IAm uero nec potestates eorundem æquidistantium eædem. Nam qui nobis solstitialis circulus habetur, Antipodibus certe brumalis efficitur. Cōtra qui illis solstitialis est, nobis brumalis redditur. Sed qui sub æquatore degunt: ijs uniuersi tres circuli uiribus plane solstitiales sunt, utpote sub ipsam solis orbitam incolentibus. Quamquam si ad se inuicem conferantur, qui nobis pro æquatore statuitur, solstitialis uicem obtinet. Ambo uero tropici pro brumalibus censentur. Namque is demum natura solstitialis circulus, perpetuaque ratione in toto terrarum orbe dici potest, qui proximè habitationem habetur. Quo fit, ut ijs qui sub æquatore agunt, æquator ipse pro solstitiali statuatur, utpote in quo sol supra uerticem agitur: pro æquatoribus autem omnes æquidistantes circuli, uelut per æquas parteis ab horizonte dissecti.

STOEFLERI INTERPRE.

C IN hoc capite Proclus tractat de potestate trium æquidistantiū, scilicet, tropici æstiui aut solstitij, æquatoris, & tropici brumalis: & hoc in comparatione aut respectu eorū, qui diuersas orbis terræ partes habitant. Qui quidē æquidistantes non ubique seruant eandem potestatem, id est, eadem officia uel easdem nominationes. Et primo loquitur de duobus tropicis, sic. Hunc æquidistantem quem nos Aquilonij tropicum solstitialem aut æstiuū appellitamus, ob id cum sol eundē adierit, nobis redditur uicinissimus, atque æstatem affert. At contra hi qui in austrum sedes posuere, memoratum tropicum brumalem uocant, quòd sol ab his longius abit, hyemisque rigorem inducit. Sic circulus Tropicus in meridiem locatus, austrinis ipsis solstitialis & æstiuus est, nobis brumalis constituitur. Secundo loco pertractat æquatorem, & qui sub eo uitam agunt. Et habet quatuor particulas. Pro quibus annotandum. Supra capite, de sphæræ circulis, diximus more Latinorum, solstitium bifariam accipi, puta in proprio significatu, & extenso uel largo. Hoc pacto solstitialis circulus Gemino modo sumi potest. Primo pro circulo quem sol propter eius maximum recessum ab æquatore tanquam ultimū aut uersus septentrionem aut meridiem describit. Vt sunt tropicus Cancri & Capricorni. Secundo pro circulo ad quem

Duo Tropici uariant nominationes.

Aequator.

Solstitium dupliciter accipitur.

cum sol accesserit, redditur uerticalis ijs qui sub eo degunt: & sic Aequator dicitur circulus solstitij. Proclus autem hic sub uno uocabulo, Solstitialis, utrumque significatum comprehendit uniuoce. In uersiculo igitur. Sed qui sub Aequatore degunt, iis &c. Hoc habet in sententia: Iis qui sub Aequatore agunt, hi tres circuli uires & officia ac etiam nomina sumunt solstitialis, diuersis tamen temporibus. Iis sane sole Cancrum adeunte, circulus cancri recte uocatur solstitialis septentrionalis. Cum autem sol in principium Capricorni deflexerit, dicitur ipsis solstitialis Austrinus. Et demum sole initium Arietis aut Libræ possidente, Aequator eis solstitialis appellatur. Et adiungitur in textu: utpote sub ipsam solis orbitam incolentibus. Scito orbitam uestigium esse in uiis, ex cursu decurrentis rotæ. Et hic per similitudinem dicitur esse uia solis, s. linea, Zodiacũ secundum longũ in duo equalia partiens, sub qua sol uehitur, ab ea nunquã declinans. De qua in subditis capite de signifero. Hi igitur qui sub Aequatore degunt, dicuntur habitare sub orbita, id est uia, solis. Non quod orbita solis sit eis semper & pro omni eius parte uerticalis, sed propterea, quòd eius orbitę partes principaliores & insigniores, puta principiũ Arietis & Libræ sunt illis ipsis semper uerticales. Quæ quidem principia coëunt cum Aequatore omnium parallelorum nobilissimo: quemadmodum supra ubi de eius officijs egimus, explanauimus. D

Prima particula textus.

Ecliptica (manuscript)

Orbita quid.

Vide Pli. lib. 2 ca. 68.

Secunda particula.

In uersiculo. Quamquam si ad inuicem &c. Proclus exponit horum trium æquidistantium ad inuicem collationem aut comparationem, hanc. Circulus quem nos æquatorem appellamus, habitantibus sub eo solstitialis obtinet locum, ad quem duo Tropici collati pro brumalibus habentur, propter maximum solis recessum ab eis. Huius declarationem uide supra in §. Sequitur in canone. B

Tertia particula.

NATVRA.

Seneca lib. 4. de beneficijs.

Deinde in uersiculo. Namque is demum &c. Proclus effert Aequatorem inter alios circulos solstitiales tamquam digniorem, & ut primarium ac antesignanũ. Ad id potes applicare ea quæ supra de dignitate æquatoris explicanimus. ADDO. Naturam nil aliud esse quàm DEVM & diuinam rationem, toti mundo & partibus eius insertam. Authore Seneca. Quæ quidem natura indidit æquatori hanc dignitatem, quòd cum sol eundem adierit, accidat (res miratu digna) æquinoctium uniuerso orbi: quare ab omnibus mundi habitatoribus appellatur æquator. Et quia in æquinoctio sol omnibus sub ipso æquatore habitantibus in die naturali fit uerticalis, haud indigne, ab uniuersis solstitialis nominatur. Quocirca ob eius nobilitatem situs est in medio, prope utramque habitationem, scilicet, septentrionariam & austrinam, ut eius potestas & uis omnibus facile innotescat. Verba textus hæc. Qui proximè habitationem habetur, aut similia his, exponit Laurentius Vallensis libro tertio Elegantiarum capitulo quadragesimonono. his uerbis. Comparatiua Aduerbia & superlatiua præter suam constructionem ablatiui & genitiui, ut scribo melius te, & optime omnium, aliquando seruiunt accusatiuo, utique ea quæ à præpositionibus ueniunt illarum naturam seruantia. Cicero ad Octauium. Cur castra medio itinere longius aduersariorum castris & propius urbem mouentur. Idem ad Atticum. Tamen esse officium meum putaui, exercitum habere quàm proxime hostem. Sallustius. Proxime Hispaniam Mauri sunt &c. Hactenus Laurentius Vallensis. Quare hæc particula textus sic exponitur. Qui, scilicet, æquator habetur proximè, id est, prope habitationem, scilicet, utramque: scilicet, septentrionalem & meridianam, uel habitationem, id est, F

Lege Strabo. li. 2. sub finem.

Lauren. Val. Expositio aliquorũ uerborum.

Cicero.

A id est, habitationes. Ipse enim (ut sæpius diximus) dirimit terram in duo maxima hemisphæria, & per consequens in duas habitationes.

Postremo in uersiculo. Pro æquatoribus aût omnes &c. Vult hic, quod apud ipsos qui sub æquatore degunt, omnes æquidistantes circuli fiunt æquinoctiales, i. quòd sub ipsis fit æquinoctium. Et quia hi sphæram rectam habitant, omnes æquidistantes ab horizonte in duo æqualia secantur. De ea re lege supra. Quarta particula.

Proclus hic in textu citat Antipodes: pro quibus & alijs contuendum. Terreni corporis moles ingens ualde, in septentrionem & meridiem abortu & occasu, quia globosa est, uarias in se recipit partitiones (de quibus sæpius diximus) Inde factū est, ut accolæ ex situs uarietate alia & alia nomina assumant. Omissis autem in præsentia plurimis, in hoc capite de simul habitantibus ex Alberto Magno, & de Pericecis, Antœcis ac Antipodibus ex Cleomede disserere libuit. Albertus Magnus libro De natura locorum distinctione prima capi. decimo. In terræ dimensionibus ponit ex dictis quorundam philosophorum quatuor habitatorum genera. Quorum primum hic suis uerbis explicabo. his. Dicuntur autem simul habitantes, quorum habitatio secundum sensum longitudinis & latitudinis una est, licet secundum rationem sit diuersa. Vt autē hoc melius sciatur, sciendum quòd horizon est circulus, cuius centrum est centrum habitationis cuiuslibet, & cuius circumferentia tangit undiq; concauum hemisphærij per circuitum, à polo in polum per duo puncta orientis & occidentis diffusa. Et hic quoque horizon est duplex. Vnus quidem secundum rationem acceptus, & alter secundum sensum. Secundum rationem quidem quodlibet terræ punctum suum habet horizontem, cuius circumferentia cœlum in prædictis punctis attingit. Et ideo cuiuslibet puncti habitationis nostræ superius diximus esse diuersam naturam. Et hic circulus licet secundum esse sit mobilis, & moueatur secundum motum eius, cuius est horizon, tamen secundum situm est immobilis sicut & ipsa puncta orientis & occidentis, quæ situ manent & secundum esse uariantur. Et de hoc horizonte non intendimus hic plus dicere quàm hoc quod dictum est. Quia sufficientior consideratio ipsius pertinet ad Astronomiam. Horizon autem sensibilis est, qui finit uisum, hoc est, postquam sensibilis est alius punctus orientis & alius occidentis, & alius Aquilonis, & alius meridionalis: Et illius cuius diameter ad plus est duum miliū stadiorum se-

Alber. Ma.

B Simul habitantes.

Horizon quid

Horizon duplex.

Horizon secū dum rationem

Horizon sensibilis.

C cundum Ptolemæum. Secundum autem uerissimam ipsius deprehensionem nunc cōmuniter deprehenditur uariari, quando semidiameter eius est, quadringentorum uel ad plus quingentorum stadiorum. Et ideo quæcunque ciuitas uel locus elongatur ab alio quingentis stadijs, sensibiliter habet alium ortum & occasum stellarum secundum tempus sensibile & quicunque locus ab alio remouetur secundum latitudinem quingentorum stadiorum, sensibiliter calidior uel frigidior quàm alius est: Et sic sensibilis est distinctio proprietatū latitudinis & longitudinis locorum. Nisi sit impedimentum per accidens aliquod loci ex maribus aut montibus. De quo accidente nos infra tractabimus. In omnibus autem his locis simul habitare secundum sensum dicuntur, quorum secundum sensum est una loci in calido & frigido, in humido & sicco proprietas, ex eadē latitudine loci sensibili, & quibus sensibiliter est unus ortus & occasus solis. Hactenus Albertus.

Melius secundum Proclum infra ca. de Horizonte.

Attendendum est hic, quod 2000. stadia diuisa per octo faciunt miliaria Itali-

ca 250. quæ diuiſa more priſcorum authorum per quinq́, faciunt miliaria Ger-
manica cõmunia 50. Vel recentiorum more per quatuor faciunt 62. & $\frac{1}{2}$. Tot D
500 ſtadia, reducuntur in mil lia. Ita. & Ger.
igitur miliaria uel Italica uel Germanica haberet diameter horizontis ſenſibilis.
Quod autem ſubiungit, Secundum autem uerißimam &c. Nota, quod 500.
ſtadia per octo diuiſa faciunt .62. miliaria Italica & $\frac{1}{2}$, quæ per quinq́ partita
more ueterum faciunt duodecim quaſi miliaria Germanica. More noſtro per
quatuor faciunt 15. miliaria Germanica & fere $\frac{1}{2}$. Hi numeri indicant ſemidia-
Simul habitantes.
metrum horizontis ſenſibilis, & terminũ huius horizontis. Habitantes igitur
intra hos terminos dicuntur ſimul habitantes. In exemplo. Oppida aut ciuita-
tes iuxta recentiores minus quindecim miliaria Germanica ab oblata ciuitate
tanquam centro diſtantes, earundem habitatores dicuntur ſimul habitare ut
Vberlingenſes, Stulingenſes, Furſtenbergenſes, Offenburgenſes, Spirenſes,
Heidelbergenſes, Moſbachij, Aulenſes, Bibrachenſes &c. reſpectu Tubingen
Cleomedes.
ſium. Poſt Albertũ de ſimul habitantibus accedo ad Cleomedem, is primo
Perioeci qui.
Meteorõ capitulo, de cœleſtibus orbibus, alios tres habitatores terræ pandit, ſci-
licet Pericecos, Antœcos & Antipodes. Perioeci igitur, hoc eſt circum habitãtes
cucũaccolentes, aut circumcolæ à Cleomede deſcribũtur hi, qui in eodem quo
nos temperato climate ſub terra creduntur habitare. Recentiores autem obſer E
uatores diligentiores, hoc noſtro tempore ſic diffiniũt. Perioeci proprie ſunt hi
qui ſub eodem parallelo & meridiano, punctis tamen ipſius meridiani è regio
ne poſitis, habitãt. Declaratio. Cum dico ſub eodem parallelo excludo Antipo
des & Antœcos, quibus &ſi ſemper idem qui nobis meridianus eſt, diuerſos ta-
Vnus parallelus Perioecorũ
men ſemper habent parallelos, latitudine æquali ab æquatore diſtantes. Peri-
oeci enim ſub uno & eodem parallelo continentur, quod neq́ Antipodibus, ne-
que Antœcis in reſpectu Perioecorum conuenire poteſt, ſed diuerſos (quemad-
modum infra oſtendetur) petunt parallelos. Perioeci etiam proprie unum de-
ſiderant meridianum, qui parallelum ipſum in duas æquas ſecat partes. Quo
fit, ut parallelo (principio ſumpto ab uno puncto ſectionis) in 360. partes diſtri-
Vnus meridianus eorundẽ.
buto, Pericecos diſtare 180. partibus huius paralleli diſtributi, hoc eſt, per diame
trum huius paralleli, & habere pedes, contra ſe inuicem uerſos, ſed ea propter
non dici Antipodes proprie, ut in ſequentibus explanabitur. Item Perioecorum
habitatio eſt ſub parallelis, qui terram haud quaquam dirimunt in duas partes
æquales uel in duo hemiſphæria maxima, quod ſolius æquatoris inter omnes
Strabo.
æquidiſtantes officium eſt. Teſte Strabone libro ſecundo ferme in fine inqui-
ente. Cum autem æquinoctialis totum duas in partes cœlum ſecet, & terram F
diuidi neceſſe eſt, ex incumbenti æquinoctiali. Hemiſphæriorum aũt utrumq́
& cœleſte & terreſtre, unum quidem Boreale, alterum autem Auſtrale uocatur
&c. Niſi quis ſub æquatore circulo in oppoſitis partibus unius meridiani Pe-
rioecos habitare affirmauerit: & id quoq́ ex data diffinitione concedi oportet.
Quo conceſſo, & Antipodes poni unico tantum parallelo qui Aequator eſt cõ
fiteri cogimur, aliàs Antipodibus duo ſemper paralleli alligantur. Verum enim-
uero ſi antipodibus nihil commune eſt, ſed omnia contrario modo ſe habent, ut
De antipodibus.
Cleomedes teſtis eſt, ſub æquatore Antipodes minime quærendi ſunt. Nemo
enim eſt qui neſciat, ſub æquatore (eo dempto quod cõtrarijs temporibus diem
noctemque habent) omnia alia paria eſſe, hoc eſt, eandem & perpetuam diei
Perioecis unus meridianus q̃re.
noctiſque quantitatem, duodecim horas æquales nũquam excedentem, ſimul
æſtates, ſimulq́ ſuo modo hyemes habere, & alia id genus plura: ſicuti in ſupe-
rioribus abunde demonſtrauimus. Ad perioecos redeo. Quòd dixi ſub uno me
Perioeci improprie dicti.
ridiano &c. ſecludo eos qui ſub uno parallelo, diuerſis tamẽ meridianis degũt,
qui proprie non dicuntur perioeci. Fateor tamen Perioecos quandoque minus
propriê

A proprie dici eos, qui sub uno parallelo locati sunt, certis distinctis interuallis sub uno aut diuersis meridianis. Hos uocauit Albertus circulariter habitantes cum inquit. Circulariter autem habitant quorum quidem latitudo cum sit una, longitudo non una & eadem est. Isti enim sub uno parallelo circulo habitãt, qui æqualis est in circuitu latitudinis ab æquinoctiali circulo &c.

Albe. Ma. circulariter habitantes.

Periœcos improprio significatu acceptos appellat Albertus oppositè habitantes, Antipodas & Antigenos, in hæc uerba. Oppositè autem habitant quorum unus est parallelus secundum latitudinem eandem, sed non est eis longitudo una, sed potius distant secundum magnam longitudinem quæ potest esse secundum circulum. Hoc autem est quando elongantur per se per totum semicirculum, tunc enim distant secundum longitudinem totam diametri, & uertunt pedes contra se inuicem. Ita, quod diameter intellectualis paralleli circuli per zenith capitum & per pedes & per centrum semicirculi transit: & isti uocãtur Antipodes uel Antigeni. Et sunt in nostra habitabili sic habitantes omnes qui sunt in uno & eodem climate elongati à se inuicem per totam longitudinẽ orientis ab occidente nostræ habitabilis. Est autem habitatio talium æqualiter
B quidem calida & frigida, & humida & sicca, per unam & eandem latitudinem quam habent: non tamen in una hora habent orietem & occidentem, sed potius differt ad minus per sex horas ortus istorum ab ortu illorum. Et similiter occasus &c. Hactenus Albertus. Si librariorum incuria Albertus non est corruptus, eius uerba à ueritate aliena sunt, labiturque cum uetustate potissimum in eo quod Periœcos propriè sumptos ab Antipodibus nihil distare facit. Forsan imitatus Martianum Capellam libro sexto eodem morbo laborantem, qui ea quæ periœcorum sunt Antipodibus ascribit. Periœcos Antipodes appellitans. Non satis mirari possum Alberti incuriam. Nam Antipodes esse sub uno parallelo (Aequatore excepto, si dignum est) à grauissimis authoribus pro impossibili habetur. Taceo quod Antipodibus omnia contraria sunt. Nec statim ad puncta diametri cuiusuis paralleli è regione posita, Antipodes sunt ponendi. Sed de his infra uberius differetur.

Oppositè habitantes.

Prisci uiri alioqui doctissimi, aut Periœcos omnino esse negauere, aut ipsis admissis nullus nobis cõmeandi locus concessus propter nimiam distantiã, & interiectum undique oceanum nauigio insuperabilem. De qua re etiam in subditis dicemus. Exemplis igitur docebimus priscos hos uiros multum aberrasse,
C patrocinante nobis Ptolemæo principe mathematicorum, & maximo geographicæ doctrinæ professore. Cui indubitata fides habenda est, teste Strabone in fine secundi. Vbi (ut paucis dicatur) exigitur, terrarũ scriptoribus qui ex physica & Astronomia profecerunt, fides adhibenda est.

Priscorum lapsus de periœcis.

Primo igitur exemplo indicabimus Periœcos non usq; adeo distare, quin ad eos, nullo prorsus oceano insuperabili obstãte, transitus esse possit. Ni forsan gentium feritas, uel locorum passim inuia desertáque prohiberent. Obijce ergo obtutui tuo generalem Ptolemæi chartam, & confer oculos ad Cassiterides insulas, stanno, plumbóque fertiles, supra Hispaniam, è regione Celtiberiæ in oceano occiduo sitas, quarum media, authore Ptolemæo libro secundo capitulo quinto Tabula secunda Europæ, habent in longitudine quatuor gradus. In latitudine ferme quadraginta quinque. Nec poteris mihi in principio huius exempli obijcere, Hunc oceanum in quo hæ insulæ sunt locatę esse innauigabilem aut insuperabilẽ, quum ex his oceano enauigato in Hispaniam & alias regiones, plumbi effosi maxima quantitas sit inuecta aut importata. Sumpto igitur, Deo fortunãte, principio ab annotatis insulis & animaduerso parallelo

Exemplũ primum periœcorum.

D

45. fere gradibus alligato, egressus Hispaniam, dirigo iter per Gallias, perque uicinias Rhetiæ, Vindelitiæ, ac utriusq; Pannoniæ, per Daciã & Mysiam. Superatoq; ponto Euxino, in quem Danubius sex ostijs ingreditur, si prorsus decreuero à memorato parallelo nusquam declinare, per Colchidem, Iberiam atque Albaniam gressus dirigo, ad mare Caspium, quo aut eius littore septentrionario transito, prope Bactrianam per Sogdianam & Sacarum regionem, quibus Scythia intra Imaum montem imminet, & Scythiã trans Imaum Seriamq; regionem iter absoluo. Vbi Taguri gentes longitudini 180. grad. adhabitant. Finitq; terra in longitudine Ptolemæo cognita, ultra quam hodie magna pars terræ in cognitionem uenit. Cuius incolæ sunt pagani, idololatræ & Christiani Nestorini. Si igitur ab accolis Cassiteridũ recensuero 180. gradus in parallelo 45. graduum, incido in homines Cassiteridibus Periœcos. Iuxta datam diffinitionẽ sub uno parallelo & meridiano temperatæ etiã habitationis sitos. Ecce.

Cassiteridum periœci.

Pro secundo exemplo aduoco parallelum uergentem per 30. gradum latitudinis septentrionalis. Inuestigaturus igitur sub eo periœcos, sumo principium in Mauritania Tinganica, & in terra continente à promontorio Herculis, cuius longitudo (autore Ptolemæo lib. 4. capi. 1. & Tabula. 1. Afri.) est propemodum 8. graduũ & latitudo. 30. A quo sub memorato parallelo progredior in exortum per utrasq; Mauritanias, perq; Numidiam, Africam minorem, Cyrenaicam regionem, Marmaricam, Libyam, Aegyptum, Arabiã Petream & desertam, Susianã, Persidem, Carmaniam, Drangianã, Arachosiam, Indiam intra & extra Gangem, usque in Sinarum regionem, ubi habitant Semanthini sub longitudine 180. graduum & termino terræ à Ptolemæo cognitæ. Cui hodie recentioribus obseruationibus addita est terra in orientem expansa, in 810 fere miliaria Germanica cõmunia. Vbi maximus Patriarcha & imperator Indiæ Ioannes Presbyter sceptra tenet. Est aũt huius Indię terra multum populosa, ob aeris salubritatem. Vnde multi etiam hodie in centum & quinquaginta annos in sana ualetudine manent &c. Si igitũ à 180 gradibus longitudinis Ptolemæi subtraxero 8. gradus longitudinis promontorij Herculis, residuo 172. gradus, quibus si de terra Ioan. Presbyteri nobis nunc cognita addidero 8. gradus, colligo 180. gradus longitudinis, medietatem memorati paralleli, & distantiam per diametrum, & per consequutionem Periœcos, quos quæsiuimus. Deducor enim ferme in Omanum locum nobilissimum. Vnde expiscantur uniones & margaritæ in magna copia. Habita tandem (ut lectores exemplis oppleam) charta Geographica moderna, in qua Ptolemæi chartæ quaquauersum recentes lustrationes adiectæ sunt, Periœcos uenari erit factu facillimum. Neque illud omiserim, Cleomedẽ & Macro. lib. 2. de somno Scipionis Periœcos dumtaxat in temperata zona collocasse, asserentes Torridam aut exustã zonam propter nimietatem feruoris uictutis inhabitabilem. Sed quia eandem habitari etiã ab hominibus hodie manifesto manifestius est, diffinitio data, eiusdem habitatores non excludit.

B

Omanorũ periœci.

F

Cleomedes. Macrobius.

Quæ Periœcis nobiscum cõmunia sint.

Authore Cleomede, Periœcis nobiscum cõmunia sunt. Primo quòd eandẽ temperatam habitamus. Deinde quòd eandem habemus æstatem & hyemem, atque reliqua anni tempora horasq; alias & augmenta & diminutiones dierum pariter & noctium nobis cum illis eadem sunt. Quibuscumque enim idem est parallelus latitudinis, his eadem est dierum noctiumq; uno tempore quantitas. In hoc tantũmodo à nobis distant, quòd neque eundem ortum, neque eundem occasum habent. Et quando nobis diei medium est, illi medium habent noctis, & è regione. Verum id ultimum moderamini subijciendum est, tali. Periœcis diem & noctem modo esse contrario, Intelligi debet, de his quibus sol oritur & occidit;

Canon.

Cautio.

A occidit. Tales ſunt omnes, quibus in hemiſphærio noſtro ſeptentrionario latitudo minor eſt 66. gradibus & 30. minutis. Quo fit ꝙ his qui ſub parallelo 67. 68. &c. latitudinis agunt, conſtituto anni tempore uſuuenit dies unus continuús 24. horas excedens. Sub his igitur parallelis dati Periœci, diem habent (quia continuus eſt) uno & eodem tempore. Huius rei probationem habes ſupra per tabulam egregiam quantitatis longiſſimi diei æſtiui in § 67. 68. 69. &c. Idem intelligendum eſt in oppoſitis temporibus de continua nocte. Sed de Periœcis Hactenus.

Antœci qui

¶ Antœci propriè ſunt qui ſub parallelis utrimque ab æquatore æquali latitudine diſtantibus habitant, quibus una & eadem eſt longitudo ad unum ſemimeridianum numerata. Dicti Antœci, non ut contrariam ut Antipodes ſed diuerſam terram habitant. Diuerſam dico, de qua Strabo libro ſecundo in calce & ſupra. Huius autem diuerſitatis cauſa eſt æquator, qui dirimit partem terrę auſtrinæ à ſeptentrionali. Noſtri enim Antœci ſunt ſiti trans æquatorem in parte auſtrina. Et qui auſtrinas colunt partes ſuos Antœcos habent in parte noſtra ſeptentrionaria. Ita tamen quòd à mediatore circulo, hoc eſt æquatore, æqua diſtent latitudine. Quibus etiam cõuenit una longitudo, quæ ipſis indicatur per
B ſemimeridianũ incidentem per capita eorum. Antipodes ſane ſub uno meridiano & æqualis latitudinis parallelo ſiti ſunt. Oppoſito tamen totius meridiani puncto habitant. Ita quòd diameter à ueſtigijs noſtris per terræ centrum ducta, ad iſtorum ueſtigia pertingat, quod Antœcis eſt impoſſibile. Albertus Antœcos uocat coalternatè habitantes. Cuius hæc ſunt uerba. Coalternate autem habitare dicuntur, quorum una quidem eſt longitudo, ſed non latitudo ipſorum eſt una & eadem: & illi ſunt qui ſub eadem linea habitant meridionali quibus eſt in uno & eodem tempore ſenſibili meridies, quando ſol accedit ad zenith capitum eorum, in motu diurno, ſed tamen non habitant ſub eodem parallelo circulo, qui diſtet æquali latitudine per circuitum habitationis ab æquinoctiali circulo. Et infra paulò. Sed nõ eſt eis æqualis dies, nec eſt eis æquale frigus, nec calor, nec ſiccitas, nec humiditas. Eò quòd non æqualiter distantur ab æquinoctiali circulo. hæc Alber. Quòd Albertus ſub finem habet: Eò quod, intellige, id eſt eo quòd non æqualiter diſtant in uno circulo ab æquinoctiali ſicut circulariter habitantes, ſed ab eo diſtant in diuerſis circulis, in diuerſis partibus mundi ſitis, ab æquinoctiali æqualiter diſtantibus.

Antœci Coalternate habitantes.

C Nobis cum Antœcis conuenit unitas meridiei & mediæ noctis propter uniunitatem meridiani. Item diei unitas, quæ quidem non eſt accipienda pariter, hoc eſt, pro uno & eodem die, niſi bis in anno in æquinoctijs, ſed diſtinctis & uarijs anni temporibus, ſcilicet, in gradibus ſolis è regione in ſignifero poſitis. Gratia exempli, ſole tenente quintum gradum Piſcium, pro latitudine ſeptentrionali fere quadraginta nouem graduum, dici artificialis quantitas eſt decem horarum æqualium & ſemiſſis: quod noſtro tempore uſuuenit circiter decimum quartum diem Februarij. In meridiem uero ſiti, latitudini auſtrinæ tot graduum ſubiecti, pro eo iam memorato die hanc quantitatem minimè habent ſed maiorem, puta tredecim horarum & ſemiſſis: in ſigno autem & gradu oppoſito, ſcilicet, quinto gradu virginis, Auſtrini hi habent conſimilem diei quantitatem, ſcilicet, decem horarum & ſemiſſis, circiter decimum nonum diem Auguſti. Ecce. Quare de Antœcis (quos Pomponius libro primo in principio Antichthones nõiat) & idem de habitabilibus zonis loquẽs, Reliquæ, dicit, habitabiles (intellige zonæ) paria agunt anni tempora, uerũ non pariter.

Nobis & antœcis cõmunia.

Pomponius.

Quocirca cũ apud nos est maximus dies, apud illos est minimus, & è regione, D
quod accidit propter contrariam latitudinem. Idem accipiendum est de Antœcis sitis intra tropicos. Etsi illis non sit tanta uariatio diei & noctis, ex eo quòd æquatori uicini sunt. In ea tamen quantitate, etiam quantilla sit, ut nos cum nostris Antœcis, contrario modo se habent, quemadmodum infra exemplo manifestabitur.

Accidit etiam Antœcis quatuor temporum uarietas. Vt cum nobis sit uer in Ariete, Antœcis nostris sit autumnus. Cum nobis æstas in Cancro ipsis hyems, in Libra nobis autumnus eis uer, in Capricorno nobis hyems ipsis æstas. Quemadmodum enim ad nos se habet tropicus Cancri. Ita se ad illos Capricorni tropicus. Contrarietas igitur temporum in uniuersum intelligi debet per totam hemisphæriorum latitudinem.

Cautela de antœcis habitantibus intra tropicos.

Et interim cum in memoria tenemus Antœcos intra Tropicos habitantes, cõtrario modo (ut iam diximus) hyemem & æstatem habentes, accidere tamen potest, ut ijsdem simul sit hyems, nunquam tamen simul æstas: duas enim habent æstates propter Geminum accessum solis ad capita corũ. Sicut supra per canones docuimus: & testes sunt Ioan. de Sacrobusto, in libello de Sphæra & Martianus Cap. lib. 6. Quòd autem una ijsdem possit esse hyems, exemplo E
(ut paucis dicatur) explanabimus. Iabadium, id est, hordei insula sita in pelago Indico austrino, authore Ptolemæo lib. 7. ca. 2. & tabu. 11. Asię, habet longitudinem 167. grad. & latitudinem Australem 8. grad. 30. minutorum. Throana uero urbs in littore magni sinus Indici consimilem habet longitudinem, scilicet, 167. grad. ac etiam latitudinem septentrionalem coequalem 8. grad. & 30. minutorũ, Quare per diffinitionem datam in his degentes appellantur Antœci. Quum autem sol trans æquatorem in austrina signa deflexerit, uicesimũ secundumq; ferme Libræ gradũ adierit, erit Iabadijs uerticalis, inducens æstatem, quod nostro æuo cõtingit circiter 6. diem Octobris. Rursus cum inde abit, & ultra in tropicum Capricorni proficiscens brumaleq; efficiens solstitium gradus 15. & minuta 30. pertransit, hyemem ijsdem Iabadijs facit, eo modo quo tanta distantia solis hyemem afferre potest. Palàm autẽ est Antœcis horum, id est, ipsis Throanis ab æquatore in septentrionem 8. gradibus & 30. minutis sitis simul quoque esse hyemem, cum maximam à se solis habeant distantiam. Inæquales tamen huiusmodi hyemes sunt. Calidior sane horum est, à quorum zenith sol iam primum discessit, qui maiori interuallo graduum 15. & 30 minutorũ in austrum inclinans abesse nequit, frigidior autem horum est qui in septentrionem eandem habent F
latitudinem, ab ipsis enim sol 32. graduum intercapedine abest, nec abesse amplius unquam potest. Id tamen certum est & physica ratio approbat, has simul hyemes esse, quamquam nulla prorsus intra tropicos tam frigida esse possit hyems, quin illa, quantũ ad solis recessum & distantiam pertinet, calidior sit æstate qualibet paralleli nostri altitudinis propemodum graduum 49. Sol uero cũ solstitio brumali peracto incipit in zodiaco ad nos ascendere, rursus parallelum Iabadiorum attingit, fitque uerticalis, alteram æstatem faciens. Accidit itaque ut hi duas æstates habeãt, unà cum hyeme, ante quam illi Throani æstatẽ habeant primam. Simili modo sole apud illos in septentrionem sitos mouente euenit, ut duas æstates & hyemem unam habeant, quando his hyems continua est.

Extra Tropicos igitur agentes omnia anni tempora solis habent, & in Antœcis & Antipodibus cõtrario modo, intra Tropicos autem omnia bis. In his omnibus ad instrumenta & tabulas Geogra. recurrendum est, ut intellectum sensuũ certitudine instruamus.

Cautela.

Quòd si in meridiem terra reperta esset habitata in 67. uel 68. &c. gradus latitudinis, quemadmodũ in septentrionem, dari possent Antœci quibus certo tem-

pore

A pore anni nec dies nec nox simul essent, contra priscorum authorum placita.
Nam cum hi in septentrione habent continuum diem in plures naturales ex-
passum, contra hi qui tenent eandem latitudinem in polum austrinum inte-
rim haberent noctem continuam. Hæc organum sphæræ mundi plane indicat.

Demum exemplis antœcorũ diffinitionem lucidiorem reddam. Scito tamen
quòd extra tropicos, ex cõmentarijs Ptolemæi nullum plenũ exemplum colli-
gi potest. Huius ratio, quòd trans tropicum Capricorni ei terra incognita fuit.
Adiumento uero recentiorũ chartarum, ultra montes Lunæ, Rapsios Aethio- Rapsiorum antœci.
pes & Barditũ montem, de quibus Ptolemæus lib. 4. ca. 9. & tab. 4. Africæ, à re-
gibus Portugalliæ inuentæ sunt propemodum innumeræ gentes nudæ, in au-
strum expositæ, de quibus plura in itinerario Portugallensi. Iubeor igitur his
Antœcos inuestigare, uenio ad Peloponnesum, de qua Ptolemæus lib. 3. ca. 16. &
tabu. 10. Euro. & offendo Mothonem urbem, quam Plini. Pompon. & cæteri
Methonen nominant, habentem longitudinem 49. graduũ & latitudinem se-
ptentrionalem fere 35. Consimilem longitudinem & latitudinem meridianam
habent memoratæ gentes, modernis chartis id indicantibus. Quare concludo
B Methonenses his gentibus esse Antœcos, & contra.

Secundum exemplum, de his qui intra Tropicos agunt. Offeruntur mihi Ich-
thyophagi regionis Sinarum, habentes in longitudine quasi 180. gradus. In lati-
tudine aũt septentrionali 3. Authore Ptolemæo lib. 7. ca. 3. & tab. 11. Asiæ, quibus
maximus dies æstiuus est 12. horarum & 10. minutorũ; iuxta modernam obser-
uationem: his Antœcos determinare iubeor, optato uenit mihi Sinæ * metro- * alij Thynæ.
polis Sinarum, quæ Ptolemæo supra docente habet longitudinem 180. gra. La-
tudinem uero austrinam triũ graduum, sunt igitur Sinenses Antœci Ichthyo-
phagorum. Et cũ Ichthyophagi habent diem maximum 12. horarũ & 10 minuto-
rum, Sinenses habet minimum, scilicet, 11. horarum & 50. minutorum, quamq;
parua sit temporum differentia. Vsque huc de Antœcis sit dictum.

Antipodes proprie sunt, qui sub parallelis ab æquatore utrimque æqua lati- Antipodes q.
tudine distantibus, aut sub ipso æquatore, sub uno meridiano habitant, siti ad
puncta diametri per centrum mundi euntis. Dicti Antipodes quòd pedes obuer
tant sibi, aut uestigia uertant contra se inuicem. Iidem & Antichthones nominã-
tur à contraria terra habitata. Sunt autem Antipodibus quatuor præcipue con-
ditiones. Prima quòd habitant sub duobus parallelis æquidistantibus ab æqua- Quatuor conditiones antipodum.
tore, quorũ unus locatur in septentrionem alter in meridiẽ, dempto æquatore,
C & in hoc conueniunt cũ Antœcis. Secunda quòd sunt siti sub uno meridiano, &
in eo cõcordant cum Periœcis & Antœcis. Tertia quòd distant maxima distan-
tia circuli meridiani, i. per diametrũ ipsius aut p. 180. gradus circuli magni. Quar
ta ex iam dicta sequitur, quòd diameter illa transeat per centrũ mundi. Omnes
certe diametri circulorum magnorum sphæræ uergunt per centrum mundi.

Rem ipsam nunc exemplis ornabimus. Et primũ sumptum est, ex Geogra-
phia Ptole. Is lib. 4. ca. 6. & tab. 4. Afri. In occiduo Libyæ interioris ponit sinum
magnũ noĩatum Hesperium. Cui ultra æquatorẽ in austrũ, eodem Ptole. lib. 4
ca. 9. teste, adhabitant Hesperij Aethiopes. Ex his nõnullis est longitudo o. grad.
latitudo meridiana 10. uel 11. graduũ. Præterea Ambastæ populi regionis Sina-
rũ, de quibus Ptole. lib. 7. ca. 3. & 11. tab. Asiæ, ab Ambasto fluuio sic appellati, ha-
bent in latitudine septentrionali cõsimiles gradus cũ Hesperijs, in longitudine ue
Secundum exemplũ, ex recentioribus chartis (ro 180. gra. Ecce Antipodes.
iũctis Ptolemæi, receptũ, seruiens utrimque habitatis & temperatis, est id. Iaua
minor insula recens orientis, linguã habens propriam, in octo regna direpta, o-
mni atomatũ genere referta, trans Tropicum in austrũ sita, habet in longitudi-
I

D

ne 211. gradus, in latitudine meridiana 40. Cui in nostra temperata zona obijcitur Corsica, quæ alias Cyrnus insula in mari Ligustico sita. De qua Ptolemæus lib. 3. cap. 2. & tabu. 6. Euro. habens in longitudine 31. gradus, in latitudine uero septentronali 40, grad. hæ igitur opponuntur uerè, quia per diametrum terræ & in diuersis zonis sitæ, etiam temperatis: Igitur incolentes sunt Antipodes.

Cleomedis de Antipodibus.

De Antipodibus perbelle scribit Cleomedes, in hæc uerba. Quartam nobis Antipodes qui obiectam è regione nobis habitant temperatam, sunt uero ipsorum qui sub terra clima incolunt, quos etiam ἀντώμους, quod est humeris auersos uocant, at qui sub terra Antipodes. Omnium namque in terra gradientium, ad centrum, terræq́; medioxumũ uestigia spectare necesse est. Nam cũ sit ipsa figuræ globosæ, inferne est medioxumum. Vnde qui circa nos habitant neutiquam fiunt Antipodes. Sed qui in temperato sub terra climate habitant, qui è regione nobis obijciuntur. Namque eorum uestigia nostris sunt opposita uestigijs. Et post plura. Verũ cum Antipodibus nobis nihil est cõmune, quòd omnia contra respondeant. Nã sub terra inter nos climata habemus & tempora habemus cõtraria die noctuq́;. Idem est de augmentis & diminutionibus dierũ. Et rursus post multa. Quòd esse oporteat Antipodes, docet Physiologia, quandoquidem horũ nihil memoratur in historia, & ne quidẽ accessus est ad eos nobis, qui contra nos temperatam zonam habent, quandoquidem torrida non potest à nobis superari. Quæ profecto temperata terræ climara æque quoque habitari B necesse est. Nam animantium amica natura est, & ubicumque cunctis rationabilibus & rationis expertibus cõpleri animalibus potuit terra, ibi capit optionem. hactenus Cleomedes.

Antœci.

Nobis nihil cõmune cum antipodibus.

Natura animantibus fauet.

Placuit priscis scriptoribus, sicuti iam ex Cleomede hausimus, Antipodibus omnia cõtrario modo euenire, eosq́ue sub terra in temperato climate sitos. Sed cum hodie à recentioribus authoribus uiris grauissimis compertum habemus, sub torrida zona, immo & æquatore animantium esse habitationes à priscis in diuersum eunt. Ponentes Antipodes nõ solum in temperatis zonis, uerum etiã torrida & sub æquatore. Quapropter ab eo priscorũ dicto Antipodibus omnia accidere modo contrario, eos qui sub æquinoctiali agunt exceptos haberi nolunt, quibus omnia sunt paria, præterquam quòd contrarijs uicibus diem noctemque habent. Eis nempe accidit eadem diei noctisq́; quantitas, propter perpetuũ æquinoctium. Item simul æstatem, simul hyemem suo modo habere, & id genus alia. Quapropter concludunt unum tantũ esse parallelum. s. æquatorem, sub cuius ipsius positione Antipodes danť oppositis uestigijs, à cuius quolibet meridiano intersecante, diameter per centrum ducta in eundem meridianum & æquatorem, punctus, in contrario hemisphærio antipodes ostendit. F

De æquatore.

NOTA.

Vide canonẽ supra de æquatore.

In exemplo: Nacaduma ciuitas Taprobanę insulæ (authore Ptolemęo lib. 7. ca. 4. & tab. 12. Asiæ) sub æquarore sita, quare latitudine caret, habet in longitudine 128. gra. fere. Præterea uenio ad prouinciã occidentis Americam appellatã, ad mandatũ regis Castellæ nostra tempestate inuentam, & offendo ibi æquatorem cũ longitudine 308. graduum, ad habitantes igitur sunt antipodes Nacadumensiũ: Subtracta enim longitudine Nacadumæ. s. 128. gradibus, à longitudine Americæ, scilicet, 308. graduum, remanent 180. gradus æquatoris, indicantes opposita puncta eiusdem, & ex consequutione Antipodes.

Nacadumę antipodes.

Canon.

In uniuersum igitur dici potest, omni puncto habitato in terra dato, respondere punctum Antipodum. Quod si in terram cadit habitatam antipodes habentur: Quòd si in mare (ut plurimum uenit) habere posse: puta per nauium gubernatores in id punctum incidentes. Sed de his satis.

Dissentio authorum.

Grauissimi authores de Periœcis, Antœcis & præcipue de Antipodibus,

sæpe

A sæpe diuersa, sæpe pugnantia scribunt. Ita quòd lectoris animus usqueadeo distrahatur, ut quid de his tenendum sentiendumque sit penitus ignores. Quare ut Lector aliquatenus tanquillior reddatur de his nonnihil disserere libuit. Contuendum igitur, quòd apud priscos semper fuit subtilis inquisitio. Sint ne homines qui sub terra sua uestigia nostris opposita habeant, nec ne? Esse eos euidenti satis ratione ostendit Cleomedes primo Meteoron capi. De cœli orbibus, cuius uerba iam supra recitauimus.

Fuit semp. quęstio de Antipodibus.
Quòd sint Antipodes.

Strabo de his libro primo, his uerbis. Pari etiam modo ad Indos etiam Hispanos habitatio, è quibus illos ad orientem maxime, hos aũt ad occasum inclinari scimus omnes. Sic Antipodas inter se esse nescij non sumus. Tale autem hoc totum ex solis reliquorumque syderum motu ortum habens &c.

Strabo.

Plinius libro secundo natu. hist. cap. 67. in recentiori 65. sic scriptum reliquit. Ingens hic pugna literarum, contraq; uulgi opinionẽ, circumfundi terræ homines undique conuersisque inter se pedibus stare, & cunctis similem esse cœli uerticem, ac simili modo ex quacumque parte mediam calcari. Illo quærente cur non decidant contrà siti, tanquam non ut ratio præstò sit, ut nos non decidere mirentur & illi. Interuenit sententia, quamuis indocibili probabilis turbæ, inæquali globo, & si sit figura pineæ nucis, nihilominus terram undique incoli. Sed quid hoc refert, alio miraculo exoriente? pendere ipsam ac nõ cadere nobiscum &c. lege caput, pulchrum est sane. Idem de Antichthonibus lib. 6. ca. 22.

Plinius.
Lege Macrob. lib. 2. cap 5. & Albert. lib. de natu. lo. dist. 1. ca. 12.

B

Ad idem Pomponius Mela libro primo, & Solinus capite 66. In ea sententia est Macrobius libro secundo de somnio Scipionis &c. Et Martianus Capella libro sexto post principium. Item Albertus Magnus libro de natu. loc. distincti. prima ca. 10. qui Antipodes aut Antigenos nominat opposite habitantes, quos, alij & rectius, periœcos appellant. Et idem de Antipodibus libro secundo Meteor. tracta. secundo ca. 11. Accedit & Marcus Manlius libro primo astronomicon cap. 4. sic.

Pompo.
Solinus.
Macrobius.
Martianus.
Alber. Mag.
Mar. Mani.

Altera pars orbis sub aquis iacet, inuia nobis
Ignotæque hominum gentes, nec transita regna
Commune ex uno lumen ducentia sole,
Diuersasque umbras, leuáque cadentia signa
Et dextros ortus cœlo spectantia uerso.
Nec minor est illis mundus nec lumine peior.
Nec numerosa minus nascuntur sydera in orbe.

C Dissentiunt ab his Theologi, asserentes fabulosa esse omnia, quæ ab alijs de Antipodibus referuntur. Idipsum ostendentes primo per diuum Augustinum capite nono libri sextidecimi, in hæc uerba. Quòd uero & Antipodas esse fabulantur, id est, homines à contraria parte terræ ubi sol oritur quando occidit nobis, aduersa pedibus nostris calcare uestigia, nulla ratione credendum est. Neque hoc ulla historica cognitione didicisse se affirmant, sed quasi ratiocinando coniectant, eo quòd intra cœli conuexa terra suspensa sit, eundemque locum mundus habeat & infimum & medium: & ex hoc opinantur alterã partem terræ quæ infra est habitatione hominum carere nõ posse. Nec attendunt (etiam si figura conglobata & rotunda mundus esse credatur siue aliqua ratione monstretur) non tamen esse consequens, ut etiam ex illa parte ab aquarum congerie nuda sit terra. Deinde etiam si nuda sit, neque hoc statim necesse est quòd homines habeat, quoniã nullo modo scriptura ista mentitur, quæ narratis præteritis facit fidem, eo quòd eius prædicta complentur. Nimisque absurdum est ut dicatur aliquos homines ex hac in illam partem Oceani immensitate traiecta nauigare ac peruenire potuisse, ut etiam illic ex uno illo Primo Homine genus

Quòd nõ sint Antipodes.
Augustinus.

D

instituereretur humanum &c.


Lactantius. Secundo id ostedunt per Lactantium cap. 24. libri 5. Diuinarum institutionum. Cuius titulus est de Antipodibus, quos ideo esse finxerunt quia opinati sunt mundum esse rotundum.

Lucretius. Theologis assentitur Lucretius libro primo, qui Antipodes negās sic scribit.

Illi cum uideant solem non sydera noctis
Cernere, & alternis nobiscum tempora cœli
Diuidere & noctes pariles agitare diebus.
Sed uanus stolidis hæc omnia parturit error &c.


Galeottus Nar Et inter recentiores adest Galeottus Narniensis libro de incognitis uulgo, negans antipodes, ex eo, ut ad eos doctrina Christi nunquam peruenire potuerit.

Causæ dissensionum. Mare reddit unā causam. Has authorum dissensiones credo pendere è duabus causis, quarum altera sumitur ab aqua, altera à terra. Ab aqua hoc est à mari, & hoc bifariam. Aliqui enim affirmant totū inferius hemisphærium aquis esse tectum, quapropter ab antipodibus & periœcis incoli minime posse.



Alij asseruere oceanū circundare terram in modū cinguli transeuntis à polo arctico per orientem in meridiem & per occidentem redeūtis in aquilonē. Huius imaginationē describit Albertus Magnus libro 2. Meteor. tracta. 2. ca. 11. quē legito. Et hoc pacto in utroq; hemisphærio esset terra cōtinens & arida. Verū & hi in tres scinduntur differentias. Nonnullis asserentibus terræ molem in duo hemisphæria (ut diximus) partitam ingenti pelago atq; innauigabili discerni, & nullam in inferiori hemisphærio esse hominū habitationem, cū nulla de his sit historia. Alijs contrà dicentibus, sed propter nimiam distantiam & oceanū innauigabilem nō posse mutuo cōmeare. B


Annotatio à Stœfleri ipso hic interiecta.



Hic ostendo depictiōem terræ & aquę secūdum Nicolaum Lyranum. Geñ. 1. capit. esse inutilem primo, quia contrariatur omnibus de eclipsi Lunari scribentibus, qui uno ore dicūt Lunā deficere propter ingressum eius in umbrā terræ. Vide obsecro cap. 10. libri Secundi Plinij. Sed hic oporteret quē dicere Lunam eclipsari propter eius ingressum in umbrā aquæ pro maiori parte. Vmbra quā Luna ingredit est turbinata uel conoidalis, quod ad uisum ostendunt oēs eclipses Lunares: sed hæc depictio nullo modo procrearet eā in modū turbinis, sed umbrā gibbosam. Deneiēda etiā illa moderna depictio Gregorij Reisch Cartusiani & Vadiani de centro magnitudinis terræ & centro grauitatis qui cōtendunt ex terra & aquis unū corpus rotundum efficere. In quo profecto bene dicunt, sed deficiunt in modo depictionis, in quo figurant aquas omnem tegere terram, neque possunt se in hoc defendere &c. F

Aliis

A Alijs asserentibus oceanum esse nauigabilem, ut sunt recentiores nostri Geographi & præcipue nautæ, qui mare undiquaque fere nauigant atque sulcant. Hic candide Lector accedito Alberto Magno libro de natura lo. & Distinctionis primæ capite duodecimo. Alber.Mag.



Ego eã teneo opinionem, quòd aqua & terra unum habeant centrũ, quod sit centrum uniuersi. Et quóniam abierit aqua postquam fuit à Deo conditore terra discooperta, dico ex Ioan. Damasceno lib. 2. ca. 9. & 10. Cui addo Iacobum de Valentiis episcopũ. Et quidẽ. Io. Damasce. de orthodoxa fide lib. 2. ca. 9. De aqua, sic habet. Est aũt aqua unum quatuor elementorũ, optima Dei factura. Aqua elementum est frigidum & humidum, graue & deorsum mobile & diffundi facillimum. Et infra. In principio aqua diffundebatur super omnem terrã. Et infra. Deinde Damascenus

B præcepit DEVS ut cõgregarentur aquæ in unam congregationem. Et dicendo in unam congregationem, non significat in uno loco illas congregasse (nam uides ut postea dicat, & consistentias aquarum uocauit maria) sed secundum seipsas in terras separatas, simul factas esse aquas, ostendit hic sermo. Congregatæ sunt igitur aquæ in congregationes suas & apparuit (.s. terra) arida. Hinc sunt duo maria quæ circumdant Aegyptũ. Ipsa enim media inter duo maria iacet. Et infra. Similiter & ad orientem est mare, quod dicitur Indicũ. Est & Boreum quod dicitur Caspium, sed & stagna hinc cõgregata sunt. Est & oceanus ut fluuius quidam circundans totam terram. Et postquam numerat plura flumina, scilicet, Gangem, Nilum Tigrim & Euphratem, sequitur. Sunt autẽ alij plurimi & maximi fluuij quorum hi quidem in mare uanescunt, illi uero in terra consumuntur. Vnde & tota terra porosa est, antrosa, ueluti quasdam uenas habens, per quas ex mari suscipiens aquas, fontes perficit. Et infra. Diuino igitur iussu cõcauitates in terra factæ sunt, & sic in congregationes suas conuenerunt aquæ, hinc etiã & montes facti sunt. Caput 10. eiusdẽ libri. De terra sequit.

C Terra quatuor elementorũ unum est, siccum & frigidum, grauissimũ & immobile à Deo ex nihilo ad esse primò die deductum. Et postquam numerat super quid terra sit fundata, addit. Decet nos in nullo piæ aduersari intelligentiæ, cõfiteri simul omnia à uirtute eius qui creauit contineri, fulciri & constringi. In principio autem (scriptura dicit) terra cooperiebatur ab aquis, & terra inculta & absque ornatu: cum præcipiente Deo aquarum receptacula facta sunt, & tunc montes extarunt & diuino præcepto terra suscepit ornatum: omnigenis herbarum & plantarum uarietatibus decorata &c. Et post plura. Sphæricæ autem figuræ nonnulli asserunt esse terram, alij uero conoidem, piniq; præ se ferre figuram. Minor & longe multoq; minor cœlo est, ut punctum quoddã in eius medio pendula &c. hæc Damascenus.

☞ Secunda causa sumitur à terra, quę ut omnes asserunt Physici, Geographi & Poëtæ, in quinq; partita est zonas (de quibus in sequentibus abunde dicemus) quarum duæ uicinę polis, inhabitabiles sunt propter frigus ingens. Media quę solis orbita describitur, torrida aut perusta nominata, à Græcis & Latinis scriptoribus, propter æstum & excessiuam caliditatem inhabitabilis prædicatur; Causa. 2. ratione terræ

D

Quæ sane torrida disterminat duas alias zonas mortalibus habitabiles, quarũ una est in septentrionem reliqua in meridiem exposita. Quare hæ, authore Plini, Macro. Martiano, Pompo. & ceteris, propter solis incendium non sunt peruiæ. Inde inter authores de Antœcis orta est dissensio, ferme in modũ quem iam supra de mari exposuimus. Quorũ nonnulli Antœcos negant, ob id quòd nulla de his est historica traditio. Alij admittunt, sed propter torridã zonam intermediã haud permeabilem, cõuenire non posse. Vt iam memoratis placet authoribus. Verũ alij & perustam peruiã probant & cõmeatum fieri posse, hoc modo recentiores loquuntur. Sed cum quæritur, cur illorũ rarus ad nos transitus sit? Respondent, quòd hi suorũ terminorum contenti, propter fere omniũ rerum copiã, quieti uiuũt, pacisq; q̃ belli magis amantes, plurimi nudi, & in multis regionibus armorũ nescij degunt. Nõ usq; adeo solliciti, an his in locis, ubi nos agimus, hoĩes habitent. At nos Europei semper anxij, an ubi illi sunt, hoĩes essent, eosdem aut armis ob gloriæ cupiditatẽ, aut auaritia, quæ omnia penetrat, pue-

Quare ad antœcos non sit accessus.

Terra insula.

His prælibatis anteq; ad authores dissidentes particulariter (stigantes &c. accedã, annotandum censeo, terrã nostram habitabilem esse insulam, & mari quaquauersum circundatam: huius rei mihi plurimi sunt testes, præcipuus tamen Strabo lib. 1. Geogr. in §. quod aũt habitabilis terra sit insula &c. quem legito. Et idem lib. 3. ubi eam sæpius insulã nominat, & chlamydis præ se ferre figurã. Addo, ego omnem terram ad hoĩbus & animantibus habitatam, esse insulã. E

Nota hic de Augustino.

Ad authores nunc uenio, & primo ad diuum Augustinũ Antipodes negantem, cuius sententiã pro suo tempore approbo. Nam is pater alioqui mathematicis studiosissimus non à ueritate, sed ab incerta & uero nequaq; consentanea ueterum aliquot scriptorũ de Antipodibus traditione, cũ ratione maris tum terræ (ut supra ostendimus) abhortuit. Neque (me iudice) hi recentiores Theologi audiendi sunt, asserentes. Augustinum cum capite 8. lib. 16. de ciui. Dei, cõcludat, omnes homines terrã incolentes, etiam si monstruosas habeant figuras aut effigies, si modo homines sunt, ex Adam uno illo protoplasto originẽ sumpsisse. Et ca. sequente 9. Antipodum opinionem uanã & friuolam reiecit atque confutauit. Si enim illi essent hoc modo, quo ueteres eos esse crediderunt, cum nemo unquam nostri hemisphærij eos adierit, Augustinũ intulisse ex Adam originem habere nequaquam potuisse. Dico ego, nullum Augustini uerbũ in hanc posse trahi sequelam. Immo fere contrariũ ex capi. septimo eiusdem libri exugi potest. Si enim animalia sæua, crudelia, & bestiæ ad remotissimas insulas permissu Dei transferri potuerunt, quare etiam non homines domini terræ & animalium, paulò minus angelis minores? F

Non sunt audiendi recentes theologi.

Quòd si magnus ille Ecclesiæ Christianæ antistes omnium bonarum artium percupidus, in nostra incidisset tempora, & quispiam eidem indicasset, terram esse propemodũ continuam, in qua hominum esset habitatio in 180. gradus expassa, nullo interiecto Oceano innauigabili aut combusta zona impermeabili, hinc & illinc per diametrum circuli maximi homines habitare (quemadmodũ exemplis indicauimus) profecto Antipodes nunquam negasset, sed demonstrationi certissimæ aures præstitisset. Abiecissetq; priscorum anilia fabulamenta.

De Lactantio.

De Lactantij capite 24. libri tertij Diuinarũ insti- (hactenus de Augustino. tutionũ quid approbem, non mihi satis constat, q si dumtaxat in Antipodũ positione lapsus esset, condonarem: sed quia in cœlo & terra errat, ego in sententiã eo Ioachimi Vadiani ad Rodolphum Agricolam scribentis, in hunc ferme modum. Videtur mihi Lactantius eloquentiæ suæ uiribus plus æquo quandoque confisus, paulo audacius aut abiecisse fastu quodam pleraq;, aut multo aliter, q̃ ueritas habeat intellexisse, in hisq; magnam sibi inuidiam eò cõparasse, quòd

Lactantius eloquentiæ nimium confisus.

ita

A ita superbè ita securè dixerit, quasi ipse extra omnē ingenij aleam positus, errare & labi non potuerit, omnium autem errata non solum uidere, sed etiam olfacere sese crediderit. Hic adeo Antipodes refutando ineptit, ut dubitem an cū illa scripsit satis sibi constiterit. Nō enim ea solum, quæ eruditis exploratissima sunt, nescire uidetur, sed probare etiam & asserere illa, quæ, si Antipodes non essent, quod ipse contendit, falsa tamen & absurda esse omnes, qui sunt animi cōpotes, intelligerent.

Age, totum illud caput excutiamus, ut an ita sit, sicut dico facilius accipias.

TITVLVS AVTEM SEV CAPITIS INSCRIPTIO HAEC EST.

De Antipodibus, quos ideo esse finxerunt, quia opinati sunt mundum esse rotundum. Caput est 24. lib. 3. Lactantij Firmiani institutionum diuinarum.

QVid illi, qui esse contrarios uestigijs nostris Antipodas putant? nunquid aliquid loquuntur? aut est quisquam tam ineptus, qui credat esse homines, quorum uestigia sunt superiora quàm capita? aut ibi quæ apud nos iacent B uniuersa pendere? fruges & arbores deorsum uersus crescere, pluuias & niues & gradines sursum uersus cadere in terram. Et miratur aliquis hortos pensiles inter septem mira narrari, cum philosophi & agros, & maria, & urbes, & montes pensiles faciant?

Miracula orbis à Plinio 6. numerantur. Primum Babyloniæ muri, Plini. libro 6. cap. 26. habuere in longitudine 60000. passuum, in altitudine 200. pedes, 50 in latum. Secundum, Dianæ Ephesiæ templum. Plinius lib. 36. cap. 14. & lib. 14. ca. 1 & lib. 16. ca 41. In recenti 40. & lib. 36. ca. 5. Tertium, Iouis Olympici simulachrum. Pli. lib. 34. ca. 8. & lib. 35. ca. 8. & lib. 36. ca. 5. & lib. 7. ca 38. Quartum, Pyramides Aegyptiæ lib. 36. cap. 12. per totum. Quintum, Solis colossus Rhodi. Plini. lib. 34. ca 7. Sextum, Mausoli sepulchrū Plini. lib. 36. ca. 5. Septimum hic addit Lactantius, scilicet, horti pensiles. Et Macrobius lib. 3. Saturna. capite 15 Hic (inquit) est Sergius Orata, qui primus balneas pensiles habuit. &c. Stoefleri annotatio.

Huius quoque erroris aperienda nobis origo est. Nam semp eodem modo falluntur. Cum enim falsum aliquid in principio sumpserint, uerisimilitudine inducti, necesse est eos in ea, quæ sequuntur incurrere. Sic incidunt in multa ridicula, quia necesse est falsa esse, quæ rebus falsis congruunt. Cum autem primis habuerint fidem, qualia sunt ea, quæ sequuntur, nō circumspiciunt, sed defen- C dunt omni modo, cum debeant prima illa utrum ne uera sint an falsa, ex consequentibus iudicare. Quæ igitur illos ad Antipodas ratio perduxit? Videbant syderum cursus in occasum meantium, solem atque Lunam in eandem partem semper occidere, atque oriri semper ab eadem. Cum autem non perspicerent, quæ machinatio cursus eorum temperaret, nec quomodo ab occasu ad orientem remeant, cœlum autem ipsum in omnes partes putarent esse deuexum, quod sic uideri immensam latitudinem necesse est, existimauerunt rotundum esse mundum sicut pilam, & ex motu syderum opinati sunt cœlum uolui, sic astra solemque cum occiderint, uolubilitate ipsa mundi ad ortum referri.

Quod cœlum sit sphæricum & moueatur circulari motu, probat Ptolemæus Dictio. prima Alma. lege ad idem Aristotelem secundo de cœlo, & Alber. secundo de cœlo tracta. 2. ca. 1. 2. Ad idem nos in cōmenta. nostris, in sphæram. Quòd aūt terra sit rotunda docet Ptole. ubi supra Aristoteles secundo de cœlo. Alber. secundo de cœlo, tract. 4. ca 9. 10. 11. lege cōmenta. mea. Hester 13. quicquid cœli ambitu continetur. Ecclesiastici 24. gyrum cœli circuiui sola. Plinius lib. 2. ca. 1. Mundum & hoc quod alio nomine cœlum appellari libuit, cuius circumflexu teguntur cuncta, numen esse credi par est. Et idem ca. 2. Formā eius in speciem orbis absoluti globatam esse Et de eius motu ca. 3. & 4. Cleomedes probat Stoefleru

cœlum esse rotundũ per terræ rotunditatem: Alij ex cœli rotunditate concludunt terrã esse rotundã. De terra. Plinius lib. 2. ca. 66. in nouo 64. Est autẽ figura prima, de qua consensus iudicat. orbem certe dicimus terræ globum. Primo Paralip. 16. Ipse fundauit orbem terrarum immobilẽ. Psalmo 95. Iudicabit orbem terrarum in æquitate. Psalmo 76. Illuxerunt fulgura eius orbi terræ. Psalmo 23. Domini est terra & plenitudo eius, orbis terrarum & qui habitat in eo. D

Lactan.

Itaque ætherii orbes fabricati sunt, quasi ad figuram mundi, eosq́ue cœlarunt portentosis quibusdam simulachris, quæ astra esse dicerent.

Stœfleri annotatio.

Eosq; cœlarũt portentosis quibusdã simulachris). Ridet Lactantius cœlestes Asterismos aut imagines, quas simulachra appellat. Diuinæ tñ literæ eas non rident, sed sæpius nominant etiã in rebus magnis. Iob 9. Qui facit Arctun ũ & Orionas & Hyadas & interiora austri. Iob 37. ab interioribus egredietur tempestas, & ab arcturo frigus. Et ca. 38. Nunqd coniungere ualebis micantes stellas pleiades, aut gyrum arcturi poteris dissipare? Amos 5 & loqtur de Deo, sic. Facientem Arcturũ & Orionem.

Hanc igitur cœli rotunditatem illud sequebatur, ut terra in medio sinu eius esset inclusa: Quod si ita esset, terrã ipsam globo similem. Neq; enim fieri posset, ut non esset rotundũ, quod rotundo inclusum teneretur. Si autem rotunda etiam terra esset, necesse est, ut in omnes cœli partes eandem faciem gerat. i. montes erigat, campos tendat, maria consternat. Quòd si esset, sequebatur illud extremũ, ut nulla sit pars terræ, quæ non hominibus cæterisq; animalibus incolatur. Sic pendulos istos antipodas cœli rotunditas adinuenit. Quod si quæris ab ijs, qui hæc portenta defendunt, quomodo nõ cadunt omnia in inferiorem illam cœli partem? hanc respondent rerum esse naturam, ut pondera in medium ferantur, uel ad medium cõnexa sint omnia, sicut radios uidemus in rota. Quæ autem leuia sunt, ut nebula, fumus, ignis, à medio deferantur, ut cœlum petant. Quid dicam de ijs nescio, qui cum semel aberrauerint, constanter in stultitia perseuerant, & uana defendunt. Nisi quòd eos interdum puto ioci causa philosophari, aut prudentes & scios mendacia defendenda suscipere: quasi ut ingenia sua in malis rebus exerceant, uel ostentent. At ego multis argumentis probare possem, nullo modo fieri posse, ut cœlũ terra sit inferius, nisi & liber iam claudendus esset &c. B

Hactenus Lactantius.

Vadiani uerba.

Ait hic primo suo in titulo. De Antipodibus, quos ideo esse finxerunt, quia opti sunt mundũ esse rotundum. Ecce mundũ non rotundũ esse pro uero & euidenti habuit, ideóque Antipodes ponentium opinionem refutare conatur. Cuius tamen contrarium, de mundi rotunditate ita euidens est non tam physicis quàm nostræ religionis scriptoribus, id asserentibus, ut piaculum committere merito uideri possem, si rationibus hoc loco adductis probare uellem, quod nemo nescit. F

Hominum uestigia an superiora capitibus.

Audi obsecro, quid à capitis initio dicatur. Aut est quispiam tam ineptus, qui credat esse homines, quorum uestigia sint superiora capite? erras ò diserte Lactanti, & ea quidem in re, quam iuuentutis anni tibi indidisse debuerant. Quis enim uel primis physicæ rudimentis imbutus, nescit omne id quòd sua grauitate centro innititur, quacumque parte circumferentiæ locatum sit, deorsum uersus niti? quod autem à centro reclinet, aut se expandat sursum tendere? Cum igitur pedibus in terram uersis centro innitantur, caput sursum proferant, ut nos in cœlum, caput habent uestigijs superius. Nec sub nostro est hemisphærio nisi quod ad usque centrum demittitur, quod cum prætergrediens, omnis linea ducta in quãcumque partem sursum tendit. Ideo Aristoteles lib. Meteo. 3. ubi de terræmotus causis fit mentio, Anaxagoram Clazomeniũ reprehendit, q; sphæræ tantũ partem, quæ supra nos est, sursum esse, & q̃ sub pedibus est, deorsum uergere putauit. Stultũ. n. est putare ignẽ in altero horizonte non similiter sursum ferri, sicut in nostro, sursumq; ferri q̃cumq; à centro ad circũferentiã tendũt. Nec nisi impropria locutiõe cœlũ infra nos esse dicere solemus, uelut Vitru.

Vitruuius.

libro

A lib.9.ca.6. Sydera uersabunda latentiaq́, quæ nobis nõ oriantur sub terra esse ait, hoc est sub horizonte. Porrò & hoc Maronis libro Georgicorum primo, ex communi ratione loquendi depromptum est. Cum de austrino uertice loquẽs, inquit,

—At illum
Subpedibus styx atra uidet, manesq́ profundi.

Cum reuera, ut Aristoteles quoq́ asserit libro de cœlo & mundo secũdo, Vertex meridianus sit ex natura rei sursum. Quod poeta doctissimus tametsi non ignorauit, maluit tamen ex cõmuni persuasione ducto sermone uti, aut ueteres, ut sæpe solet, imitari, quàm diuersum asserere. Et paulo post. Nos enim uulgo Austrinum polum respectu arctici, qui nobis ad latus habitantibus erigitur, pressum decliuemq́ dicere solemus. At sub pedibus esse nemo nisi impropriè dixerit. Nisi sub pedibus, hoc est, sub horizonte (ut dixi) intelligas.

Præterea si concedimus Antipodas esse sub nobis, non statim id sequitur, ut credibile sit, eos caput deorsum uersus uestigia inferius habere, quod falsissimum, uerissimum putat Lactantius. Cui hoc friuolo desipere nõ satis erat, ad-
B didit hoc amplius. Antipodibus datis sequi, ut tota pars terræ apud ipsos penderet, cum nostra iaceat. Item arbores deorsum crescere, pluuias uero & niues, & grandines sursum uersus cadere in terram. Quin & maria, & urbes, agrosq́ & montes pensiles illic esse. Indigna sunt hæc pudenda errata opere tuo, ò Lactanti, utinam quod nesciebas, præterisses irreprehensum, nec lacessendi cupidine inflammatus, ignorantiam tuam etiam nido linguæ fuco adeo detexisses. Et infra. Omne graue Lactanti (quod prima philosophiæ uestibula exhibent) à quacunq́ parte cœli in centrum tendat, deorsum tendit, & uiceuersa quod à centro recedit, sursum. Tibi uero uidebatur, quod ab antipodũ periferia in cẽtrum caderet, sursum cadere: quod non est. Ac idipsum quidem ex communi hominũ locutione didicisse debueras, non nisi rem grandem cadere, aut ut grauitatis rationem habentem descendere, idest, ad centrũ tendere affirmante. Nã sua sponte sursum cadere nihil, sicut nec leue quidem tibi impulsum impetu, deorsum tendere dicitur, ergo quicquid cadit deorsum cadit. Sed quid in re aperta laboro? Qua fiducia cœlum non undique deuexum dixeris, tu uideto, mihi constat id astronomis, quibus in ea re summa fides est, nihil esse certius, qui cũ Aristotele & uolui cœlũ & moueri regulari ambitu asserunt: quod tu quoque contemnis, cum & æthereos orbes sphæricos esse neges. Nec sequitur, quod
C putas, si terra rotunda est, necesse est ut in omnes cœli partes eandem faciem gerat, id est montes erigat, campos tendat, maria consternat, cum maiorem partem terræ sub aqua esse rectè cognoscentibus indubium sit. Et post aliqua. Postremo non sine quadam odiosa petulantia, hoc philosophorum responsum irrides & contemnis, asserentium grauia centro inniti, leuia sursum tendere: & profecto quemadmodum nescire te scribis, quid de his dicas, ita illi si tua legent, quid de te dicant tot erroribus inuoluto, se nescire fatentur, contra quem certe plurima dici possent. Tandem quid ais, te multis argumentis probare posse, cœlum terra non esse inferius. Nemo credit hoc Lactanti quod cœlum terra sit inferius, mirum est cur formides id ab aliquo obtineri posse, cum hoc, admissis etiã Antipodibus, nequaq́ sequatur: nimis in re cõcessa sollicitus es, & ne cœlũ cadat times, maxime si deorsum inclinet. Argumentis his iã non erat opus, probare enĩ id cuius cõtrariũ esse impossibile, nõ prudẽtis est, aut eruditi, sed uerbosi & sibijpsi suaui labiorũ tinnitu blandienti: id q tu hic de Antipodibus calamo pegisse uideris. Et multis omissis. Mihi uero uidetur hoc ex

Arbores &c. deorsum crescere falsum.

Pensiles terræ portiones nequaquam.

Graue deorsum.

Cœlum esse deuexum.

Cœlũ non est inferius terra.

Hieronymi sententia cõmode in Lactantium usurpari posse, quod Picus quadam ad Hermolaum Barbatum epistola contra eundem usurpauit, in hæc uerba. Si fuisses ò Firmiane tam frequens in sacris literis, quam in fictis litibus fuisti, & hoc non dixisses, & nostra non minus fortasse confirmasses, quam destruxeras aliena. Hucusque ex Vadiano. D

Galeottus.

Galeottus Narniensis cõtempotaneus Ioan. à Regio monte Antipodes negat, ex eo, quod contendit Christi doctrinam nunquam ad eos peruenire potuisse. Et quia Galeottus nusquam reddit rationem, quo id fieri nequiuerit, ni opinari licet in horum eũ fuisse sententia, qui nostris inaccessos Antipodes falso crediderunt. Christi autem uerbum si in Indiam extimam, si in Hispani[illegible] m, si in remotissimas oras penetrasse creditur, cur ad Antipodes idẽ exire potuisse dubitemus? Num Galeotte audisti Christum discipulos Marci 16. alloquentem. Euntes prædicate Euangelium omni creaturæ &c. Quod Dauid longo ante tempore in spiritu prænouit, cum inquit. In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorũ. Quibus etiam uerbis utitur Paulus Romanis capi. 10. scribentem. Quod igitur Galeottus nulla ratione affirmare potuit, temere asseruisse probatur.

Marcus. Dauid Paulus.

Macrobius.

Macrobius Aurelius Theodosius libro Secundo de Somnio Scipionis, asserit torridã zonam inhabitabilem & impermeabilem mortalibus, his uerbis. Medius cingulus & ideo maximus æterno afflatu cõtinui caloris ustus, spatium quod & lato ambitu & prolixius occupauit, nimietate feruoris facit inhabitabile uicturis. Et idem infra post depictionem quinque zonarum, de temperata zona austrina, sic loquitur. Illa uero sola ratione intelligitur, quòd propter similem temperiem similiter incolitur, sed à quibus, nõ licuit unquam nobis nec licebit agnoscere. Interiecta enim torrida utrique hominum generi commercium ad se denegat commeandi. Ecce secũda causa, de qua supra recitauimus. Idem eodem libro de oceano loquens, hęc habet in sententia. Oceano gemino ambitu terram circumfluere. Quorum unus, quem priorem coronam uocat, per zonam terræ torridam meat, superiora & inferiora terræ cingens, flexum circuli æquinoctialis imitatus. Alter à priori (ut asserit) refusus utrimque uersus septentrionem & meridiem, qui ambit terram (prout ex Alberto Magno supra diximus) in modum cinguli transeuntis à polo arctico per orientem in meridiem, & inde per occidentem in aquilonem. Obijce hic obtutui figurã Macrobij pictam & certior redderis. Ex his passim fit. Macrobium duplicem ponere causam sub torrida zona, mutuã hominibus accessionẽ denegantem. Alterã perustæ terræ, alterã oceani innauigabilis. Cum alio oceano concordat fere cum alijs, sicut supra exposuimus à principio. E F

Macrobius alijs utitur nominibus.

Admittit igitur Macrobius Antipodes, Perioecos & Antoecos, sed alijs utitur nomenclaturis sumptis ex Ciceronis libro de Repu. ubi agitur de Somnio Scipionis, his uerbis. vides habitari in terra raris & angustis in locis, & in ipsis quasi maculis ubi habitatur, uastas solitudines interiectas. Hosq; qui incolunt terram non modo interruptos ita esse, ut nihil inter ipsos ab alijs ad alios manare possit, sed partim obliquos, partim transuersos, * partim etiã aduersos * stare uobis &c. His uerbis obliquos, & transuersos stare, utitur Macrobius in cõmentario Secundi libri. Et ut res paucis aperiatur, per obliquos intelligit Antoecos, quo uocabulo Græco etiã utitur Macrobius. Et dicuntur obliquè stare respectu æquinoctialis, à quo utrimque æqualiter declinant. Quemadmodum in Geometricè dici-

*alij uersos.
*alij auersos.
Obliqui antoeci.
Omẽs n. uertimus pedes uersus centrum mundi.



A musangulorum ductu fieri, lineas ab angulo recto declinantes esse obliquas. Et in hoc differunt obliqui ab Antipodibus & Perioecis habentibus pedes obuersos uel contrapositos, quod obliquè stantes minime faciunt.

Per aduersos intelligit Antipodes, habent enim uestigia (ut prædiximus) aduersa & opposita, aduersatione ac oppositione maximi circuli.

Aduersi Antipodes.

Per transuersos accipit perioecos. De his Macrobius sic scribit. Quēadmodum aūt cæteri oēs (demptis antoecis) uestigia sua figere ad nostra credant ipse distinxit, & australes quidē aperte pronūciauit aduersos stare nobis, dicendo. Quorū australis ille, in quo qui insunt aduersa nobis urgēt uestigia; & ideo aduersi nobis sunt, quia in parte sphæræ quæ contra nos est morantur. Et paulò post. Transuersos stare nobis dixit inferiorem zonæ nostræ partem tenentes.

Transuersi Perioeci.

Quanquam Antipodes antoecos & perioecos Macrobius admittat, in ratione tamen & modo ponendi oberrat. Neque hoc in illo adeo moleste ferendum est, cū uulgarem opinionem secutum, cum ueteribus citra ueri deprehensionem periclitari eum contigerit, ex gemina causa & maris & terræ supra exposita.

B

Martianus Capella, non satis constat an ignorantia aut imprudentia ductus, quæ Perioecorum sunt Antipodibus tribuit, & Perioecos Antipodes nominat, adulterans uocabula. Antipodes (inquit) unum nobiscum tractum perferunt hyemis, & flagrantiam communis æstatis. In quem errorem incidit etiam Albertus Magnus cum de opposite habitantibus scribit. Sed uerum est hoc de perioecis. Antipodibus enim omnia contraria sunt. Et aliæ plures in Martiano sequuntur ineptiæ, quas in præsentia lectoribus iudicandas relinquo.

Martianus

Nunc superest rimari, An sit huiusmodi oceanus nauibus minime enauigabilis & torrida quædam zona hominibus minime peruia an nō? Gemina obseruatiōe, recentiori scilicet & uetusta, probabimus, priscos in utroque hoc impedimento oberrasse. Recentiori, Neminem nescire arbitror, quod hodie Geographiæ tirunculi sciunt, à freto Herculeo Hispaniæ, usque in extimum Indiæ orientalis, intermedium esse oceanum multis & magnis insignem insulis. Verū alio modo quem prisci intellexerunt. Nec ille quidem tantum mortalibus aduersatur, quin ab altero littore in alterum, secundum illam quam cum terra facit rotunditatem nauigari possit, si modo expensæ non defuerint, aut qui labores sufferre queant affuerint. Et cum Solinus capitulo tricesimo sexto de oceano scribit, his uerbis. Gaditanum fretum, à Gadibus dictum, Atlanticus æstus in nostrum mare discidium orbis immittit. Nam oceanos quem Græci sic nominant, à celeritate, ab occasu solis irrumpens læuo latere Europam, Africā dextro, scissisque Calpe & Abila montibus, quos dicunt columnas Herculis inter Mauros diffunditur & Hispaniam &c. Hæc de oceani uelocitate nō in uniuersum intelligi credo. Quod nauarchæ Lusitani, id est, Portugallensij hac nostra tempestate deprehenderunt, ultra Gades oceanum sulcantes, perque torridam zonam in Indiam usque penetrarunt, & tamen non istā uelocitatem deprehenderūt: & ideo proprijs uidisse oculis, credo esse octauam scientiā. Quónam pacto hodie hæc omnia se habeant ex fausta nauigatione regum Portugalliæ in Callicut Indiæ diligenti obseruatione deprehensum est. Non æstus obest per totam torridam nauigantibus, denique ne perpendicularis quidem radius à politissima æquæ superficie reflexus, adeo subeuntes infestat, ut minus expedita sit nauigatio, & reditus fœlix in regnū Portugalliæ. Mirum nauitas nō tostos fuisse in quadruplici ac tam diutina nauigatione uel insumptos p

C (margin, beside "res sufferre queant affuerint")

Conclusio de oceano & torrida zona.

Recens probatio

Solinus.

Videre octaua scientia.

Vespucius. torridam zonam transitu. Hoc in primis, deprehendit Vespucius omnibus mathematicis, terram nusquam oceano(ut illi crediderunt) à nostra omnino interceptam, & trans torridam & ultra parallelum Capricorni in austrum non minori latitudine, quàm parallelus noster à Cancri tropico abest extendi, ibique frequentem esse Aethiopum habitationem. Nec est hic quid dubij, facillimum est perito mathematico omni die sole radiante locorũ obseruare latitudinem, quod ut & noctu fieri possit ambigit nemo. Est igitur illic temperara, cui Austrinus polus, ut nobis arcticus subleuatur. Et in eo tractu Antoeci nostri sunt, contra omnium, qui unam tantum quartam habitari dixerunt, sententiam. Adde his caput septimum Alberti distinctionis primæ de natura locorũ pulchrum admodum. Ecce, candide lector, ubi est oceanus ille nauigio insuperabilis, ubi exusta hæc zona nemini peruia? D

Albertus

Vetusta probatio. Vetusta uero probatio ex receptis authoribus facile sumitur, puta quod oceanus totam nostram habitabilem circumdans olim quaquauersum remigatus sit, & sola longæuitas & uetustas, quæ omnia consumit, huius rei intercepit memoriam. Nec credendum est nostro tempore reges Portugaliæ primos repersisse nauigationem in Indiam, in Callicut, in Aethiopiam, inque alios locos aut insulas, sed eam olim intermissam summa gloria & euentu incredibili memorati reges instaurarunt, multis maximisque cũm in occiduo tum austrino pelago insulis repertis. Adsit igitur nobis Plinius Secundus libro secundo naturalis histonę capite sexagesimo nono in ueteri, in recenti sexagesimo septimo, ex quo apertè colligimus oceanum à ueteribus nauigatum in occiduo, septentrione, ortu & meridie. Eius nonnulla exempla adducemus. Hanno Carthaginis potentia florente circumuectus à Gadibus ad finem Arabiæ, nauigationẽ eam prodidit scripto. Preterea Nepos Cornelius author est, Eudoxũ quendã sua ætate, cum Lathyrũ regem fugeret, Arabico sinu egressum Gades usque prouectũ. Multoque ante eum Cælius Antipater uidisse se qui nauigasset ex Hispania in Aethiopiam cõmertij gratia. Idem Nepos de septentrionali circuitu tradit, Q. Metello Celeri, C. Afranij in cõsulatu collegæ, sed tum Galliæ Proconsuli, Indos à rege Sueuorum dono datos, qui ex India cõmertij causa nauigantes, tempestatibus essent in Germaniam arrepti. E

Plinius.

Eudoxus

Cœlius Antipater.

De Eudoxo plura scribit Strabo libro secundo, & deinde.

Quod si Macrobius commentario suo secundo de somnio scipionis, & sui ad relo: es hos legisset, qui longe ante tempora eorum scripserant, in hunc errorem & oceani & torridæ minime incidissent. F

DE INTERVALLO AEQVIDISTANTIVM.

TEXTVS PROCLI.

Sed nec interualla circulorum in toto orbe à se inuicem stata sunt. Verũ pro sphærarum descriptione ad hunc modum dispensari solent. Diuiso in sexaginta partis meridiano quouis circulo, septentrionalis circulus à polo sexagesimarum partium sex interuallo describitur. Idem in alteram partem à solstitiali circulo sexagesimarum partium quinque interuallo notatur. Aequator ab utroque Tropicorum sexagesimis quaternis distat. Brumalis circulus ab antarctico sexagesimis quinque. Antarcticus à polo sexagesimis sex. Neque tamen in omni plaga orbe eandem intercapedinem inter se seruant: Sed tropici ab Aequatore parem in omni inclinatione distantiam uendicant: Iidem autem ab arcticis non parem per omnes horizontas, sed alibi minorem, alibi maiorem. Ita demũ & arctici à polis non parem in quauis inclinatione distantiam seruant, sed alibi maiorem

A iorē alibi minorem habent. Sphærę tñ omnes ad Græcię horizonta describunt.

SOEFLERI IN TERPRE.

IN hoc capite proclus docet more Græcotum distantias Circulorum ipsius sphæræ, unde dicto citius sphæræ compositio accipitur. Caput id totum per cōsimiles sententias authorū in sequentibus dilucidabit. In primis igitur animaduertendū, priscos Græcos circulum magnū bifariam distribuisse. Primo pro ipsius sphæræ fabrefactione in 60. æquas partes, hoc pacto. Primo in 12. deinde quamlibet in 5. De hac distributione & circulorū distantijs pulchrè scribit Hyginus in suo poëtico astronomico lib. 1. cap. de Polo. In triginta (inquit) partes unumquodq; hemisphæriū diuiditur. Ita uti dimensio significari uideatur in tota sphęra pet 60. partes factas. Deinde ab eodē principio Boreo sex partibus ex utraq; finitione sumptis, circulus ducit cuius centrū ipse est polus finitus, qui circulus Arcticus appellatur, quòd intra eū Arcturi simulacra ut inclusa perspiciuntur. Quæ signa à nostris ursarū specie ficta, septentriones appellantur. Ab hoc circulo de reliquis partibus quinq; sumptis eodem centro, quo supra diximus, circulus ducitur, qui Therinos tropicos appellatur. Ideo quòd Sol cum ad eum circulū peruenit, æstatem efficit eis, qui in aquilonis finibus sunt, hyemem autem eis, quos austri flatibus appositos ante diximus. Præterea quòd ultra eū

B circulum Sol nō transit, sed statim reuertitur, Tropicus est appellatus. Ab hac circuli significatione quatuor de reliquis partibus sumptis, ducitur circulus Aequinoctialis, à Græcis ἰσημερινὸς appellatus, ideo quòd Sol cum ad eum orbem peruenit, æquinoctiū conficit. Hoc circulo facto, dimidia sphæræ pars constituta pspicitur. Ecōtrario item simili ratione à Noto polo sex partibus sumptis, ut supra de Boreo diximus, circulus ductus Antarcticus uocatur, quòd contrarius ei circulo, quem Arcticon supra diffinimus. Hac diffinitione sphæræ centroq́ue poli qui Notus dicitur, quinq; partibus sumptis, circulus χειμερινὸς tropicus instituitur, à nobis hyemalis, à nōnullis etiam brumalis appellatus. Ideo quòd Sol cum ad eum circulū peruenit, hyemem efficit, qui ad aquilonem spectant; æstatem aūt his, qui in austri partibus domicilia constituerunt. Quanto enim abest longius ab illis qui in aquilonis habitant finibus, hoc hyeme maiore conflictantur. Aestatem autem his, quibus Sol appositus peruidetur. Itaq́ue Aethiopes sub utroque orbe necessario fiunt. Ab hoc circulo ad æquinoctialem circulū, reliquæ fiunt partes quatuor. Ita quòd Sol per octo partes sphæræ cur-

C rere uideatur. Hucusq; Hyginus.

Prisci Græci circulū bifariā distribuerunt.
Circulus in 60.
Hyginus.
Arcticus circulus.
Therinos tropicos.
Tropicos quare.
Aequinoctialis.
Isemerinus.
Antarcticos circulus.
Chimerinus. tropicus.

Haud dissimilem sententiam habet Marcus Mani. libro 1. cap. 6. sic canens.

Mar. Mani.

Circulus ad Boream fulgentem continet Arcton,
Sexq́ue fugit solidas à cœli uertice partis.
Alter ad extremi decurrens sydera Canceri,
In quo consumit phœbus lucemq́ue moramq́ue,
Tardaq́ue per longos circumfert lumina flexus,
Aestiuum medio nomen sibi sumit ab æstu,
Temporis & titulo potitur, metaq́ue uolantis
Solis, & extremos designat feruidus actus.
Et quinque in partes aquilonis distat ab orbe,
Tertius in media mundi regione locatus,
Ingenti sphæra totum petcingit olympum,
Parte ab utraque uidens axem, quo lumine phœbus,
Componit partibus numeris noctemq́ue diemq́ue,
Veris & autumni, currens per tempora mixta,
Cum medium æquali distinguit limite cœlum,

Circuli distributio in 360.

Quatuor & gradibus sua fila reducit ab æstu.
Proximus hunc ultra brumalis nomine cingens,
Vltima designat fulgentis lumina Solis,
Bisque iacet binis summotus partibus orbis.
Vnus ab his superest extremo proximus axi
Circulus, austrinas qui stringit & obsidet arctos,
Hic quoque hyemalem per partis quinque relinquit.
Et quantum à nostro sublimis cardine gyrus
Distat, ab aduerso tantundem proximus illi.

Nonnulli præterea circuli, etiam apud Græcos, distribuuntur in 360. partes quas gradus appellant, puta zodiacus circulus qui partitur in 12. signa, & unumquodque in 30. partes, & unaquæque pars in 60. primas minutias &c. quemadmodum Ptolemæus facit dict. 7. & 8. Alma. ubi stellis fixis tribuit Signa Gradus & minuta. Et idem tracta. 1. Quadri. cap. 14. 21. 22. sed de Zodiaco infra uberius dicemus. D


Senarius numerus.


Scito hic ueteres physicos rerum perfectiones consyderantes, plurimum custodisse Senarium numerum, ob id, quod est primus numerus perfectus. Iccirco in circulorum diuisionibus, modo usi sunt Sexagenario numero, quia ex decem Senarijs conflatur. Addo huius numeri nobilem commoditatem & usum. Nullus sanè numerus sub centum, ita aptus mathematicis partitionibus reperitur, sicut Sexagenarius. Partitur enim per 2. perque 3.4.5.6 10.12.15.20.30. Modo usi sunt numero trecentenario sexagenario constante ex 60. Senarijs.

Latinorum fractio.

Latini uero frangunt circulos maiores in 360. partes aut gradus. Si habueris fractiones græcas & eas in latinas reducere optaueris, multiplica græcas per 6. & suscitabis latinas. In exemplo. Obijciuntur mihi sex partes græcanicæ cuiuspiam circuli distributi in 60. multiplico eas in 6. & habeo 36. latinas. Contra habitis partibus circuli secundum latinos distributi, si easdem per sex diuiseris, emergent græcanicæ. Verbi gratia, Polus boreus in loco quopiam eleuatur 48. gradibus, diuido eos per sex & habeo in quotiente octo, quæ sunt partes circuli per sexaginta partiti. E

COMPOSITIO SPHAERAE GRAECANICAE.






Compositio sphæræ Græcæ.

FAbrica tres circulos (quos Armillas uocant) eiusdem quantitatis, quorum duos coluris, tertium æquatori dicabis. Vnum ex coluris solstitijs accommodandum distribue à puncto A signato in 60. æquas partes. Ducta tamen prius linea in eius medio, idque de reliquis circulis omnibus intelligendum est. Esto igitur A. polus Arcticus, à quo 15. partibus recensitis, adscribito B. literam, quartam circuli partem significantem. Rursus à polo A. supputa 30. partes, adijcitoque C notam polum Antarcticum indicantem. Et iterum à polo A. 45. D litera ascripta significante aliam quartam circuli. Reliquum autem Colurum æquinoctijs inseruientem in quatuor duntaxat partes secato, iunctis literis A.E.C.F. A polum Arcticum, C. Antarcticum (sicut prediximus) indicante, E & F. duabus quartis alligabunt.


Terium


A Tertiũ prẹterea circulũ qui Aequatoris uicem tenet in 360 partes æquales resoluito, sic. Primo in quatuor partes. Eruntq́ꝫ quatuor eiusdem quartæ, quibus adde has literas E.B.F.D. Secundo quãlibet quartã ab E. initiũ statuendo in 3. seca partes. Tertio rursus quãlibet in 3. Quarto quãlibet in duas, postremo & quinto quãlibet in 5. & cõgregabis 360. partes siue gradus, quibus à nota E. inchoando, uersusq́ꝫ dextrã eundo adscribito quinarios numeros de 5. in 5. usq́ꝫ in 360 sic 5. 10. 15 20. 25. 30. 35. 40. 45. 50. &c. usq́ꝫ in 360.



Circulis his iuxta expositã doctrinã diuisis, iungito duos coluros. Ita, quòd A. polus Arcticus coluri distinguentis solstitia, innectat A. polo Arctico coluri distinguentis æquinoctia.
B Concatenentur etiã utriusq́ꝫ coluri C. literæ polum Antarcticum præ se ferentes, insideat planè colurus super colurũ ad angulos rectos sphærales. Quibus superaddito æquatorẽ, hac lege, Litera E. eiusdem iungatur literæ E. coluri distinguentis æquinoctia, & litera B. æquatoris literæ B. coluri solstitialis. Et F. F. ac D. D.


Deinde à polo A. Arctico recense uersus B. sex partes coluri in 60. partiti & immisso pede circini in A. polum, cum uago expanso in finem sextæ partis, pinge notas in ipsis coluris. Cõsimiliter infixo uno circini pede in C. polum Antarcticum, cum currente expanso affice coluros quatuor notis. Fabricatisq́ꝫ duobus circulis, impressis notis respondentibus, ipsisq́ꝫ affixis, cernes duos circulos, puta Arcticũ siue septentrionalem & Antarcticum, pro altitudine poli Græciæ apud latinos 36. Graduum.






Præterea à circulo Arctico iamiam designato numera 5. partes coluri diuisi, aut 11. à polo Arctico, & infixo pede circini in A. polum Arcticum, reliquo emisso in finem iam factæ numerationis fac notas in coluris. Haud dissimiliter operaberis circa polum Antar-

ẽticum Et binis fabrefactis circulis, his notis conformibus, ac combinatis aut colligatis D
erexisti duos tropicos æstiuum, scilicet, & brumalem.






Demum zodiacus circulus de quo infra dicetur, in duodecim signa distributus, & unumquoduis in 30. gradus resolutũ huic structuræ hoc pacto superadditur. Principiũ Arietis iungatur in unguem literæ E. principio æquinoctialis. Et initium Libræ D. literæ eiusdem æquinoctialis, principiũ Cancri tropico æstiuo ad 11. partem coluri in 60. diuisi. Initium autẽ Capricorni tropico Brumali in quadragesima prima pte coluri partiti. Ex his palã infertur, secundũ græcos, Zodiacum quatuor integris partibus coluri distributi, declinare ab æquinoctiali uersus septentrionem & totidẽ ab eodẽ uersus austrũ. Faciũt autem hæ quatuor partes Græcorũ 24 ptes aut gradus apud latinos, qui olim fuere propemodũ maxia solis declinatio ab æquinoctiali. A Ptolemæo Phelu. tempore suo inuenta 23. graduum 51. minutorum quasi. Hodie res aliter se habet. Hactenus de compositione sphæræ græcæ quo ad circulos eius intrinsecos, de extrinsecis Meridiano & horizonte in subditis differetur.

Ptolemæus.

E



F

DE COLVRIS.

TEXTUS PROCLI

SVnt & per polos ducti circuli, quos nõnulli coluros uocant, ĳs accidit, ut in ambitus suos mundi polos rapiant. Coluri autẽ dicti sunt, quòd partis aliquas in se minime conspectas habent. Reliqui aũt circuli in mundi circumactu integri cernuntur. Sed colurorum partes quæpiam, quæ uidelicet ab Arctico sub horizonte latent, cerni nõ possunt, signantur aũt hi circuli per tropica puncta, diuiduntque per duas æquas partis circulũ, qui per media signiferi ducitur.

SOEFLERI INTERPRE.

In hoc capite Proclus tractat de alĳs duobus circulis sphæræ intrinsecis, scilicet, de Coluris, & primo docet per quas cœli partes ducantur. Secundo unde dicantur, ibi Coluri autem dicti sunt. Tertio eorundem officium, satis tamen obscure, indicat ibi Signantur

Primo loco hic annotandum est. Quòd cõmunis astronomorum turba cum (autem. de constructione sphæræ mundi loquitur, Colurorum facit mentionem. Nam sine his materialis

A materialis sphæra componi minimè potest: omnes enim sphæræ circulis his innectuntur. Præcipui tamen tractatores sunt, hic noster Proclus, Ioan. de Sacrobusto cap. 2. libelli de sphæra in 5. sunt autem alij duo circuli maiores in sphæra, qui dicuntur coluri. Marcus Mani. lib. primo ca. 6. his metris.

Ioan. de Sa. bu.
Mar. Mani.

Sunt duo quos recipit ductos à uertice uertex
Inter se aduersi, qui cunctos ante telatos
Seq; secant, gemino coeuntes cardine mundi
Transuersosq; polo rectum ducuntur in axem,
Tempora signantes anni.

Alphraganus differentia 5. de uno tantũmodo facit mentionem, s. de circulo qui ducitur per solstitia. De recentioribus Georgius Valla lib. 16. ca. primo.

Alphraganus.

Secundo loco diffiniri Colurus potest, hoc pacto. Colurus est circulus maior per polos mundi uergens, ad sphæræ motum mobilis.

Colurus diffinitur.

Tertio scito geminos esse coluros, alterum distinguentem solstitia, alterum æquinoctia. Colurus distinguens solstitia, qui solstitialis appellatur, est circulus maior per polos mundi & zodiaci, maximasq; eiusdem declinationes, ac per principia cancri & capricorni ductus. Huius officium est distinguere solstitia. Est autem solstitium geminum, estiuum, nostra tempestate 12. fere die Iunij proB xima die post Barnabæ apostoli, ubi dies longissimus, hyemale siue hybernum, 11. aut 12. die Decembris uno die aut biduo ante Luciã, ubi dies curtissimus. De quibus plura supra dicta sunt. Priscorum extat metrum de his.

Colurus solstitialis diffinitur.
Solstitiũ duplex.

Vitus & Lucia dant tibi solstitia bina.

Maxima zodiaci aut solis declinatio à zodiaco à diuersis, temporibus diuersis aliter & aliter est inuenta: A Ptolemæo Phelu. (ut supra diximus) lib. 1. Almage. ca. 13. 23. graduũ 51. minutorum & 20. secundorũ. Postea ab Almeone doctissimo mathematico minor. s. 23. graduum 33. minutorum. Dein ab alijs iterum minor 23. graduum 30. minutorũ, quæ hodie obseruatur. Georgius Purbachius lib. primo Breuiarij Ptolemæi Phelu. cap. 17. Anno gratiæ 1450. aut circiter inuenit eandem 23. graduum & 28. minutorum.

Maxima zodiaci declinatio.
Almeon.
Geor. Purba.

Colurus distinguẽs æquinoctia, qui æquinoctialis appellatur, est circulus maior transiens per polos mundi & principia Arietis & Libræ. Cuius officium est distinguere æquinoctia, hoc est, dierũ & noctium æqualitatem. Est & æquinoctium geminum vernum & autumnale. Vernum cũ Sol intrat Arietem, nostro tempore 10. aut 11. Martij uno aut duobus diebus ante Gregorium Pa. Autumnale, sole principiũ Libræ adeunte, hodie 13. & 14. Septembris. Prisci hoc uerC sicullo sunt usi. Lampert, Gregori nox est æquata diei.

Colurus æquinoctialis,
AEquinoctialis duplex.

Quarto contuendum. Colurus, authore Ioan. de Sacrobusto, dicitur à κῶλον Græco quod est membrum & οὐρ@ quod est bos syluester: quia quemadmodũ cauda bouis syluestris erecta, quæ est eius membrum, facit semicirculũ & non perfectũ: Ita colurus semper apparet nobis imperfectus. Rectius dicit hic author. Vterq; tamen fere labitur. Verus autẽ intellectus est is. In sphæra obliqua coluri habent aliquas partes, quæ minime cõspiciuntur. i. quæ nunquam oriuntur ad uisum, sed semper latent sub horizonte, reliqui autem sphæræ circuli, intellige quorũ pars obliqua emergit supra horizontem in sphærę circumrotatione in 24. horas uisui sese offerunt. Vri sunt boues agrestes, de quibus & eorũ cornibus Pli. lib. 8. ca. 10. & 11. ca. 37. Solinus ca. 32. Cæsar. 6. cõmen. belli Gallici. Et Albertus lib. 22. de animalibus. Dicti ut nõnullis placet ab ὀρῶν. i. montibus. Quare Seruius dicit eos nasci in Pyreneis montibus. Gignuntur etiam in Germania ultra Vistulam fluuiũ in Polonia & Masouia in sylua Hercinia & eius montanis. Macro. li. Sa. 6. scribit. Vri gallica uox est, qua feri boues significant.

Colurus unde
Vri. Plini.
Virgil. syluestres uri 2. Ge.
Solinus.
Cæsar. Ger.
Macrobius.
Alber. Mag.
Seruius.

Georgius Val. Thomas Linacrus.

Quinto notandum. Georgius Valla lib. 16. De Astronomia ca. 1. Caput id Procli Latinum fecit ante Thomam Linacrum Britannum. Et in fine sic habet. Describuntur autẽ hi per tropica & æquinoctialia puncta, in quę 30. partes æquales circulum per mediũ signiferum diuidunt. Hęc uerba Vallæ sunt manifesta. Colurus enim solstitialis transit (ut diximus) per prima puncta Cancri & Capricorni, quæ dicuntur tropica. i. cõuersiua. Alter Colurus qui æquinoctialis, tendit per puncta æquinoctij. i. initia Arietis & Libræ, ubi accidunt æquinoctia. Caput autẽ Procli à Thoma tralatũ deficit in his uerbis. Et æquinoctialia &c. Forsassis Græcũ exemplariũ Thomæ fuit mutilatũ: Esto φ Græcũ exemplar correctũ nõ habeat uerba his Latinis (& æquinoctialia) respõdentia. Cogimur hic de tropicis punctis loqui extensius, quàm supra in capite de circulis sphæræ fecimus. In proprio enim significatu tropica puncta sunt principia Cancri & Capricorni per quę uergunt duo circuli tropici, in quibus soli proprie usuuenit cõuersio, quemadmodũ prædiximus. In eo significatu durat etiã Hyginus, quem lege. In extensiore autẽ significatu tropica puncta dicuntur, in quibus sol conuertit se de uno hemisphærio in aliud. Vt soli accidit ingredienti primum Arietis punctum, tunc enim sol conuertit aut mutat se de hemisphærio meridiano in septentrionarium, hoc est, de signis meridianis in septentrionalia. Sic sole primum Libræ punctum adeunte, conuertit sese de hemisphærio septentrionali in meridianum, aut de signis septentrionalibus in meridiana. D E

Proclus.

Tropica puncta bifariã accipiuntur. Hyginus.

DE SIGNIGFERO.

TEXTVS PROCLI.

OBliquus circulus is est, qui duodecim signa continet, ex tribus æquidistantibus circulus constans: quorum duo latitudinẽ signiferi determinant, unus per signa ductus uocatur: hic adeo duos pares & æquidistantes circulos attingit, solstitialem in prima Cancri parte, brumalem in Capricorni principio. Latitudo signiferi continet partes duodecim. Dictus est autem hic circulus obliquus, quòd æquidistantes ad inæquales angulos intersecet.

STOEFLERI INTERPRE. Continuatio.

SVperioribus capitibus Proclus de quinque æquidistantibus circulis sphæræ intrinsecis, uaria & plura doctissime absoluit, postea præcedente capite de Coluris etiam intrinsecis circulis non ab re determinauit, in hoc capite de signifero ultimo sphæræ intrinseco differit. Et paucis multa comprehendit, de quibus alij diffusius scribunt. F

Scriptores de Signifero. Plinius.

In primis igitur animaduertendũ. Quòd scriptores de hoc circulo signifero sunt fere innumeri. Primo cõmunis omnium astronomorum secta. Sunt autẽ astronomorũ sectæ (authore Pl. lib. 18. ca. 25.) quatuor Chaldæa, Aegyptia, Græca & Latina. Partialiter hi Plato, Pythagoras, Aristoteles præcipue secundo de gener. Ptole. in omnibus libris suis. Iul. Hyginus lib. 1. ca. de zodiaco. Iulius Firmicus lib. 2. ca. 1. Marcus Mani. lib. 1. ca. 9. Albumasar in omnibus suis libris. Hali Abenragel in suis partibus. Adilazus qui Alkabitius nominatur in libello suo introductorio in astronomiam. Aratus in Phænomenis. Germanicus Cæsar in Aratum. Rufus Festus in Aratum. Tullius in Aratum, Abraham Auenare. Cleomedes primo Meteor. Macrobius de Som. Scipi. libro primo. Alphonsus Ro. rex. Campanus in Theoricis. Plinius Secundus lib. 2. ca. 4. 8. 16. & 77. in ueteri & in nouo 79. Poëtæ Virgilius 1. Geor. Lucanus nono Pharsa. Ouidius secundo Metamor. Fab. prima. Et mediæ ætatis. Hermannus contract. Leopoldus filius ducatus Austriæ. Guido Bonati, & alij plurimi.

Adilazus.

Auenare.

Campanus. Huc Alphonsus & Campanus pertinent.

Præterea

Zodiacus diffinitur.

A Præterea diffinitio zodiaci quid rei indicans, hæc est. Zodiacus est circulus maior, obliquus, æquinoctialem in partes æquales secans, cuius una medietas ad septentrionem reliqua ad austrum declinat, sub quo errantia astra mouentur. Hæc diffinitio fere concordat cum Cleomede primo meteor. Est nimirum (inquit) signifer circulus obliquus, per tropicos & æquinoctialem proiectus, qui utrumque tropicum in uno puncto contingit, sed æquinoctialem diuiduè secat. Accedit Hyginus libro primo capitulo de zodiaco sic. Zodiacus ex quadam parte contingit æstiuum & hyemalem circulum, æquinoctialem autem medium diuidit. Ita sol per zodiacum circulum currens, neque extra eum transiens, necessario cum signis his, quibus innixus iter conficere uidetur, peruenit ad eos, ad quos supra diximus orbes. Ita quatuor tempora diffinit &c. Et infra. Itaque ostenditur non per tres ipsos circulos currere, sed zodiacum transiens ad eos peruenire. Hanc dictionem belle indicat Marcus Manilius libro primo astronomicon capitulo nono his metris.

Cleomedes

Hyginus.

His addunt aliquos diuersa fila trahentes,
Inter se gyros: quorum fulgentia signa
B Alter habet, per quæ Phœbus moderatur habenas,
Subsequiturque suo solem uaga Delia curru.
Et quinque aduerso luctantia sydera mundo,
Exercent uarias naturæ lege choreas.
Hunc tenet & summo cancer, Capricornus ab imo,
Bis recipit, lucem qui circulus æquat & umbras.
Lanigeri & Libræ signo sua fila secantem,
Sic per tres gyros inflexus ducitur orbis. Et infra.
Sed nitet ingenti stellatus balteus orbe,
Insignemque facit cœlato lumine mundum.
Et ter uicenas partis patet atque trecentas
In longum, bis sex latescit fascia partis,
Quæ colubet uario labentia sydera cursu.

Zodiacus triplici ratiōe dicit obliquus.

Scito quod Zodiacus triplici ratione obliquus appellatur. Quarum prima est, quod cum æquinoctiali & tropicis non facit angulum rectum sed obliquum. Testis est hic Proclus in textu cum inquit. Dictus est autem hic circulus obliquus &c. Secunda, dicit obliquus .i. nō regulariter motus. Haud enī regulariter ascendit & descendit secundū suas partes, quemadmodū æquinoctialis. C Quare aliqua eius signa recte, aliqua oblique in utraque sphæra oriuntur & occidunt. De quibus supra diximus. Tertia: dicitur obliquus respectu ad polos mundi: à quibus non æque distat. Zodiacus sane nō dicitur obliquus ad polos proprios comparatus, cum ab eis secundum omnem partem æquidistet, sicut æquinoctialis à polis mundi. Verum comparatus ad polos totius .i. mūdi: quia altera eius medietas ad septentrionem altera ad austrum declinat: & cum super his oblique mouetur motu diurno ad motum orbis in quo est, hoc respectu obliquus circulus est dictus. Sed quæris huius obliquitatis causam? Respondeo, quod ex eo quod eius pars una summitati capitū nostrorū appropinquat, et reliqua remouet̄ à nobis accidit, quod astra per ipsum mota modo appropinquāt, modo remouēt̄ à nobis, & cōmuniter diuersitatē producūt in effectibus, quod ad uitā rerū requisitū est. Gratia exempli: quādo sol est in medietate septentrionali huius circuli propinquus zenith & summitati capitū, calorē intensum in his inferioribus producit, ut nos in æstate experimento uidemus. Si igit̄ zodiacus nō esset obliquus, sed nobis secundū oēs eius partes appropinquaret equaliter sol semp esset cōsimiliter propinquus: & cū in breui tpe æstatis tantū calorem

Quæ causa obliquitatis.

producit, tunc profecto ita eius calor intenderetur, quod non solum nihil de nouo D
generaretur, uerũ generata arefacta corrumperent. Quare zodiacus situs est
obliquè, ut Sol motus per remotiorẽ medietatem, calor remittat. In qua motus
abit à nostro zenith, & frigus intenditur, ut patet in hyeme. Et si semper in au-
stro maneret zodiaco, sic ordinato omnia, ob frigoris intensionẽ in aquilone de
struerentur. Vt igitur non semper sit calor, neque frigus, sed successiue, ut quæ
calore gignuntur frigore corrumpantur, sol approximando & remouendo mo
uetur in zodiaco, eũ oportuit esse obliquũ. Similiter si non esset obliquus neque
declinaret, semper esset temporis & agentiũ uniformitas, & ex consequutione
effectuũ productorum æqualitas: quod non facit ad mundi perfectionem, neque
Aristoteles ad complementum intentionis naturæ. Idem enim (ut docet Aristoteles secun-
do de gener. ca. 9.) & consimiliter habens, semper idem innatũ est facere. Fit autem
diuersitas in effectibus productis propter motũ planetarum in zodiaco. Vt pul
chre docet Aristoteles ubi supra. Allatio facit generationem actualiter, quia ad-
ducit & abducit generans continuo. Ideóque non prima allatio est causa gene-
rationis & corruptionis, sed quæ circa obliquũ circulum. Videmus enim quòd
adueniente sole generatio est, recedente autem diminutio.

Zodiacus unde. Ad quid nominis zodiaci nũc feliciter accedo: quæ quidem apud authores E
diuersa sunt. Vocatur igitur primo Arabice aut Chaldaice Mitach, authore
Primò Mitach Alkabitius. Alkabitio in libello Isagogico in Astronomiam differentia prima ca. De diuisio-
ne circulorũ. Mitach (inquit) .i. circulus signorum diuiditur in 12. partes æqua-
les secundum diuisionem circuli signorum, & hæ partes dicuntur signa, & re-
feruntur ad imagines, quæ sunt sub eodẽ circulo zodiaco, quę sunt Aries, Taurus,
Distãt Mitach & Mirach. Gemini &c. Vide, candide Lector, ne corrupte legas Mirach, distant sane inter
se Mitach & mirach. Mirach enim Arabice umbilicus Latine dicitur. Vt mirach
Andromadæ .i. umbilicus, & est stella tertiæ magnitudinis de natura veneris. Et
mirach Alpheratz, i. umbilicus Pegasi, i. equi maioris aut uolantis, secundæ ma-
gnitudinis de natura Iouis & Martis.

Secunda zodiaci appellatio. Iuli Firmi. Macrobius. Secundo Græce appellatur Zodiacus, quo nomine utitur Iul. Fir. lib. 2. ca. 1.
Zodiacus orbis in quo 12. signa infixa sunt, per quem planetæ, sol etiã & Luna
cursus suos dirigunt, obliqua semper agitatione torquetur. Ita uocat eum Ma-
crobius lib. 1. de Somnio Scipi. cum inquit. Decem autem alij (ut diximus) circi
sunt, quorum unus est ipse zodiacus, qui ex his 10. solus potuit latitudinem hoc
modo, quem referemus, adipisci. Natura cœlestium circulorũ incorporalis est F
linea, quæ ita mente concipitur, ut sola longitudine censeatur, latũ habere non
possit: sed in zodiaco latitudinem signorũ capacitas exigebat &c. lege ibi plu-
Tullius. ra. De quo pulchre canit Tullius in suis fragmentis in Aratum, sic.

Zodiacum hunc Græci uocitant, nostrique Latini
Orbem signiferum perhibebunt nomine uero.
Nam gerit hic uoluens bis sex ardentia signa. Et infra.
Hæc sol æterno conuestit lumine lustrans
Annua conficiens uertentia tempora cursus

Habet autem hoc nomen zodiacus plura etyma aut interpretationes, duas po-
Io. de Sa. bu. Macrobius. nit Ioan. de Sacrobusto tracta. secundo de zodiaco, tertiam Macro. Prima Io-
Zoe. annis est quòd zodiacus dicitur à ζωή quod est uita: rationẽ mox annectit, quia
secundum motum planetarum sub illo est uita in rebus his inferioribus: Eapro-
pter recte supra monuimus zodiacũ obliquè locatum in cœlo, ut non recte sta-
Hipparchus. ret sup. partes terræ habitatas. Nã iste circulus (teste Hipparcho de uigore na-
turæ) est uita omniũ quæ in mundo sunt. Alludit cõmentator super lib. de Po-
mo Aristotelis. Vita (inquiens) cunctorũ animalium consistit in uirtute cœli-
ca &

A ea & mundana. Accedit & Plato de immortalitate animæ, cum dixit. Solem generasse cœlum & terram. Quod intelligitur in quantum cœlum lumen Solis recipit. Terra aũt.i.ea quæ in terris sunt, in sui generatione pendent à Solis lumine & calore, patet igitur quòd nihil esse cõspicitur, quod non à Sole quantũ ad suũ esse, aut quantum ad suum bene esse, aut cõseruari ab eo dependeat aut causetur. Quare rectè Aristoteles 1. Meteo. scripsit. Totus iste mundus sensibilis cõtiguus est superioribus lationibus, ut inde tota uirtus eius gubernetur. Et idem 2. Physi. homo generat hominem & Sol. Et Almansor 103. Aphons. Vita omniũ animantiũ est secundum gradum Solis & Lunæ, & hoc ab altissimo datum. Et Macro. 1. de Som. Sci. Cœlestis quidem uirtus, quæ euentus producit, in rebus transitorijs & mundanis quasdam, suis mediantibus impressionibus, uisiones immittit humanis sensibus in sopore, quibus ipsa interdũ præmunitur humana fragilitas & à noxijs præseruatur. Aristoteles. Almansor. Macrobius.

Secundo. Secundum Authorẽ sphæræ, Zodiacus dicitur à ζώδιον.i. animal. Melius à ζῶον.i. animal, aut ζῶα.i. animalia. Quia cum distribuatur in 12. quælibet pars signũ appellatur, & signa nominibus animaliũ sunt uocata. Primo ex eo quòd tale signũ tam qualitatum manifestarũ quàm occultarum uirtualiter habere demonstrat, quã in animali eiusdem nominis inuenies. Vt clare docet Zodion. Zoon. Zoa.
B Macro. primo Satu. quẽ legito. Secundo, quoniam signũ quodlibet figuratum est nõnullis stellis taliter sitis ꝙ ductis hincinde lineis, præ se ferunt huiusmodi anial cuius nomen accepit. Vt stellæ Arietis in octauo orbe sic sunt dispositæ, ꝙ Arietẽ terrestrem figurare uideantur, id per Sphærã solidam aut Hyginum de syderũ dispositione facile manifestaſ. Tertio, Macro. lib. 1. de Som. Sci. sic habet. Zodiacus dicitur à ζώδια græco quod signa significat. Et eius uerba sunt hæc. Has ipsas duodecim partes signa appellari maluerũt, certaꝗ singulis uocabula gratia significationis adiecta sunt, & quia signa græcè ζώδια nuncupantur, circũ ipsum zodiacum quasi signiferum uocauerunt. Ad hoc facit Tullius supra Zodiacum hunc græci uocant &c. (allegatus.

Tertio appellatur Zodiacus signifer latine, Græcè σημειοφόρος, à ferendis signis. Hoc nomine uocant ipsum Latini, ut supra ex metris Tullij didicimus. Eo uocabulo utitur Plini. in suis libris, ut supra libro secundo ca. 4. &c. Et Georgius Valla. Item Thomas Linacrus supra in hoc capite. Signifer.

Quarto nuncupatur obliquus siue inflexus. Obliquus ab Aristotele secun-
C do de gener. uide supra. Et Virgilius primo Geor. ubi inter cætera sic dicit. Aristoteles. Virgilius.
Et uia secta per ambas,
Obliquus qua se signorum uerteret ordo.
Et Ouidius secundo Meta. fabu. prima. Et ad propositum sic ait. Ouidius.
Sectus in obliquum est lato curuamine limes. A Marco Mani. lib. 1. ca. 9. dicitur circulus siue gyrus inflexus. Ad nostrũ propositum sic. Mar. Mani.
Sic per tres gyros inflexus ducitur orbis.
Orbis, id est, circulus inflexus.

Zodiaci signa sunt gemina Physica, scilicet, & communia. Physica quidem, id est, naturalia sunt sex, & exprimuntur sic, unũ, duo, tria, quatuor, quinꝗ, sex. Physici enim (ut supra diximus) est consyderare rerum perfectiones. Quare ut docet Aristoteles primo Meta. ca. 2. quòd ea quæ sunt maxime uniuersalia & à sensu remotissima, sunt hominibus difficilia ad cognoscendum, propter eorum maximas perfectiones. Sed quia senarius est primus numerus perfectus, ideo posuere sex signa ob perfectionem. Ratio enim numeri (authore Augustino undecimo, de ciuita. dei ca. tricesimo) cõtemnenda non est, quæ etiam in multis sanctarũ scripturarũ locis, quàm magni æstimanda sit, elucet diligenter intuen- Signa physi- Aristoteles. Augustinus.

tibus. His signis utunt͏̃ Alphonsus Rbo. rex in suis tabulis. Et alius Alphonsus D
de Corduba. Itē Blanchinus &c. Et secundū hos quodlibet signū complectitur
60. grad. Cōmunia autem signa sunt 12. horum usus fuit quondam apud ueteres, Pythagoricos, Platonicos, Abrachim, Arsatilem, Timocaridē, Ptolemæū, Aratum, Plinium, Iuli. Fir. & hodie omnes recentiores. Et ita 30. grad. cōstituūt
Cleostratus unum signū. Primus inuētor aūt nominum signorū dicitur fuisse Cleostratus.
Plinius Anaximandea Testis Pli. li. 2. ca. 8. Obliquitatē (inquit) eius scilicet signiferi intellexisse hoc est rerū fores aperuisse Anaximander Milesius traditur primus, Olympiade 58. Signa deinde in eo Cleostratus & primū Arietis & Sagittarij. Nomina autem
Mar. Mani. omnium 12. signorum Marcus Mani. lib. 1. ca. 4. pulchre enumerat, hoc modo.

Aurato princeps Aries in uellere fulgens
Respicit admirans aduersum surgere Taurum,
Summisso uultu Geminos & fronte uocantem.
Quos sequitur Cancer, Cancrum Leo, virgo Leonem.
Aequato tum Libra die cum tempore noctis,
Attrahit ardenti fugentem Scorpion astro
In cuius caudam contentum dirigit arcum,
Mixtus equo, uolucrem missurus iamq; sagittam.
Tum uenit augusto Capricornus sydere flexus, E
Post hunc inflexam diffundit Aquarius urnam,
Piscibus assuetas auide subeuntibus undas,
Quos Aries tangit claudentes ultima signa.

Ex his facile concluditur longitudo ipsius zodiaci, quæ 360. gradibus mensuratur, sępius memorauimus oēs sphęrę circulos intelligi ut lineas circulares, expertes omni profunditate & latitudine, dēpto zodiaco, qui nō abs re latitudine gaudet. Ea propter Mar. M. alios circulos uocat fila, cuius metra indicauimus. Idem testatur Proclus supra de æquinoctiali in fine capitis. Accedit bellè Macro. lib. 1. de som. Scip. Eius uerba legito supra. De latitudine zodiaci loquuntur
Macro. præter dictos, Marcus Mani. Bis sex latescit fascia partis.
Mar. Mani. Cleomedes Et Cleome. 1. meteo. sic. Huius nempè signiferi satis amplā habentis latitudinē partes aliæ sunt septentrionales, aliæ australes, aliæ inter has mediæ. Ideo etiā tribus scribūtur circulis, quorū medius solaris nuncupat͏̃. Alij altrinsecus, quorum unus septentrionalis, alius australis. Per hūc signiferum uagæ aliæ stellæ motu delecto modo ad septentrionē, modo ad austrum accedunt, solus Sol per mediū dumtaxat mouetur, nō in septentrionē non in austrū uergens. Hucusq; F
Cleo. Habet igit͏̃ zodiacus solūmodo 12. grad. in latitudine, quorum quantitas metitur per 12. grad. longitudinis, de quibus supra diximus. Cuius latitudinis tres assignant͏̃ causæ. Prima propter planetas, qui semp̄ sub zodiaco decurrunt & eundē non exeūt, nisi rarissime. Hęc causa sumpta est ex Cleo. iamiam allegato & Marco Mani. supra. Verū venus nonnūquā & si raro eundū exit puta Anno gratiæ 1531. die 10 mensis Martij in 20. usq;. Et Anno 32. die 10. Octobris. Dein Anno 40. die 1. octob. Rursus anno 47. die 10 Martij. Et tandē anno 48. die 1. oct.

Et Mars etiam nonnūquā exit rarissime tamen, puta anno Christi 1529. à die 10. Iulij in 50. ferè dies. Nec aliud offendo exemplū usq; in annū 1551. exclusiue. De hac causa loquuntur authores supra nominati, pulcherrime tamen Marcus Mani. ut supra retulimus. Secūda causa latitudinis orit͏̃ ex primarijs & nobilioribus cœlestibus imaginibus q̄ sunt Aries, Taurus &c. quę, uel maior earum pars
Mar. Mani. cōtinet͏̃ sub zodiaco, quapropter & signifer dicit͏̃. Hanc tangit. Mar. Ma. supra in uersib. Sed nitet &c. Tertia causa physica est propter circuli p̄fectionē. Cōstituit͏̃. n. eius latitudo ex duobus senarijs, Senarius aūt numerus est p̄fectus, igit͏̃.

Sed.

A Sed hic nō est ſicco pede tranſeundū, id, non ſufficere habere tantūmodo loca planetarū in zodiaco ſecundū eius longitudinem, ſed & ea ſecundū latitudinē haud ignorare neceſſum erit. Videlicet an ſint in parte zodiaci, q̄ in ſeptentrionē uergit, an in ea quæ ad auſtrū. Et ut hoc neminē lateret, priſci aſtronomi imaginari ſunt quandā lineam, in circuitu zodiaci procedentem, & eundem ſecundū longum per mediū ſecantem, ſex gradibus uerſus ſeptentrionē & totidem uerſus auſtrū relictis. Eſt aūt hæc linea circulus maior, latitudinē zodiaci in duo æqua diſtribuens. Et habet uaria admodū nomina. Vocatur aūt uia Solis, Orbita Solis, Iter ſolare, Locus Solis, Solaris circulus, Linea eclyptica, Locus eclypticus. Via Solis nuncupatur, Sol. n. ſub ea linea ſemp medius incedit, neq̄ uſquam ultro citroq̄ deflectitur, deuiatq̄, ſed ſuo motu annuo eandem deſcribit. Vt in Al ma. Ptolemæi & Theoricis planetarum demonſtratur. Cæteri aūt planetæ nunc ſub ea, nunc citra, nūc ultra expatiantur. Qui ſi in ea parte latitudinis quæ ad arctū tendit, uage feruntur, latitudinē dicuntur habere ſeptentrionariā, quam noſtri neoterici appellant Faſtigiū, aut Sublimitatem, aut Eleuationē, quo ad nos, qui ſeptentrionē incolimus. Sin in altera latitudinē habēt meridianam, quam Humiliationem aut Depreſſionem, quo ad nos uocitant:

Linea media zodiaci.
Habet diuerſa nomina.
Via Solis.

B Haud diſſimili ratione eadē linea dicitur iter Solare. Item Solaris circulus à Cleomede appellatur, quia ſub eo ſemp decurrit, de quo lib. 1. Meteor. capite, de Signifero, ſic ſcribit. Solus Sol per mediū dumtaxat mouetur (& poſt pauca) In ſignifero aūt neutram partem (intellige nec ſeptentrionalē nec meridionalem de quibus antea dixit) ſed medioxumū ſuo itinere orbem ſecat, unde etiā Solaris circulus appellatur &c.

Iter Solare.
Solaris circulus.
Cleomedes.

Et ab eodem 2. Meteor. capite de Lunæ propinquitate ad terrā, in fine dicitur locus Solis. Eo quòd ſub hoc circulo Sol ſemper moratur & locatur.

Locus Solis.

Vocatur etiā orbita Solis ſupra à Proclo ca. de poteſtate æquidiſtantium. Et Plinio lib 2. ca. 70. in ueteri, in nouo ca. 65.

Orbita Solis.
Proclus.
Plinius.

Nominatur demū uſitato linea eclyptica, q nunq̄ eclypſis, hoc eſt, Solis aut Lunę deliquiū accidit, niſi ut crq̄ ſub eadē linea uel propè quo ad Lunā; in eodē, aut oppoſitis gradibus decurrat. In eodem ſanè gradu ſi Solaris futurus ſit defectus. In oppoſitis uero ſi Lunæ. Hoc noīe uocat eā Macro. 1. de So. Sci. & loquit̄ de Zodiaco, dicens. Quantū igitur ſpatij lati dimenſio porrectis ſyderibus occupabat, duabus lineis limitatū eſt, & terna ducta per mediū eclyptica uocatur. Quapropter à Cleo. lib. 2. Meteor. ubi ſupra dicitur, locus Solis & eclypticus.

Linea eclyptica.
Macro.
Locus eclypticus.

C

DE HORIZONTE.

TEXTVS PROCLI.

HOrizon uero circulus eſt, qui conſpectam mundi partem ab inconſpecta dirimit. Itaq̄ in duas partis uniuerſam ſphærā ſecat, ut alterum hemiſphærium ſupra terram, alterum ſub terra relinquat. Eſt uero horizon duplex, alter qui ſenſu uſurpatur, alter qui ſola ratione percipitur. Ergo ſenſilis horizon eſt, qui à noſtro uiſu in termino uiſionis circumſcribitur, hic adeo non amplius duū milium ſtadiorū dimetientem habet. Qui aūt ratione percipitur, ad fixarū ſtellarum ſphæram pertinet, mundumq̄ totum in duo ſecat.

Nec uero per omnem tractum urbemúe idem horizon eſt, ſed ſenſu idem quadringentis ferè ſtadijs manet. Quo fit, ut dierum longitudo, & clima & apparentiæ omnes eædem ſibi conſtent, aucto uero ſtadiorum numero, pro habitationis diuerſitate horizon, clima, omnes denique apparentiæ mutantur. Conuenit tamen, ut habitationis ultra quadringenta ſtadia mutationem ad

austrum boream ire accipiamus. Si quidem qui eundem æquidistantem inco- D
lunt, in quamlibet magnorum stadiorum numero, horizonta quidē diuersum habent, clima uero idem, & apparentias omnes similes. Dierum tamen exitus initiaq; haud quaquam ijs, qui eundē æquidistantem habitant, eodem temporis momento euenient. Verū si exactæ rationis examini stare uelimus, pro quolibet puncto, in quauis orbis parte mutati situs horizon, clima & apparentiæ omnes euariant.

Horizon uero ea ratione in sphærarum descriptione non adhibetur, quod reliqui circuli omnes ab ortu ad occasum circumacto mūdo unà rapiuntur. Horizon suapte natura quietem amat, eodem semper seruato situ. Si itaq; horizon in sphæras adderetur, circumactis ijs, etiam eum moueri, & nonnunquam supra uerticem esse accideret. Id quod certe tum captum omnem superat, tum à sphæræ ratione abhorret. Verum non incommode situs eius ab alueo, in quo sphæra reuoluitur, intelligi solet.

STOEFLERI INTERPRE. Continuatio.

SVperioribus capitibus Proclus multa & uaria absoluit de circulis sphæræ intrinsecis. Hoc uero capite & sequenti aggreditur determinationem duorum circulorum sphæræ extrinsecorum scilicet horizontis & meridiani. Et pri- E
mo agit de horizonte.

Diuisio

Et posset caput hoc secari in quatuor partes principales. In prima diffinit horizontem. In secūda eundem partitur in sensilem & ratione perceptum, ibi. Est uero horizon duplex. In tertia plura pertractat, quoad durationem, & mutationem. Ibi, nec uero per omnem. In quarta discrimen ponit inter circulum horizontem ratione perceptum & sphæræ circulos, quo ad motum & quietem. Ibi (horizon ea ratione.

Cōtuendū, scriptores de horizonte sunt hi. Ptolemæus in multis dict. Alma, præcipuè secunda, & idem de eodem in Quadri.

Ptolemæus
Hyginus
Scriptores de horizonte.
Strabo
Cleomedes

Hyginus libro 4. inquiens. Horizon enim diuidens ea quæ uidentur, & quę non apparent. Ita diffinit sphæram, ut semper sex signa de 12. in hemisphærio uideantur supra terram, sex aūt signa sint infra subterra. Strabo lib. 1. in principio.

Cleomedes primo meteor. ca. 1. Et (inquit) cum nauigemus in quo terra loco non spectatur circumcircà in horizonte, quem latina uoce dicimus finientem, nobis cœlū imaginamur aquam cōtingere &c. Et idem in ca. φ terra nō sit lata.

Alphraganus de eo, differentia 10. & appellat horizontes circulos hemisphærij diuersarum regionum. Marcus Mani. libro primo ca. 8. sic. F

Alphraganus
Mar. Mani.

Alterius finis si uis cognoscere gyros,
Circumfer faculis oculos vultumq; per orbem.
Quicquid erit cœli primum, terræq; supremum,
Qua coit ipse sibi nullo discrimine mundus,
Redditq; aut recipit fulgentia sydera ponto,
Præcingit tenui trausuersum limite mundum,
Hæc quoq; per totum uolitabit linea cœlum
Hunc tantum ad medium uergens mediumq; repente
Orbem, nunc septem ad stellas, nunc mota sub astra.
Sed quocumq; uagæ tulerint uestigia plantæ
Has modo terrarum, nunc has gradientes in oras
Semper erit nouus, & terris mutabitur arcus,
Quippè aliud cœlum ostendens, aliudq; relinquens
Dimidium regit atq; refert, uarioque notauit
Fine & cum uisu pariter sua fila mouentem.

Hic

A Hic terrestris erit, quia terra amplectitur orbis
Et mundum plano præcingit limite gyrus,
Atque trahens à se titulum memoratur horizon.

Macrobius libro primo, De Som. Scipi. & idem lib. secundo, De Som. Scipio. libro enim primo, sic habet. Horizon est enim uelut quodam circo designatus terminus cœli, quod super terram uidetur. Et quia ad ipsum uere finem nõ potest humana acies peruenire, quantũ quisque oculos circumferendo cõspexit propriũ sibi cœli, quod super terrã est, terminũ facit. Hic horizon quem sibi uniuscuiusque circumscribit aspectus, ultra trecentos & sexaginta stadios longitudinem intra se continere non poterit. Centũ enim & octoginta stadios nõ excedit acies, contra uidentis. Sed uisus cum ad hoc spatium uenerit, accessu deficientis in rotunditatem recurrendo curuatur. Atque ita fit, ut hic numerus ex utraque parte geminatus trecentorũ sexaginta stadiorum spatiũ, quod intra horizontem suũ continetur, efficiat &c. sequunt alia notatu digna, tu legito. Idem lib. secundo de Som. Scipi. sic. Terra nona & ultima sphæra est, hanc diuidit horizon, id est, finalis circulus. Ergo medietas, cuius nos partem incolimus, sub eo cœlo est, quod fuerit super terrã, & reliqua medietas sub illa &c. Vide & lege. — Macrobius.

Præterea annotandum. Etsi author egregie diffinit horizõtem, dilucidius tamen sic. Horizon est circulus maior sphæræ immotus, diuidens cœlum in duas partes, s. hemisphærium supra uisum, & inferius occultatum. — Horizon diffinitur.
B

Sunt aũt huius circuli diuersa nomina. Vocatur autem horizon, quasi circulus disterminãs hemisphæria, ab ὁρίζω Græco, quod est termino, diffinio, uel ab ὅρος, siue ὅριον. i. terminus seu finis. Nõnulli pronunciãt Orizon sine aspiratione: & cõtendunt esse Latinũ ab orior oriris, & zona: quasi zona aut circulus ortus. — Nomina horizontis.

Appellat̃ gyrus aut circulus hemisphærii. Gyrus à Manilio: circulus hemisphærij Alphragano. Et finitor aut finiens. Cleome. i. Meteo. ca. q terra non sit lata, sic scribit. Si lata planaq; figuræ sit terra, unus apud omnes homines fuerit finiens. Neq; enim in tali figura est nosse quo pacto finientes intercidãt. Quòd si unus sit finiens, eadem ratione apud omnes ortus & occasus fient, & perinde principia dierum & noctium eodem pacto fient, at hæc non sunt. — Gyrus uel circulus hemis. Finitor finiẽs. Cleome.

Accedit Lucanus nono Pharsa. his metris. — Lucanus.
Iam iter omne latet, nec sunt discrimina terræ
Vlla, nisi æthereæ medio sicut æquore flammæ
Syderibus nouere uias, nec sydera nota
Ostendit Libycæ finitor circulus ore.

C Cato cum suis fouens partes Pompeii uenit ad Libyam arenosam uersus æquinoctialem; ubi polus, teste Ptole. eleuatur 10. 12. 14. 16. 20. 2[illegible]. gradibus. Vbi propter flatũ austri & cõmotionem arenæ nulla manent itinera. Vbi nec omnia sydera septentrionalia, secundum quæ diriguntur uiæ, apparent.

Et nostri recentiores utuntur his nominibus: finiens, finitor. Vt Geor. Valla de cõpositione astrolabii finientem, quem Græca nomenclatura horizontem (appellamus.

Rursus animaduertendum, Ptolemæus Dictio. secunda Almage. quem sequitur cõmunis astronomorũ turba, duplicem ponit horizontẽ, de quo noster Proclus nullã facit mentionem. s. rectum & obliquũ. Horizon rectus siue orthogonus dicitur, supra quem nullus polorũ mundi eleuatur, quẽ habent illi quorũ zenith est sub æquinoctiali. Eorũ horizon est circulus per polos mundi, diuidens æquinoctialem ad angulos rectos & sphærales. Et cõstituit sphæram rectam. Horizon autem obliquus, decliuis siue dicitur, supra quem alter polorũ mundi eleuatur, quem habent omnes habitantes extra æquinoctialem siue sint Aquilonares siue austrini. Et eorũ horizon intersecat æquinoctialẽ — Horizon duplex. Horizon rectus.

NOTA. Zenith Polus.

ad angulos impares & obliquos. Vnde dicitur horizon obliquus siue sphæra obliqua. D

Et scito, quòd zenith capitis semper est polus horizontis. Polus impræsentiarũ non accipitur pro puncto cœlesti, super quo cœleste mobile aut quispiam circulus mouetur, quia horizon immobilis est, ut supra patuit, sed capitur pro puncto eleuato, qui centrum est alicuius circuli, ut hic.

Circumferentia circuli bifariam describitur.

Attende igitur, quòd circumferentia aut peripheria circuli bifariam describi potest. Primo in planicio, ubi peripheria & centrum sunt in una superficie: & hoc fit cõmuni circino. Secundo ubi centrum est aut eleuatum aut depressum à planicie, & ad hoc requiritur proprius circinus. Vtrosque, horizontes rectũ, scilicet, & obliquum, indicat Mar. Mani. in metris supra expositis. Et omnes qui de fabrica & usu astrolabij tractant, frequentẽ habent eorundem memoriã.

Horizon duplex. Sensilis.

Procius noster hic, & Albertus Magnus lib. de natu. loco. distinct. 1. cap. 10. quem lege, & alij, binos faciũt horizontes alterum sensilem, alterũ ratione perceptum. Sensilis horizon siue sensu perceptus siue apparens est, qui sub aspectum uenit, ab eo descriptus iuxta aspectus terminum: & uocatur ab alijs, puta Mesalach lib. de uirtute motoris, artificialis, qui per usum cõprehenditur, sub quadam similitudine cum die artificiali. Nam dies artificialis dicitur, quòd artifices ut plurimũ in eo operantur: sic horizon dicit artificialis quia urbs aut arx per artem constructa, habent huiusmodi horizontem. Lege & Macro. supra citatũ. Hic secundum Procium & Alber. diametrũ habet binis milibus stadiis, nõ maiorẽ. Cuius semidiameter contineret mille stadia. Hi authores dissentiunt à Macrobio in numero, pauciora enim habet Macro. Quod ex eo forsitan oritur, quod stadiorum mensura est inuenta diuersa &c. Ego in hoc non accedo Macrobio. Pro maiori intelligentia repete, hic quod supra scripsimus in §. Attendendũ est. B

Diepingo claro nocte filios facio.

Artificialis diameter.

Horizon ratione perceptus, rationalis.

Horizon ratione perceptus siue rationalis aut naturalis, iuxta sententiam Ptolemæi, Cleome. & Procli est, qui ad fixarum stellarum sphæram pertinet, & ad eandem usque uenit, totumq; mundum in duo secat. Visus enim noster quum ad prospectum non uagantiũ astrorum penetrare non potest, ratiocinando cõcludit & inimaginatur circulũ quendam in sphæra stellata, distinguentem eandem in duo hemisphæria, alterum supra eundem circulum apparens, alterum sub eodem occultatum minime apparens.

Vnde sit orta huiusmodi ratiocinatio.

Sed quæris, unde orta est hominibus huiusmodi ratiocinatio? Opinor ex eo quòd homo nocturno tempore sereno, cõstitutus in loco libero, uidet in oriente emergere stellas ad uisum, quas paruillo ante tempore non uidebat, & iterũ alias & alias. Sic uidet in occiduo stellas ruere & mergi & amplius minime apparere, & iterum alias & alias. Vnde conclusit quendam esse in cœlo circulum terminantem res uisas à non uisis, quem horizontem appellitabant, & ita imaginata est superficies quædam transiens per centrum terræ expassa, usq; in cœlũ, & per quatuor mundi cardines. s. orientis, occidentis, meridiei & septentrionis, secernens res uisas à non uisis. F

Adiumentum inuentiõis horizontis.

Adiumentum ad id præstitit, quòd terra est sphærica & globosa, sed in globo propter partium deuexitatem ultra dimidium uisus extendere minime potest. Ideo ratio conclusit, ut iamiam expositi.

Aliud iuuame.

Accessit item rationi iuuamen per apparentias in cœlestibus. Quamq; uisus noster nõ adeat ad cœlum usque stellatum. Neque cœlum uidere posset homo, etiam si uisus ad id se extenderet. Videmus tamen stellas, quarũ lumen ad oculũ nostrum peruenit: quod satis concluditur per propositionem 27. primæ partis perspectiuæ communis: Sine luce nihil uidere &c.

Ioan. Pisanus. Exemplum de corde Leonis &c.

Exemplis facile doceberis. Cor Leonis stella regia, nostra tẽpestate sita in 22. gradu fere Leonis. Et stella in anchora sinistra Aquarij in 22 ferme gradu eiusdẽ

diametra-

A diametraliter in cœlo opponuntur, sic se habent, cum altera apparet supra horizontem, alia latet, & cõtra. Vna igitur oriente alia occidit, & hoc pacto semper sese habent. Quare ratio concludit circulũ quendam partientem cœlum totum in duas partes æquales, secementem (ut supra dixi) res uisas à nõ uisis. Et si morula quædam paruissima apparet, ob id quòd stella aquarij est meridionalis à linea eclyptica, non est curanda.

Exempla de planetis. Solis & Lunæ oppositio.

Exempla in planetis, Primo in oppositione Solis & Lunæ & præsertim in ea quæ est uicina ortui aut occasui, & ubi Luna est circa iter Solis. Vt ferè accidet Anno 1526. die 28. Ianuarij. Et eodem anno die 23. Iulij. Et eodem anno usu ueni- er, in oppositione Saturni & Martis die 28. nouembris. Saturno sanè occidente, oritur Mars. Et anno sequente 27. in oppositione Martis & Veneris die ter-

Item oppositio (quæ tamen rara est) Saturni & Iouis, quæ acci- (tia Maij. det Anno 1534. die 12. Februarii. in qua uterque caret latitudine, huius rei præstabit exemplum clarissimum.

Ex Ephemeridibus exempla plurima facile colliges. Sed de his hactenus.


Tertia pars huius capitis in. §. Nec uero per omnem tractum &c.

In primis candide Lector, quòd omnia quæ in ea parte annotauit Proclus accipienda sunt de Horizonte ratione percepto aut Rationali, de quo, & nõ de Sen-
B sili, astrologi in rebus astronomicis semper loquuntur.

Haber autem hæc pars plures annotationes haud inutiles. Quarum prima est, diuersæ regiones, urbes aut earundem habitatores habent diuersos & uariatos horizontes. Cuius rei ratio est, quia diuersæ regiones, urbes aut habitatores earũ, habẽt diuersa zenith capitis in cœlo, linea enim (ut nõ raro docuimus) tracta ex centro mũdi per Regionum mediũ aut Vrbium aut Habitatorũ usq; in cœlum indicat zenith capitis. Sed quia Regiones, Vrbes aut Habitatores in terræ superficie aut rotunditate inuicem distinguuntur, consequens est, huiusmodi lineas & zenith etiam diuersificari. Et cũ zenith capitis est polus horizontis sicuti folio antecedenti declarauimus, infertur horizontem à zenith quaqueuersum æqualiter distare, scilicet, 90. gradibus. Et linea ostendens zenith innitit Horizonti ad angulos rectos, quare nunc palàm infertur, quòd mutato zenith & horizon mutatur, sed diuersæ Regiones, Vrbium aut habitatores, habent diuersa zenith igitur diuersos horizontes. Id in hac fi-

Linea zenith & horizon faciunt angulos rectos.

C gura (etiã mediocriter doctus) facile apprehendere potest.



Horizon bifariam se mutat.

Δ Cõtuendum est hic quòd horizon gemino modo se uariat aut mutat. Primo, quòd regiones, Vrbes aut Habitatores sunt siti aut uersus orientem aut occidentem. Et si sunt siti sub uno parallelo aut æquidistante, uariant quidẽ horizontes, sed oĩa alia communia habent, ut indicat author in textu, & nos supra de Periœcis & circulariter habitãtibus abundè docuimus. Differunt in eo solummodo, quòd non pro uno & eodem instanti

Secunda annotatio.

400. stadia nō mutāt longitudinē diei, nec clima.

400. stadia q̄ faciāt miliaria

500. stadia q̄ faciāt miliaria

Quot stadia uni gradui respondeant.

Comparatio.

Manet idē clima.

Manet eadem longitudo diei

habent ortum & occasum Solis, meridiem & mediū noctis. Si autem siti sunt D
partim uersus orientē aut occidentem & partem uersus meridiē aut septentrio-
nē, horizontes declinant, & uariant se partim uersus orientē aut occidentem, &
partim uersus meridiē aut septentrionē. Quod cōtingit ex eo, q̄ nō sit sub uno
Secūdo, q̄ Regiões vrbes aut Habitaores sunt siti uersus meridiē (pallelo.
aut septentrionē. Et si sunt siti sub uno meridiano uariant se horizontes directè
aut uersus meridiē aut septentrionem. Si sub diuersis meridianis, fit uariatio, ut
iam supra dixi, in uerbo. Si autem siti sunt partim uersus orientem. Secun-
da annotatio in uersiculo, Sed sensu idem quadringentis ferè stadijs manet.
In ea & aliis sequētibus author docet, usquequò .i. ad quantū terræ spatiū idem
maneat horizon quo ad sensum & usquequò nō maneat idem. Dicit igit̄ in iam
allegato uersiculo, Quòd horizon quo ad sensum idē ferè 400. stadiis manet, di-
xit quo ad sensum .i. q̄ in eo spatio 400. stadiorū manet eadē diei longitudo sen-
silis, manet idē clima, manent eędem apparentiæ aut phænomena. Quod ut lu-
Aduertendū est, q̄ 400. stadia iuxta uulgarē & recentio- (cidius intelligat.
rem supputationē faciunt miliaria Italica 50. nostra cōmunia $12\frac{1}{2}$. Item 500. sta-
dia teste Ptole. lib. 7. geo. ca. 5. respondent uni gradui cœlesti in terra secundū la- E
titudinē, quæ faciunt mil. Italica ferè 62. nostra cōmunia 15. & $\frac{1}{2}$. si oīa emūctim
habere cupieris. Dico igit̄ q̄ 400. stadia supra à Proclo proposita, aut 50. mil. Ita.
aut 12. & $\frac{1}{2}$ nostra, nō supplent unū gradū latitudinis, sed 500. stadia aut 62. quasi
mil. Ita. aut 15. & $\frac{1}{2}$. nostra respondent uni gradui in latitudine. Vt ergo optime
lector rem paucis habeas, accipiā miliaria nostra tanq̄ mensuras nobis germa-
nis magis notas. Cōfer inuicem 12. mil. & $\frac{1}{2}$. respondentia 400. stadiis, ad 15. mil.
& $\frac{1}{2}$. respondentia uni gradui secundū latitudinem. Vides ea distare in 3. milia-
riis, quæ sunt 5. pars de 15. Surripe igitur ab uno gradu latitudinis, quintā par-
tem grabus. i. 12. minuta habes 48. minuta, quæ nullū uariant clima. Ingredere
igitur cōmunem tabulam climatū, & adde 48. minuta ad latitudinem medii cli-
matis, aut ea subtrahe ab eadem, & nō deduceris in aliud clima. Quare egregiè
dixit Author q̄ ob 400. stadia clima nō mutatur sed manet idem. Manet etiā
eadem dierū longitudo ad sensum. Id exemplo facile capies. Et ut morem gerā
Authori nostro græco, ponā exemplum ad Græciā, ubi latitudo, aut eleuatio
poli arct. est 36. quemadmodū supra in ca. de interuallo ęquidistantū diffinitum
est. Huius latitudinis dies maximus æstiuus, nostro tpe est 14. horarū & 28. mi- F
nutorū, pro ut tabulæ plurimæ in eam rem cōpositę indicant. Latitudini iam
oblatæ addo 45. minu. colligo 36. grad. & 48. mi. Ingredienti aūt mihi tabulam,
nō offendo 36. gra. & 48. mi. inuenio aūt 37. gra. latitudinis uiciniorē quibus alli-
gatur maximus dies æsti. 14. ho. & 24. mi. Distantia inter hos maximos dies est 6.
min. de quibus pro latitudine 36. gra. & 48. mi. demo quintā partem, & remanēt
ferè 5. mi. Est igit̄ maximus dies latitudinis 36. gra. & 48. mi. 14. horarū & 33. qua-
si min. Manet igitur eadē longitudo diei quo ad sensum in spatio 400. stadiorū.
Et dico notanter quo ad sensum. Nā omnes qui de climatibus scribunt, in qui-
bus diuersificantur quantum ad augmentū & decrementum, minimū tempus
sensile ponunt esse quartā partem horæ. i. 15. minu. horæ, & omne id quod cadit
infra 15. mi. nō est in ea re alicuius momenti quo ad sensum, quinq̄ aūt minuta,
de quibus iam dixi, sunt infra 15. minuta temporis sensilis. Igit̄ non constituunt
tempus sensile. Intra ergo tabulam climatū cum medio quarti Climatis, & of-
fendes maximū diem æstiuū iuxta mentē Ptolemæi & Procli 14. hora. & 30. mi-
nutorū, nostro tempore 14. horarum & 28. minuto. Cui adde 5. mi. aut deme, &
manebis semper intra limites huius climatis, igitur manet idem clima ut asserit
author. Consimile iudicium relinquitur de aliis climatibus omnibus, fac peri-
culum è figura sequenti, & uidebis ueritatem.

A

TABVLA CLIMATVM IO. DE SACROBVSTO.

		Longitudo diei æstiui H	Longitudo diei æstiui m	Latitudo Climatum G	Latitudo Climatum m
Primi Climatis per Meroen.	Principium	12	45	12	45
	Medium	13	0	16	40
	Finis	13	15	20	30
Secundi Climatis per Syenem	Principium	13	15	20	30
	Medium	13	30	24	15
	Finis	13	45	27	30
Tertij Climatis per Alexandriam	Principium	13	45	27	30
	Medium	14	0	30	45
	Finis	14	15	33	40
Quarti Climatis per Rhodum	Principium	14	15	33	40
	Medium	14	30	36	24
	Finis	24	45	39	0
Quinti Climatis per Romam	Principium	14	45	39	0
	Medium	15	0	41	20
	Finis	15	[illegible]	43	20
Sexti Climatis per Borysthenem	Principium	15	15	43	30
	Medium	15	30	45	24
	Finis	[illegible]	45	47	15
Septimi Clima. per Ripheos montes	Principium	5	45	47	15
	Medium	16	0	48	40
	Finis	16	[illegible]	50	30

B

Ad apparentias nunc uenio, quas Græci appellant Phænomena. Pro quibus aduertendū: quòd in æthere, id est, in aëre & in cœlo plurimæ uidentur apparentiæ. Quæ in aëre apparent, uocant physici impressiones meteorologicas id est, in sublimibus uisas. Apparent sane præcipue noctu, multa in aëre ostenta. De quibus legito Aristotelem & Alber. Mag. in libris eorum meteorologicis. Senecā in Quæ: natu. Plinium libro primo natu. histo. & alios. Aristoteles & Alber. libro primo Meteoro. tractant de apparentijs in sublimibus ignitis. In tertio, de ijsdem, uirtute aut positu stellarum causatis. De ignitis ut sunt lanceæ, columnæ, trabes, Græce δοκίδες, iacula Græce βολίδες, candelæ, faces, lampades, flammæ, scintillæ, stellæ cadentes, stellæ uolantes, capræ saltantes Græce ἄιγες, A subascendentes, A subdescendentes, dracones, hiatus, uoragines, scrobes Græce χάσματα, & id genus reliqua innumera. De facibus, lampadibus, iaculis, trabibus, hiatu cœli, Plinius libro 2. ca. 6. Idem de stellis cadentibus lib. 2. ca. 8. & libro 18. capi. 35.

C

De Apparentijs. Apparentiæ ætheris. Aristoteles. Alber. Mag. Seneca. Plinius. Apparentiæ ignitæ ardētes. Plinius.

Aristoteles præterea & Albe. in 3. tractant de apparentijs, quæ uirtute & positu stellarum causantur & uisui obijciuntur. Vt sunt Cometæ. i. stellæ crinitæ, de quibus etiā Plinius lib. 2. ca. 25. irides, halones. i. coronæ aut areæ, orbes, circuli. Accidūt & coronæ circa solem. Plinius lib. 2. ca. 28. & de pluribus solis olim uisis eodem libro cap. 31.

Aristote. De apparētijs ratio e stellarū. Solis coronæ.

De coronis circa Lunam & astra, idem Plinius eodem libro ca. 29. & pluribus Lunis ca. 32. De circulis stellarum errantium, idem libro 18. ca. 35.

Lunę & stellarum coronæ.

Circa solem uirgæ, id est, bacilli aut funes tentorij, Parahelij plures soles, à παρά, id est, iuxta, & ἥλιος sol.

Aliæ apparentiæ circa solem.

Accidit etiam nonnunquam circa solem & Lunam, id quod imperitos homi-

Defectus solis & Lunæ.

Prolemæus. Alber. Mag. Io de mon. Re. Geor. Pur. Plinius. Mirum de Lunæ deliquio.

nes monstrosa timiditate perturbat, ut sunt eorundē defectus, de quibus Ptolemæus Dictio. 4. 5. & 6. Alma. Et Alber. Mag. Ioan. de monte Re. in abbreuiatis Alma. lib. 4. 5. & 6. Iulius Fir. lib. 1. ca. 10. 13. & 72. in ueteri, in nouo 70. Et rursus id cuius uix esset causa assignanda, si dioptica non esset inuenta, Lunā eclipsari & utrumq; lumen esse supra horizontem. Testis est Plinius libro secūdo capitulo 13. his uerbis. Et qua'nam ratione cum solis exortu umbra illa hebetatrix sub terra esse debeat, semel iā acciderit, ut in occasu Luna deficeret utroq; super terram cōspicuo sydere &c. Hoc mirum soluit Cleomedes libro secundo de mundo capitulo, de Lunæ defectu. Et Ioan. Pisanus libro perspectiuæ tertio propositione quinta & septima, quos lege. D

Solis prospectus mirus ex monte Ida.

Item de prospectu ortus solis miro ex monte Ida, scribit Pompo. Mel. lib. 1. ca. de Aeolide, & Solinus in collectaneis ca. 16. Lucretius lib. 5. & Diodo. Sic. lib. 17. De his apparentijs fecimus alibi periculū. Non sunt hæ apparentiæ de quibus loquit̃ hic Proclus. Quare alias notabimus apparentias & hæ cōtingunt in cœlestibus, puta in stellis fixis & erraticis. Stellas sane firmamēti, quas fixas nominamus, Ptole. Dictio. 7. & 8. Alma. collegit in 48. imagines, formationes, aut Asterismos, quibus & nomina dedit, earumque stellarum naturas tracta. 1. quadri. ca. 9. exposuit. Nō omnes profecto in asterismos collegit. Quis est enim is qui numerat multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina uocat? Sed insigniores & potiores, quas in Alexandria urbe Aegypti organo astrario, pro his imaginibus formandis, potuit obseruare. Numero 1022. Quē postea Anno christi 1251. Alphonsus Roma. rex, quo ad numerum stellarū & imaginū secutus est. Sed de his infra ca. ultimo fusius tractabimus. Sunt aūt hæ imagines nobis apparentes in sublimibus, puta in sphæra stellata, quā firmamentum aut octauū orbem uocitamus. Sunt etiā in erraticis stellis plurimæ apparentiæ, modo enim uidentur nobis coniunctæ, modo oppositæ, modo sextili, quarta, aut trina radiatione distantes. Nōnunquam apparent directæ aut progressiuæ, nonnunq; retrogradæ, contra 12. signorū ordinem meantes. Sed nec de his apparentijs loquitur noster author. Quocirca demū reperiuntur in stellis fixis aliæ apparentiæ, quo ad earum cotidianum ortum & occasum, & quo ad earum perpetuam apparitionem aut occultationem, item quo ad earum elongationem ab ortu & occasu uero, & quo ad earū accessum ad zenith capitis aut recessum ab eodem: & de his loquit̃ Proclus. Quod paucis hac formula accipies. Supra docuimus, q 400. stadijs respondent 50. mili. Itali. & 12. Germanica integra. Quibus (ut diximus) non respondet integer gradus latitudinis, sed dumtaxat 48. minuta unius gradus. Rectificata igitur sphæra astraria, quam solidam appellamus, ad certam poli arctici eleuationem oblatam, signatisq; stellis orientibus & occidentibus, item stellis perpetuæ apparitionis & occultationis & alijs iam supra memoratis, si deinde sphærā in 48. minuta unius gradus subleuaueris aut depresseris, nulla accidit sensilis euariatio, neq; in stellis orientibus & occidentibus, neque in his quæ semper apparent aut semper delitent &c. Egregie igitur dixit Proclus. Et apparentiæ omnes eædem sibi constent.

Apparētiæ cœlestes stellarū aliæ.

Stellæ à Ptolemæo obseruatæ.

E

F

Sequitur in Proclo, Aucto uero stadiorum numero. Supra author differuit in quot stadia horizon, quo ad sensum, non capiat mutationem, hic determinat præcipue de eiusdem euariatione. Intellige (ut supra) quo ad diei longitudinem, clima, & apparentias cœlestes.

Vbi ad uariatione horizontis nō fit uariatio longitudinis diei, neque climatis &c.

Contuendum tamen, non ad omnem uariationem horizontis ultra 400. stadia, huiusmodi sequi uariationes, etiam si stadiorum numerus cresceret in 1000. 2000. 3000. &c. & ultra. Nam hi qui habitant sub uno parallelo, qui periœci à Cleomede & circumhabitantes ab Alber. nūcupantur, de quibus su-

pra

A pra, propter stadiorum numerũ ultra 400. mutant horizontes: quemadmodũ supra ad uisum ostendimus de his, qui uariant horizontes uersus ortum & occasum solis, non tamen propter stadiorum numerum quantumcunq;, mutant longitudinem diei, clima & apparentias. Habent enim hi omnia communia ut supra docuimus: non tamen habent idem instans ortus & occasus solis, meridiei & mediæ noctis.

In exemplo, Tubingenses, iuxta quorundam recentiorem climatum distinctionem, siti sunt fere in medio septimi climatis. Eorum parallelus ducitur per latitudinem 48. gradũ & ferme 40 minutorum, sub eo parallelo aut circiter habitant uersus ortum Dillingenses, Ingoldstatenses, Passaugij, Kremsenses, Hungerisbradenses, Prebitzenses &c Et uersus occiduum Tullenses, Niclasportenses, Rainsenses, Compagienses & cæteri. Hi omnes habẽt eandem diei longitudinem, etiam maximam, scilicet quindecim horarum & 57. quasi minutorum: Idem colũt clima, scilicet septimum. Nam climatum uariatio fit solummodo uersus septentrionem aut austrum. Et easdem seruant apparentias &c. Ecce. Et hoc indicat Proclus in his uerbis, Si quidem qui eundem æquidistantem incolunt &c. Idem accipito, mi Lector, de stellis uerticalibus. Tubingenses plane habent has uerticales uel pene. s. duas stellas in genu dextro Persei, duas in pede anteriori ursæ maioris, duas paruas in pede sinistro Herculis. Vnam in ala dextra cygni, & est tertia: Hæ omnes etiã uerticales sunt omnibus cõmemoratis. s. Dillingensibus, Ingolstatensibus & cæteris.

Ciuitates sitæ sub uno parallelo.

B

Stellæ uerticales Tubingensium.

Haud aliter sentire debes de stellis ab ortu aut occasu uero elongatis. Gratia exempli. Oculus Tauri stella, elongat se ipsis Tubingensibus ab ortu uero, uersus septentrionem 25. fere gradibus, eandẽ elongationem seruant omnes prædicti inuariatã. Idem relinquitur de alijs stellis fixis orientibus & occidẽtibus. Eam elongationem uocat Ioannes de Regio monte prople. 10 in tabula primi mobilis, amplitudinem ortus & occasus. Sed de his satis.

Stellæ elongatæ ab ortu aut occasu uero.

Nunc edocti sumus uariationem diei, climatis & apparentiarũ haudquaq; accidere propter longitudinem, hoc est, recessum uersus orientem aut occidentem. Necessum igitur erit eiusmodi accidere secundum latitudinem, id est à meridie uersus septentrionẽ aut econtra. Qui enim meat recta uia à meridie uersus septentrionem, continuo uidet polum arcticum altius atq; altius eleuari, & ex cõsequutione dies æstiuos prolongari, hybernos uero minui. Et contra means à septentrione uersus Austrum experitur poli eleuationem minorari & æstiuos dies decrescere, brumales augmẽtari. His experimento cognitis, alludit Proclus, quum inquit, Aucto uero stadiorũ numero, pro habitationis diuersitate, horizon, clima, omnes deniq; apparentiæ mutantur. Et subdit ad nostrum propositum. Conuenit tamen ut habitationis ultra quadringenta stadia mutationem ad austrum, boream ue accipiamus: hęc Proclus. Sũmopere hic aduertendum est, q; non in omni numeratione etiã ultra quingenta stadia, fit omniũ prędictorum mutatio, præcipue climatis. Quocirca, candide lector, si falli non uis, necessarium tibi erit obseruare rationẽ & institutionem climatum alioqui decipieris.

Variatio fit secundum latitudinem.

C

Non in omni numeratiõe ultra 500. stadia fit huiusmodi mutatio.

Prisci authores, qui septem climata (non ab re) uersus septentrionem distinxerunt, dederunt cuilibet climati secundum eius latitudinem 30. minuta temporis, id est, semihoram, hoc est quod quantitas diei longissimi ad principium climatis inuenta pensiculatim differt à quantitate diei longissimi ad finem triginta minutis temporis: Ita quòd dies longissimus ad finem climatis excedit longissimum ad principium triginta minutis, i. per semihoram. Diuiserunt deinde quodlibet clima per tria, scilicet, principiũ medium & finem: iuxta tres

Ratio climatum.

parallelos, quorum unus ducitur ab occidente in orientem per principium climatis. Secundus uergit per medium climatis, clarus & insignis aliquo nomine insulæ, urbis &c. Tertius tendit per finem climatis, sequentiq; climati initium præstat. D

Augetur etiam dies à principio climatis usque ad medium, in unguem quindecim minutis, & à medio usque in finem totidem: quod dixerunt ipsi esse tempus minimum sensile.

Quatuor tempora minora sensila. Ptolemæus

Dico hic per digressionem: quod ueteres obseruauerūt quatuor minora tēpora sensila, quod pulchre indicat Ptolemæus libro primo Geogra. capitulo 23 & idem dictione secunda Almagesti capitulo sexto. Primum & minimum est quindecim minutorū (de quo etiam supra diximus) & iuxta hoc diffinit Ptolemæus capi. 23. primos 14. parallelos, quod etiam computatur à principio climatis usque ad eius medium, & à medio usque in finem. Secundum tempus complectitur tertiam partem horæ, id est, 20 minuta: & secundum hoc distinguit Ptolemæus, in depictiōe orbis habitati in plano, meridianos circulos, ubi unus ab alio distat per tertiam horæ partem. Distant enim meridiani ab inuicem per quinq; gradus æquinoctialis, qui faciūt 20. minuta temporis, dando uni gradui quatuor minuta. Tertium tempus sensile est 30. minutorum, & eo utitur Ptolemæus pro parallelis 15. 16. 17. 18. & 19. quod etiam aptatur climatibus à principio usq; in finem. Quartum continet integram horam, quo utitur Ptolemæus parallelis 20. & 21. E

Sed occurris quærendo, quid priscos mouerit, rationem climatum diffinire per ipsum tempus? Cum eis sufficere potuisset pro climatum distinctione ipsa poli sublatio, tempore omnino neglecto. Respondeo, quòd prisci in his & alijs plurimis diffiniendis tempus addidere, factum esse reor ob temporis nobilitatem, quod id propter eius innumeras utilitates semper memoriæ adhæreret, uelut ex authoribus colligere datur.

De climatū interuallis inæqualibus.

Ad climata redeo, quòd climatum interualla non sunt similia in mensura Geometrica, siue sint stadia, siue miliaria Italica siue Germanica. In primo namq; climate, quod est uicinū æquinoctiali, ubi sub eo habitantes semper habent 12. horas diei & totidem noctis, postea pergendo uersus septentrionem pedetentim ualde crescit dies longissimus, quare ad hoc ut crescat, pro completione unius climatis in 30 minuta, requiruntur plures gradus eleuationis poli. In eo sane loco horizon nō multum recedit ab angulo recto, quem facit æquinoctialis cū suo horizonte: quare fit ut non cito dies longissimus crescat ultra diem æquinoctiale: & requiruntur (ut iam dixi) plurimi gradus eleuationis pro unius climatis complemento. Secus accidit ad magnum progressum uersus septentrionē, ubi ad paucos gradus eleuationis, cito crescit dies maximus pro complemento unius climatis, quia eorum horizon multum se obliquat ab horizōte recto. Vt & hæc in sphæra facile ostendi possunt. F

Doctrina de inæqlitate interuallorū climatum.

Quod autē climatum interualla sint dissimilis quantitatis, facile addiscitur: & sic. Deme gradus & minuta eleuationis poli ad principium primi climatis ab eleuatione ad eius finem, & habebis interuallum in gradibus & minutis huius climatis, scilicet septem gradus & 45. minuta: hos redigito (ut paucis rem habeas) in miliaria Germanica cōmunia, & colliges integra 116. miliaria: Ecce terrena mensura huius climatis secundū latum. Idem fac pro secundo climate & uidebis minus interuallū. Haud dissimili formula agito pro cæteris climatibus, & continuo decrescūt interualla in gradibus & minutis ac etiam in miliaribus, quo ad mensuram Geometricam: Prout sequens tabella apertè indicat.

A

TABELLA INTERVALLORVM CLIMATVM.

	G	m	Miliaria Germanica cōmunia	
Primi Climati	7	45	116	& integra.
Secundi Climatis	7	0	105	Hæc tabella excerpta est
Tertij Climatis	6	10	92	ex Ioanne de Sacrobu-
Quarti Climatis	5	20	80	sto, capite de Climati-
Quinti Climatis	4	30	67	bus.
Sexti Climatis	3	45	56	
Septimi Climatis	3	15	49	

Haud dari potest ad æquatus numerus omnibus climatibus seruiens.

Ex his manifeste concluditur, quòd haud dari potest certus, & ad æquatus stadiorum, de quibus loquitur Proclus, aut miliariorum numerus, secundum quem fiat omnium climatum euariatio, ac longitudinis dierum &c. ob id quòd climatum interualla non sunt eiusdem quantitatis, sed diuersarum. Sis cautus candide lector cum legis Proclum dicentem. Conuenit tamen, ut habitationis ultra quadringenta mutationem ad austrum Boreamue accipiamus. Quòd si numerando excesseris quadringenta stadia credas mox accidere euariationem

B

climatis & cæterarum rerum. Nec tibi 500. stadia sufficiunt, quæ unū dant gradum latitudinis. Is certe nullam (nec additus uel demptus ab eleuatione medij climatis) facit mutationem. Idem teneto in 600. 700. 800. stadijs. Sed cū in 1000. stadia perueneris primum fac periculum pro septimo climate, 1000. enim stadia faciunt miliaria Italica 125. Germanica communia 31. quibus planè respondent duo gradus secundū latitudinem. Quos si addideris ad eleuationem poli medij septimi climatis, colliges 50. gradus & 40. minuta, quę eleuatio cadit extra septimum clima uersus septentrionem, ubi etiā accidit mutatio sensilis diei maximi. Si autem 2. gradus subtraxeris, habebis 46. gradus & 40. minuta eleuationis quæ cadit in limites sexti climatis, & sic fit euariatio.

1000. stadia faciūt euariationem in 7. cli.

Sed hic stadiorum numerus nō satisfacit pro alijs climatibus, puta primo, secundo, tertio, quarto, quinto. Necessum erit assumere alium stadiorum numerum qui omnibus sufficiat. Recipito igitur 2000. stadia, quæ faciūt 250. miliaria Italica & Germanica integra 62. quibus abunde respondent 4. gradus eleuationis poli, quibus iunctis uel surreptis mediis eleuationis climatū, uidebis euariationē climatū, longitudinis maximi diei & cœlestiū apparentiarū. Fac periculū.

Canon pro omnibus climatibus. 2000. stadia.

C

Lectoribus unica exemplari computatione satisfaciam, hac. Offertur mihi eleuatio poli ad medium septimi climatis, quæ authore Ioan. de Sacrobusto est 48. graduū & 40. minutorū & iubeor omnes euariationes (de quibus Proclus) exponere. Addo in primis huic eleuationi oblatæ quatuor gradus, & colligo quinquaginta duos gradus & quadraginta minuta, hæc poli eleuatio cadit extra finem septimi climatis, in plagam septentrionariam, quam authores perhibent inhabitabilem aut prauæ habitationis. Oblatæ eleuationi ad medium septimi climatis, iuxta mentem Ioan. de Sacrobusto respondent sedecim horæ 0. minutum pro die æstiuo longissimo, nostra uero tempestate quindecim horæ & quinquaginta septem ferè minuta. Eleuationi uero quinquaginta duorum graduum, & quadraginta minutorum adhæret dies longissimus sedecim horarū & quadraginta minutorū, qui excedit diem longissimum medii climatis in 40. minutis. Ecce diei magna euariatio, ultra minimum tempus sensile, quasi in triplo. Venio nunc ad apparentias. Stellæ uerticales seruientes eleuationi 48. gra. & 40. mi. & eius pallelo supra sunt enūeratæ, ubi de stellis uerticalibus Tubingeñ diximus. Qui aūt habitāt sub pallelo ducto p eleuationē 52. gra. & 40

minutorũ ut sunt Phrysij, Campenenses, Saxones, Hildesheymenses, Brunsingenses, Poloni, Rosnasenses habent has stellas uerticales, stellam unam in manu dextra Bootis, stellas in capite aurigæ quasi, duas stellas in capite Draconis quasi. Stellã postremã in ala dextra Cygni. Ecce euariatio stellarũ uerticaliũ. D

Stellæ orientis & ppetuæ apparitionis.

Prȩterea hæ stellȩ habitantibus parallelum 48. grad. & 40. minu. oriuntur & occidunt in parte horizontis uersus septentriones ut uiciniores, scilicet stella Arietis in capite Algol, stella in sinistra manu Aurigȩ, duȩ stellæ paruæ in sinistro pede anteriori Vrsæ maioris. Stella inferior aut hastilis Bootis, stella magna in rostro Vulturis cadẽtis. Stella nobilis in dorso Cygni. Habitantibus aũt sub parallelo 52. grad. & 40. minu. hæ omnes sunt perpetuæ apparitiõis. Ecce uariatio stellarum quo ad ortum & occasum & perpetuam apparitionem.

Sic cõtra in parte horizontis meridiana sunt stellæ quæ habitatoribus parallelum 48. grad. & 40. minu. ut uiciniores oriuntur & occidunt, his uero incolentibus parallelum 52. gra. & 40. minu. sunt perpetuæ occultationis. Vt sunt hæ. Nonnullæ stellæ in dorso Centauri, stellæ Lupi, stella in cauda Scorpi. Stellæ 5. coronæ meridionalis, stellæ in cauda Piscis austrini, stellæ nauis circa sedilia. Hæ stellæ omnes in medio septimi climatis, aut sexti, aut quinti oriuntur & occidunt.

Variatio rationis elongationis &c.

Fit etiam mutatio in stellis quo ad earum elongatiõem ab ortu & occasu uero. Supra enim ostendimus stellã oculi Tauri pro eleuatione 48. grad. & 40. minutorũ distare ab ortu uero uersus septentriõem 25. propemodũ gradibus, quæ ad eleuationem poli 52. grad. & 40. minu. ab eodem ortu fermè distat 27. gradibus. Ecce euariatio. E

Pro eleuatione 44. grad. & 40. minu.

Vrbes huius paralleli.

Subtraho præterea 4. gradus ab eleuatione poli ad medium septimi climatis & residuo 44. gradu & 40. minuta eleuationis polaris. Parallelo huius eleuationis subduntur urbes Italiæ scilicet, Pola, Comum, Venetiæ fermè. Et in cuius Alpibus Oscella ciuitas. Fit igitur iterum euariatio climatis & longissimi diei. Climatis, quia deducor ad clima sextũ. Numerus enim eleuationis 44. gra. & 40. minutorum continetur intra limites sexti climatis post eius principium. Longissimus huius eleuationis dies est 15. horarũ & 24. minutorũ. Ecce, diei magna euariatio & minoratio.

Stellæ uerticales.

Stellæ uerticales habitatoribus huius paralleli sunt hæ. Lucida in cauda Gallinȩ aut Cygni & quarta in ala eius dextra, una & extrema dextræ manus Andromadæ & una circa talũ eius dextrum, una in pede sinistro posteriori Vrsæ maioris, & suprema quasi in ferro hastilis Bootis. Vna in sura leua dextra Herculis & una in coxa. Ecce mutatio harum stellarum uerticalium respectu omnium uerticalium præcedentium. F

Stellæ uicinæ horizonti septentrionali.

Stellæ itẽ orientes & occidentes horizonti tamen septentrionali uicinæ sunt. Quarta in ala dextra Cygni, & fulgens in eius cauda. Extima dextrȩ manus Andromadæ, & ea quæ est ad talum dextrm. Vna in sura sinistra Herculis, duæ stellæ, una in tibia, altera in coxa dextra Persei. Stella magna in auriga Alhaiot, id est, capra, & una fulgida in humero dextro eiusdem. Hæ omnes collatæ ad eleuationes supra nominatas, sensibiliter plus supra horizontem attolluntur. Respectu autem minoris eleuationis puta 40. graduũ, semper occultantur. Ecce euariatio.

Stellæ uicinæ horizonti meridionali.

Stellæ demum orientes & occidentes uicinæ tamen horizonti austrino, sũt hæ. Acarnar lucida in fine fluuij. Stellæ aliquæ Coronæ meridionalis. Stellæ in malo nauis. Duæ stellæ in cauda Lupi. Hæ comparatæ ad eleuationem minorẽ manifestius oriuntur & occidunt, ad maiores supra commemoratas profundius submerguntur & omnino delitent. Ecce mutatio.

Accidit

Mutatio ratione elongatiõis ab ortu uero.

A Accidit etiam huic eleuationi uariatio stellarum, quo ad elongationem earũ ab ortu & occasu uero: puta oculi Tauri, quem supra bis in exemplum produximus, qui pro hac eleuatione uergit ab ortu uero uersus Aquilonem 23. ferme gradibus. Ecce uariatio respectu præcedentium. Ductu huius exempli non difficulter operaberis pro alijs climatibus.

Post hæc quæ iam explanauimus, author subiungit uersiculum hunc.

Verum si exactæ rationis examini &c.

Continuatio.

Dubium.

Responsio.

Contuendum: Proclus supra de horizonte docuit duo: Vnum sub quo stadiorum computo maneat idem horizon, eadẽ diei longitudo, eædem cœlestes apparentiæ, & hoc quo ad sensum: Alterum sub quo stadiorũ numero hęc omnia ad sensum capiant euariationem. Posset quis haud iniuria dubitare, quid de horizonte & alijs iam supra memoratis sentiendũ sit, si à sensu ad rationem nos cõuertimus? quæ sane ratio est naturæ imitatrix, & discursus animi ad inuestigãdum uerum in unguem & examussim. Respondet, ut in textu. Planius sic. Mutato situ etiam admodum paruo in ipsa terra, mutatur horizon, clima & apparentiæ: & hoc accipiendum est ad sensum infra præstandum. Et tacet hic Proclus mutationem longitudinis diei, quæ sub uno parallelo (prout superius declaratum est) uersus ortum & occasum semper manet eadem, sine omni etiam
B minutissima uariatione. Secus uero de ea, uersus septentrionem & meridiem est sentiendum, ubi etiam accipit mutationem.

Astronomi officium.

Instrumentorum utilitas.

Miliaria Germanica à superficie terræ ad sphæram stellatam.

Hoc loco noscẽdum est, Proclum hic excedere limites Astronomicos. Haud quaquam officium est astronomi omnium rerum astronomicarum reddere emussicatã rationem, quia id ei est impossibile, ad quod nemo artatur. Ex punctum sane singula ratiocinari Physici est officium, & non raro Geometriæ. Astronomia enim, quam Ptolemæus in libris magnæ compositionis docet, inuenta est per instrumenta, quod manifestarium est ex Dictione eiusdem prima & tertia, ubi docet compositionem Quadrantis & eius usum. Dictione quinta dat constructionem instrumẽti Armillarum & Regularum, quibus (ut uno dicatur uerbo) fere totam astronomiã inuenit. Quæ sane instrumenta ad tantam distantiam, quæ à terra ad astra usque, non omnem perfectionem aut præcisionem præstare possunt. A superficie enim terræ usque ad superficem concauam orbis stellati recensentur miliaria cõmunia Germanica 16338562. Ecce. Sufficit autem Astronomo uersari circa prope uerũ, & ut euitet errorem sensilem, quod palam fit legenti Dictiones, Almagesta, Epitomata, Alber. Ma. Ioannem à Regio monte.

Ptolemæus

Io. à Re. mon.

C Ptolemæus uehemẽter taxat eos, qui in rebus astronomicis omnia anxiè exantlare & emungere attentant. Dict. sane sexta capitulo 7. § tertio, loquitur de his qui in eclipsibus duo aut tria minuta obseruare contenderunt, his uerbis. Perscrutari aũt subtilitatem in quantitate huic simili, non est nisi extollentia & uana gloria, & neque est dilectio ueritatis &c. Pulchre astipulatur in ea materia Ioannes à monte Regio libro sexto capit. decimo quinto, sic. Sit amen quis huius rei scientiam exactam quærat, multo iustius illum difficultas operis angat, quàm utilitas delectet.

Audi obsecro eundem problemate primo in tabulas primi mobilis. Certũ (inquit) qui supstitioso quodã calculo minutiarũ, tertiarũque ac ulteriorũ minutiarũ ad intima, cœlorũ in oĩbus supputationibus astronomicis penetrare conãtur, hi nesciunt quã dementes, & (si pro officium dici potest) quàm remissi fuerint principes huius artis circa primas etiã minutias obseruãdas. Quoniã per instrumẽta, quibus ferme tota disciplina astrorũ innitit̃, aĩaduerti penitus nequũt &c.

Decreni etiam eiusdem Ioan. libro 13. Epi. capi. 17. sententiam hic annectere. D
Vt sciamus (inquit) reuellere maledicta huic diuino studio aduersantium, qui
supposita fundamenta suspicantur infirma. Dabunt enim ueniam, si error ille
quem astronomo imputant, insensibilis fuerit. In hoc enim quiescendum est:
cum in hac arte punctum geometricum siue præcisionem attingendi nõ sit po-
testas, instrumentis id efficientibus. Sed de his satis.

Officium physici.
Assumit igitur author noster hic officiũ physici, qui naturalium rerum per-
fectiões examussim pensitat atque causas reddit. Cũ ergo dicit, Pro quolibet pun
cto &c. uerum dicit. In quãcunque enim terræ partem gressus etiã minimos di-
Variatur horizon.
rexeris, incipit zenith capitis euariari. Quare ex supra narratis etiã horizõ mu-
tatur. Quum zenith sit centrũ horizontis. Mutatur etiã clima, nõ intelligito de
Variatur clima.
mutatõe climatis in aliud, sed iuxta aliquã eius partem. Loco huius uocabuli,
clima, posuit Geor. Valla ubi de horizonte agit, inclinatio, & melius quadrat.
Ratio enim intelligit terrã esse perfecte sphæricam. In sphærico autẽ siue per-
fecte rotundo à quocunque puncto oblato exieris inclinationem facis. Vel mu-
tatur clima ad alium afflatum cœlestem aut alium respectum: de quo infra fusi-
Mutantur apparentiæ.
us dicetur. Euariantur etiã apparentiæ, nõ ad sensum, sed iuxta rationis discur-
sum in uno minuto, in uno secũdo, in tertio &c. Humanus sane animus in cœlũ E
tanquam speculum erectus & raptus, plura propter immensam eius molem ac
magnitudinẽ ibi distinguit, separat & discernit, qui terrenis & caducis demer-
sus & pessundatus nil nisi terrena & q̃ sensui patent cogitat & distinguit. Nec
tibi, optime lector, cogitandum est, quòd mensura 15. miliariorum cõmunium
Germanicorũ, quæ in terræ superficie unũ graduum cœlestem æquinoctialis
metitur, quòd eadem, si cœlo aduolares, etiã uni gradui responderet: longe cre-
Miliaria respõdentia uni gradui in cœlo.
de mihi, res aliter se habet. Vnus enim gradus cœlestis, puta æquinoctialis su-
perficiei concauæ noni orbis continet miliaria Ger. cõmu. 570581, quibus per
60. minuta partitis, uidebis uni minuto respondere mil. Ger. 9509. Et rursus fa-
cta diuisione per 60, uni secundo mil. 158. Vni tertio 2. mil. integra. Ecce.
Et ut Proclum in memorato uersiculo planius intelligere possis, legito Alber.
Mag. lib. de na. loc. dist. 1. ca. 5. præcipue in 3. Si quis aũt particulariter uelit co-
Horizon immotus.
Sequitur in Proclo. Horizon uero ea ratiõe &c. In ea parte ul- (gnoscere.
tima huius capitis, author aperit unam conditionem horizontis, quæ supra in
eius diffinitione p me expressa est, hanc, quòd horizon non intra cõpositionem
sphæræ est, hoc est, nõ est de circulis eiusdem. Omnes enim circuli intrinseci ad
Huius ratio.
motum primi mobilis mouentur ab ortu in occasum. Sed horizon ad motum F
sphæræ manet immotus, situ inuariatus, amans quietem. Nam si esset de circu-
lis sphæræ intrinsecis, ad motum eius, una cum alijs circumuolueretur, & inde
orirentur inconuenientiæ. Accideret enim, quòd in die naturali ad motũ sphæ-
ræ fieret uerticalis, & sic nomen perderet, quia amplius non esset finitor uisus,
quia ea quæ nobis in uertice sunt uisui patent, & non posset imaginari, quomo
do ipse disterminaret res uisas à non uisis. Præterea à ratione alienum esset, ho-
rizontem obtinere uicem meridiani, eũ meridianus semper innitatur horizon-
ti ad angulos rectos, hoc autẽ accideret in sphæra recta, ubi horizon uergit per
utrosque polos.

Sed hic obijcit quis: horizontem esse mobilem. Nam Marcus Mani. lib. pri-
mo ca. 8. Vbi tractat de duobus circulis, scilicet, meridiano & horizonte, uocat
eos uolucres, his uerbis.

Atque hæc æternam fixerunt tempora sedem
Immotis per signa modis statione perenni.
Hos uolucres fecere duos &c.

Et deinde

A Et deinde diffinit meridianũ & horizontem: Igitur, Responsio. Non sunt hi circuli uolucres per se, sed quia cœlum continuo suo motu iam adducit eis hoc signum, hoc sydus, hoc astrum, atq; aliud mox: Et propter continuam in eis mutationem dicuntur uolucres & celeres, licet in se sint stabiles & fixi. Simile est de cera bene præparata & molli, quæ facile cuiuscunq; sigilli imaginem recipit. Hæc cera dici potest uolucris, id est, ad suscipiendum facilis. Vel dicuntur uolucres, id est, mutabiles iuxta diuersos habitatores, qui diuersos habent meridianos & horizontes. Quiuis tamẽ meridianus & particularis horizon suis habitatoribus manet stabilis, fixus & immotus. Et in ea sententia est etiam Mar. Mani. in sequentibus metris, lege eundem.

Vnde Meridianus & horizon uolucres.

In ultimo uersiculo. Verum & non incommode &c. Proclus ostendit, quo pacto Horizon possit intelligi immotus & quietem amans. Sciendum quòd ueteres pro sphæris eorum, fabricauere uas concauum, quod in se semisphæram posset recipere. Et hoc arte tornandi perfecerunt. Cuius labrum aut superficies superior horizontem suppleuit. In eo sane uase sphæra ad medietatem usq; profundata & immersa, atq; meridiano circulo iustè infixa rotabatur: Habuit etiã uas pedem, quemadmodum nostra habent pocula, quæ uulgò scyphos uocamus, quo fixè & immotè insisteret. Hoc uidere licet in sphe-
B ris uetustis astrarijs, quas solidas appellamus. Accedunt & cõmentaria ad nostra usq; tempora durantia, id aperte docentia. Idem obseruauit Proclus & contemporanij, textu id indicante.

Horizontis imaginatio uetusta.

Ad postremum, nobilitas & dignitas ipsius horizontis ex plurimis eiusdem usibus facile concluditur: sine quo etiam sphærarum fabrica fere inutilis esset. De ipsius usibus scripsimus plures propositiões in elucidatione nostra in astrolabium parte secunda, ad quas lectorem remittimus. In præsentiarũ eos paucis percurrere libuit.

Nobilitas horizontis.

Quorũ primus usus est. Quòd officio horizontis omni tempore, quantitates diei artificialis & noctis addiscimus, & ex consequutione ortum & occasum (solis.

Horizontis septem cõmoditates.

Secundus. Per eum sole radiante cognoscimus horam diei æqualem. Lege cõmentaria nostra in sphæram solidam.

Tertius aperit nobis elongationem stellarum ab ortu & occasu uero: quam astronomi uocant amplitudinem ortus & occasus, aut zenith ortus & occasus.

C Quartus manifestat gradum zodiaci, cum quo proposita stella oritur & oc- (cidit.

Quintus indicat stellas, aut cœlestes imagines perpetuæ apparitionis aut occultationis.

Sextus palàm facit ortus & occasus signorum.

Septimus discernit inter eclipses solares & lunares, uisas & nõ uisas. Quamobrem in nostris Ephemeridibus & nostro Calendario Romano plures utriusque luminaris defectiones omisimus: Propterea quòd nostrum horizontem Germanicum non superarunt.

DE MERIDIANIS CIRCVLIS.

TEXTVS PROCLI

MEridianus circulus est, qui per mundi polos & punctũ, quod nobis supra uerticem eminet, ducitur. In quemcum Sol incidit, medios dies, mediasq; noctes efficit. Hic etiã circulus ĩmotus in mũdo est: Vno eodemq; in tota mundi uertigine seruato positu. Nec in sphæris, qui astris insigniuntur, ascribitur, quòd & ĩmotus sit, & nullã mutationem recipiat. Sed (quod sensu usurpari possit) trecentis fere stadijs idem meridianus manet. Rationis tamen scru-

pulsiore indagine ad quemuis gressum, qui ortum uersus occasumue dirigi- D
tur, nouus meridianus notatur. Ad austrū enim Boreamue quantumuis pro-
grediare, etiam si decem milium stadiorum intersit, idem meridianus seruatur:
Qum ab ortu ad occasum itur, mutatur.

STOEFLERI INTERPRE. Diuisio.

HOc capite author aggreditur secundum circulum sphæræ extrinsecum, scilicet, Meridianū. Et potest id caput scindi in tres partes. In prima diffinit Meridianū, atq; eius officium adiungit. In secunda, quæ incipit ibi. Hic etiā circulus &c. aperit eius conditionem, scilicet, quòd immobilis semper manet. In tertia, quę ibi initium sumit. Sed (quod sensu &c. docet, in quantam terræ intercapedinem maneat idem horizon uel euarietur, & ad quos mundi cardines capiat mutationem, & ad quos nullam.

Scriptores de Meridiano. Ptolemæus. In primis hic ad[illegible]endū est, quòd tractatores de meridiano circulo sunt hi: Ptolemæus in pluri[illegible] dict. Alma. & præcipuè Dict. secunda. In qua ferè ubiq; tractat de meridiano[illegible]e in suo Quadripartito. Et in Cosmographia lib. 1. ca. 23. & 24. & circa omnes tabulas, tum uniuersales tum particulares. B

Hyginus Cleomedes Mar. Mani. Hyginus in suo Astronomico lib. 4. Cleomedes primo Meteo. capi. De magnitudine terræ, & sequenti. Marcus Mani. lib. 1. ca. 8. his metris.

Hos uolucres fecere duos: Nam alter ab ipsa
Consurgens Helice, medium præcidit olympum.
Discernitq; diem, sextamque examinat horam
Et paribus spatijs occasus cernit & ortus.
Hic mutans per signa uices: seu si quis Eoos
Seu petit hesperios: supra se circinat orbem
Verticibus super astantem, mediumque secantem
Cœlum, & diuiso signantem lumine mundum.
Quando alijs aliud medium est, uolat hora per orbem,
Cumq; loco terræ cœlumque & tempora mutat.
Atq; ubi se primis extollit Phœbus ab undis
Illis sexta manet, quos tum premit aureus orbis.
Rursus ad hesperios sexta est, ubi cedit in umbras:
Nos primam & summam sextam numeramus utramq;. F

Macrobius Macrobius de Som. Scipionis libro primo, in hæc uerba. Duo qui ad numerum prædictum supersunt, meridianus & horizon, non scribuntur in sphæra: Quia certum locum habere non possunt, sed pro diuersitate circumspicientis, habitantisue uariantur. Meridianus est enim, quem sol cum super hominum uerticem uenerit, ipsum diem medium efficiendo designat. Et quia globositas terræ, habitationes omnium æquales sibi esse non patitur, nō eadem pars cœli omnium uerticem despicit. Et ideo unus omnibus meridianus esse nō poterit, sed singulis supra uerticem suū proprius meridianus efficitur. Hactenus Macr.

Ioan. de Sacro busto. Ioannes de Sacrobu. tract. secundo, de Sphæra. §. Sunt iterū duo alij circuli maiores in sphæra. s. Meridianus & horizon: Alber. Ma. in defloratione Alma. li. 2. Et recentiores Astronomi Ioan. à mon. Re. in epitomatibus Alma. lib. 2. Georgius Peur. Franciscus Capuanus, Geor. Valla lib. 16. & Astronomiæ 1. cap. 1.

Diffinitio Meridiani. Præterea annotandum. Proclus in principio huius capitis diffinit meridianū: Lucidius tamen sic. Meridianus est circulus maior, transiens per polos mūdi & zenith capitis, ad motum sphæræ immobilis manens.

Varia nomina Meridiani. Sunt etiam huius circuli uaria nomina. Vocatur enim Meridianus, id est, medidianus. Litera d mutata in r. Vt habet Varro & Macrobi. lib. 1. de Somnio Scipi.

A Scipi. Et sic à medio dicit̃. Et hoc indicat Proclus in textu, & Io. de Sacrobu. Sol enim in meridiano existens, æqualiter distat à principio & fine diei. Vel dicitur à merus, id est, purus siue clarus: quia id tempus cæteris clarius est. Esai. 18. Meridiana lux clara est.

Haud dissimili ratione dicitur circulus medij diei, uel medij cœli. Hic ab Hygino lib. 4. cap. Horizon enim diuidens, nuncupatur μεσημβρινός, inquit. Igitur cū Sol sit in Ariete, ex oriente dies est, qui cum uertente se mundo peruenit ad eum circulū, qui μεσημβρινὸς uocatur, efficit diei partem dimidiam &c. μέση græcè medietas uel medium. *Circulus medij diei. Circulus medij cœli. Hyginus.*

A iudicibus astrorum uocatur cuspis regalis. Cardo regius. Principium decimi domicilij. Medium cœli, à Iul. Fir. Græco nomine μεσουράνημα. Is enim lib. 2. capite. 22. sic habet. Decimus locus, in decimo ab horoscopo signo, cōstituitur. Et infra. Hic locus principalis est & omnium cardinum potestate sublimior. His locus à nobis medium cœli, à Græcis uero μεσουράνημα appellatur. Est enim in media parte totius mundi constitutus &c. *Iul. Fir. Mesuraninus.*

Vide ne deprauate legas Mesuramina, uel Mesuranema, seu Mesuranena. Demum Marcus Mani. uocat meridianum aureum orbem.

B Huc usque de prima huius capitis particula. Sequitur secunda in uerbo. Hic etiam circulus. Iam in præmissa diffinitione hausimus, meridianum circulum ad motū sphæræ immobilem manere. Huius rei causę possunt assignari, quemadmodū supra de Horizonte diximus. Si enim esset mobilis ad motum sphæræ abiret ipse profecto à zenith capitum habitantium sub eo: & sic perderet nomen meridiani. Item non diuideret suis incolis diem artificialem in duas æquales partes, eo quòd per motum appropinquaret uni parti horizontis: & ab alia sese elongaret. Neq; insideret horizonti ad angulos rectos. Quapropter ipse numeratur inter circulos extrinsecos sphæræ. Et in sententia habet hic Proclus: quòd Meridianus nō sit de his circulis qui astris insigniuntur, hoc est notantur uel distinguunt̃. Quia sphæræ circuli distinguuntur: modò & per stellas ipsos circulos cognoscimus in cœlo. De ea re disseruit Author supra capite de sphæræ circulis. Et nos fusius supra scripsimus. Sed de his satis. *Meridianus immobilis. Secunda particula tex.* *Pag. 25.*

Tertiæ particulæ initiū est in uerbo. Sed quòd sensu uariari possit &c. Hæc C particula potest distribui in tres. In prima, notat in quantum terræ spatium maneat idem Meridianus ad sensum. In secunda docet, quòd ratio quæ minima quæque rimatur, ad modicū spatium uersus ortum aut occasum, alium cōcludit & ratiocinatur Meridianum. In tertia indicat, uersus quas mundi plagas non uarietur, aut uarietur Meridianus. *Tertia particula.*

In prima supparticula Proclus notat, ad 300. ferè stadia nullam accidere ferè meridiani euariationem sensilem. Faciūt quippe 300. stadia 37. mil. Itali. integra. Nostra Germanica 9. integra, quibus respondet $\frac{1}{2}$ & $\frac{1}{10}$, id est, 36. minuta unius gradus. Supra Proclus de Horizonte determinauit, quòd 400. stadia, quæ faciunt nostra mil. germanica 12. intergra. Sed quia 12 nullā faciunt sensilem horizontis mutationem, quare à maiori argumentando, nec 300. stadia minora faciunt mutationem sensilem ipsius Meridiani. Loquor etiam de his, qui sunt cōstituti sub diuersis meridianis & etiam parallelis. Nam hi qui collocati sunt sub uno parallelo & diuersis meridianis, nullā penitus sentiunt uariationē. Quemadmodum præcedente capite declaratum est.

Secunda supparticula habet, quòd ratio ad modicum spatium, alium & alium concludit meridianum. Hæc supra in unguem explanata est. *Pag. 64.*

Pro tertia supparticula notandum. Qui recta uia proficiscitur à septentrio-

D

ne in meridiem, aut cõtra, semper durat sub uno meridiano. Quia omnes meridiani uergunt à polo in polum: quare nulla terrena mensura hoc pacto proficiscenti altum adducit meridianũ. Et exemplificat author de 10000. stadijs pertransitis: quæ faciunt mil. Ita. 1250. Nostra cõmunia 312.

Meridianorũ mutatio.

Et uariantur autem meridiani ab ortu in occasum, uel cõtra. Nam quot in eo positu possunt zenith capitis discerni, tot possunt intelligi meridiani. Ptolemæus in Geo. asserit, terræ medietatem ab occasu in ortũ habitatam. Cui sane medietati respondet medietas circuli æquinoctialis, siue æquinoctialis scribatur in cœlo siue in terra. Habet autẽ semi æquinoctialis 180. gradus: tot igitur duci possunt meridiani, scilicet 180: Et uergeret quiuis meridianus per duos gradus oppositos ipsius æquinoctialis. Ex his erunt manifesta metra Marci Mani. supra proposita. Et ipsius Macrobij uerba.

Meridiani dignitates.

Vites stantes aut erectæ.

Nunc ad meridiani dignitates me conferam, quem plures doctissimi uiri digniorem horizonte cõcludunt. Est aũt prima, quod magis eleuatus est & stans respectu horizontis, qui fermè sub pedibus iacet. Vites enĩ stantes uberiorem afferunt fructũ, quàm iacentes. Quapropter arboribus & palis alligantur. Est quippe populus arbor uitibus gratissima, teste Plini. lib. 16. capi. 38. Et sol existens in meridiano, dicitur stare. Iosue 10. stetit sol in medio cœli. Cõtemnemus illa quæ sub pedibus iacent. Oui. 1. Trist. E

Populus arbor.

Illud amiticiæ sanctũ & uenerabile nomen,
Nunc tibi pro uili sub pedibusq; iacet.

Secunda dignitas. Quod astra in eo ultimam, quam possunt habere, altitudinem aut eleuationem possident, cuius contrarium est in horizonte.

Pli. de Scorpionibus.

Aristoteles

Tertia. Astra in eo habent intensissimũ uigorem & potentiã: sicut uidemus de sole qui in meridiano cõstitutus, uehementer calefacit & desiccat, ac uapores cõsumit. Quare (ut prędiximus) dicit̃ meridies, id est, merus dies. Pli. lib. 11. ca. 25. de scorpionibus loquens, uult, Venenum ipsis medio die, cũ incanduére solis ardoribus, sæuius esse.

Phison, id est Ganges.

Gen. Moyses

Quarta infertur, influxu nobiliori in parte meridiana. Arist. de naturis locorum habet, quod aquæ quę in suo cursu aut fluxu appropinquant ad meridiẽ, aurũ producunt & nobiles margaritas: Quare plures uolũt, quod meridies sit pars dextra cœli. In diuinis literis inter omnia flumina quatuor, Paradisum egredientia, maxime extollitur Phison, id est, Ganges. Moyses enim Gene. 2. sic F scriptum reliquit. Et fluuius egrediebatur de loco uoluptatis, ad irrigandũ paradisum, qui inde diuiditur in quatuor capita. Nomen uni Phison, ipse est qui circuit omnem terram Heuilah, ubi nascitur aurum, & aurum terræ illius optimum est. Ibiq; inuenitur Bdellium, & lapis Onychinus. Cæteris fluuijs tribus Moyses nullam attribuit huiusmodi nobilitatem. Lege textum.

Dic rogo, quis uellet satis enucleare nobilitatẽ fœlicis Arabiæ, quę est respectu septentrionis sita in meridiem? Lege Pli. de rebus Arabiæ lib. 12. cap. 18. Et eundem de gemmis eiusdem lib. 37. per plura capita.

Mar. Mani.

Item Traprobana Insula in meridiem exposita, clara est ob copiã auri & argenti, ob Beryllum, Hyacinthum. Et Plinius lib. 9. ca. 35. asserit eandem abundare Margaritis. Ea propter, ut arbitror, Marcus Manilius supra lib. 1. capi. 8. ipsum meridianum appellat aureum orbem. Et inter 12. cœli partitiones idem tenet principatum. Idem Marcus Mani. libro secundo cap. 14.

Primus erit summi qui regnat culmine cœli
Et medium tenui partitur limite mundum.
Quem capit excelsa sublimem gloria sede.

Lege sequentia metra, sunt pulchra ualde, de decimo cardine.

Quinta

A Quinta. Astrologi meridianum digniorem prædicant horizonte, cũ diei initium faciunt in ipso meridiano, & non in horizonte orientali aut occidentali, & hoc non sine causa, quia dies à medio die inchoatur. Verum diei uaria fuit apud diuersas gentes incœptio, de qua Plini. lib. 2. ca. 79. in ueteri, in nouo cap. 77. Ipsum (inquit) diem alij aliter obseruauere, Babylonij inter duos solis exortus, Athenienses inter duos solis occasus. Vmbri à meridie in meridiem, uulgus omne à luce ad tenebras. Sacerdotes Romani, & qui diem diffiniere ciuilẽ, Item Aegyptij & Hipparchus à media nocte in mediã. Eandem ferè sententiam habet Macro. libro primo Satur. ca. 2. de die & uario modo distinguendi diem & noctem. Accedit Aul. Gel. lib. 3. ca. 2. hi tres habent ferè unam & consimilem sententiam, legito. — Plinius.

Sexta. Meridiani circuli sunt accommodi, utiles immo necessarij rebus Geographicis. Nam in his supputatur omnium regionum, prouinciarum, insularum, fluminum, montium, urbium, oppidorum &c. longitudo. Geographia enim principaliter uersatur circa res duas, altera appellatur longitudo, altera latitudo. Plura de his alibi in commentarijs nostris in Ptolemæum.

B

DE LACTEO CIRCVLO.

TEXTVS PROCLI.

OBliquus etiam est & Lacteus circulus. Hic itaq; supra tropicos obliquatus cernitur. Constat autẽ ex tenui nebulosa substantia. Vnus certe cœlestium circulorum cõspicuus, nec certa latitudine definitus, sed aliqua sui parte latiore, aliqua angustiore. Quo minus quidem in plerasq; sphæras ad scribi solet. Est autem unus è numero maximorum circulorum, quippe cum maximi circuli in sphæris dicantur, quibus idem centrum cum sphæra est. Sunt porrò maximi circuli septem, Aequator, Signifer. Qui per media signa ducitur. Qui per polos ducitur. Cuiusq; habitationis horizon. Meridianus. Lacteus.

STOEFLERI INTERPRE. — Continuatio. — Diuisio capitis.

SVpra capite de circulis sphæræ auctor mentionẽ fecit de Lacteo circulo in .§. finali qui incipit. Porrò hos circulos, ubi in fine adiungit. Sensu enĩ unus
C lacteus discerni in cœlo potest, reliqui omnes ratione, hoc capite de eodem determinat. Et diuiditur in tres partes. In prima lacteum describit aut notificat. In secunda, quæ inchoat. Est autem unus, docet ipse illum ipsum esse de maximis circulis. In tertia cuius initium est ibi. Sunt porrò &c. numerat maximos circulos scilicet septem.

Scriptores de Lacteo.

Principè contuendum, scriptores de hoc circulo sunt hi, Aristoteles primo meteór. Ptole. Phelu. dict. 8. alma. ca. 2. Aratus in Phœnomenis. Ruffus Festus paraphrastes Arati, Cicero in fragmento Arati.

Marcus Mani. lib. primo cap. 9. de zodiaco & Lacteo circulo. — Mar. Mani.
Hyginus libro secundo & quarto. Plinius libro 18. capitulo 29. — Hyginus. Plinius.
Tullius libro de re pu. unde Scipionis somnium excerptum est. — Tullius.
Macrobius commentariorum suorum libro primo in som. Scipionis. — Macrobius.
Ouidius libro primo meta. fab. 6. — Ouidius.
Et mediæ ætatis Albertus magnus, Sueuus, libro secũdo meteó. tracta. 2. ca. 3. 4. 56. Et in abbreuiatis Alma. libro 8. — Alber. Mag.
Recentiores. Ioannes à monte re. libro Epito. 8. propositione prima. — Io. à Re. mon.
Georgius ualla libro 16. & astronomiæ primo capitulo primo. — Geor. Valla.
Et ut authorem nostrum clariorem faceremus libuit non nullas memorato-

rum sententias hic annectere, & primo Mar. Mani. De Lacteo cir. sic canentis.

Alter in aduersum positas succedit ad arctos D
Et paulum à boreæ gyro sua fila reducit
Transitq; inuersæ per sydera Cassiopeæ.
Inde per obliquum descendens tangit Olorem.
Aestiuosq; secat finis, aquilamq; supinam.
Temporaq; æquantem gyrum, zonamq; ferentem
Solis equos, intra caudam qua Scorpius ardet.
Extremamq; Sagittarij, leuam, atque sagittam.
Inde suos sinuat flexus pet crura pedesq;
Centauri alterius, rursusq; ascendere cœlum
Incipit, argiuamq; ratem per aplustria summa.
Et medium mundi gyrum, geminosq; per imum,
Signa secat, subit Heniochum, teq; unde profectus
Casiopea petens super ipsum Persea transit.
Orbemq; ex illa cœptum concludit in illa.
Trisq; secat medios gyros, & signa ferentem E
Partibus è binis, quoties præciditur ipse.
Nec quærendus erit, uisus incurrit in ipsos
Sponte sua, seq; ipse docet, cogitq; notari.
Namq; in cœruleo candens nitet orbita mundo. Sat est.

Secunda, est Ouidij, in hæc uerba.

Est uia sublimis cœlo manifesta sereno
(Lactea nomen habet) candore notabilis ipso.
Hac iter est superis ad magni regna tonantis. Regalemq; domum.

Nomina Lactei circu. Tertia est Macrobij ex Som. Sci. De Lacteo orbe sic scribentis. Erat autem is splendidissimo candore inter flammas circus elucens, quem uos (ut à Graijs accepistis) orbem Lacteum nuncupatis. Orbis hic idem quod circus in Lactei appellatione significat. Est autem Lacteus unus è circulis, qui ambiunt cœlum. Et post pauca. Solus ex omnibus hic subiectus est oculis, cæteris circulis magis cogitatione quàm uisu comprehendendis &c.

Secũdo loco, huius circuli uaria nomina notabimus, quem Ptolemę, Phelu. Dict. 8. ca. 2. uocat Maiarati. Inquit enim eius tralator. Caput secundũ, de modo orbis Lactei, nominati Maiarati, id est, area quæ mouetur. Alius codex habet, i. area quæ mouetur. Sic etiam legimus apud Alber. Mag. ca. 1. in hæc uerba. Incipiamus ergo nunc cõsiderationes facere de Galaxia, quę idem est quòd uia Lactea siue alba, quę Arabice dicitũ Maiarati, quod interpretatur arca, quæ mouetur. Nominatur præterea Galaxia circulus siue circus lacteus, Orbis lacteus, zona lactea, Orbita lactea. F

Nominum interpretatio. Vocabulorum expositio hæc est, Maiarati Arabice (ut credo) appellatur, & interpretatur Area quæ mouetur, id est, Platea quæ ad motũ firmamenti mouetur. Area quasi ardore solis facta. Inter causas sanè Lactei circuli quæ apud authores recensentur, una est, quæ fabulam sapit. De qua Alber. supra cap. 2. Quam Marcus Mani. ubi supra paucis metris absoluit, his.

An melius manet illa fides per sęcula prisca
Illac Solis equos diuersis curribus isse.
Atque aliam triuisse uiam, longumq; per æuum
Exustas sedes, incoctaq; sydera flammis
Cœruleam uerso speciem mutasse colore
Infusumq; loco cinerem, mundumq; sepultum.

In alto

A In alio codice lego Matarati.i.arca quæ mouetur. In Lacteo.n.circulo plurimę sunt stellæ minutissimę, ut Alber.ca.5.supra testaẽ, causantes in oculis inspicientiũ colorem album seu Lacteũ. Hę aũt stellæ in Lacteo circulo, ut in arca arcent & continentur, ideo non inepte dicĩ arca, ad hoc pulchre accedit Mar. Mani. ubi supra. Sic.

An maior densa stellarum turba corona
Contexit flammas & crasso lumine candet.
Et fulgore nitet collato clarior orbis.

Galaxia præterea græcũ est uocabulũ γάλα n. Græce significat lac. Est aũt æquiuocum. Galaxia gẽma est quę & Galactites siue Galaricides noĩatur, ad colorem.n.lactis tendit. De qua Plĩ.lib. 37.ca.10. De quibusdã gẽmis per alphabeti ordinẽ, quem lege. Vbera lactantis collo colligatus replet. Discordias cõciliat. Qui secũ portauerit, & regẽ, aut aliũ offenderit, statim placabit. Galaxia ad nostrũ propositũ circulus est cœlestis, nomen usitatũ apud Aristotelẽ & Alber. Ma. à γάλα,τος gręco tractũ, ob colorem albũ uel lacteũ, quem mortalibus ostendit. Reliquæ nomenclaturæ oẽs supra noĩatæ latinæ sunt, quare transeo. Galaxia.

Tertio loco. Lacteus circulus sic diffiniri potest. Circulus est obliquus stellati orbis, albicans, sensui apparens, latitudine & colore inæqualis. Hæc diffinitio aut descriptio partim sumpta est ex textu Procli, ptim ex Ptole. Est.n.obliquus.i.curuus, flexuosus, quod chartæ & orga- Lacteus circu. diffinitur.
B nũ astraria satis indicant, & noctu cœlo sereno uisus facile cõsiderat & concludit. Est etiã obliquus, ut dicit author, quia supra tropicos obliquatus cernitẽ, nõ .n.eis insidet ad angulos rectos sed obliquos. Quod subdiẽ, stellati orbis, explodunẽ uariæ opiniones de hoc circulo, quarũ nonnullæ fabulosæ, aliquæ erroneæ censenẽ, de quibus in sequentibus. Subiectũ sanè & materia Lactei orbis est pars orbis stellati, de quo etiã in subditis lucidius dicemus. Additur, albicans.i.aliquantulũ oculo albus apparens, quocirca appellaẽ uia Lactea siue alba, lacteus orbis &c. Lactis enĩ colorem, ut plurimũ, imitari uidetur. Rursus addiẽ, sensui apparens, in confesso est omniũ, inter cœlestes circulos oẽs, duntaxat Lacteũ uisui apparere. Hoc docuit Proclus supra ca. De circulis sphærę. Idẽ præsenti capite, cũ inquit. Vnus certe cœlestiũ circulorum cõspicuus. Idem supra Mar. Mani. Idem Ouidius supra. Idem Macro. ubi supra habuimus. Solus ex omnibus hic subiectus est oculis &c. Accedit Ruffus Festus his metris. Ruffus Festus.

Sydera, candentis speciem supinspice lactis
Procendi cœlo, color olli nomen abortu
Primigeno statuit, se zonam Græcia solers.
Cõcelebrat nostro sic Baltheus ore notaẽ.
Nõ isti forma similis, similisue colore.

Demũ adijcitur latitudi-
C ne & colore inæqualis. Hæc particula facilis est & ex cõmentarijs Ptolemęi aut Ioan. à mon. Re. elici potest, haud quãquã.n.eandem seruat latitudinẽ. In una quidẽ parte latior, amplior, & extensior est, in alia strictior & angustior, aut arctior. Strictior (gratia exempli) circa Casiopeiã, latior ad Heniochũ & Geminos, Angustior circa Centaurũ, amplior circa Sagittariũ &c. Sic apparens coloris dissimilis cerniẽ. In aliquibus.n.eius partibus est rara, in aliquibus parũ apparet, in aliquibus densior siue lucidior. In exemplis. Lacteus is circulus cõprehẽdit Casiopeiã, ubi partes extremę densiores uidenẽ partibus medijs. Ramus in quo cõtinentur tres spondyles Scorpij plurimũ habet raritatis, circa spondyles tamẽ paulo densior. Et pars quæ hastulã sagittæ Sagittarij cõtinet, spissa est admodũ. Item ramus ad rostrũ Gallinæ procedens cũ angustia, multã habet raritatẽ adeo ut puteẽ interruptio apud rostrũ, postea circa pectus gallinæ amplior atq; densior. Sed quid in his moror? nox serena certiorẽ te faciet. Ptole. etiam scripta cõsulito.

¶ Quarto loco conuenendũ. De hoc Lacteo multi inter se diuersa senserũt, causasq; eius, alij fabulosas, naturales alij protulerũt. De utrisq; paucis dicemus & primũ de fabulosis. Quarũ primã recitat Alber. M, c.2. in hęc uerba, Fuerunt quidã qui dixerũt, φ Sol mouebaẽ aliqñ in loco illo, & suo lumine Opiniones uariæ de Lacteo. Geminæ causę fabulosæ & naturales.

Causa ex Solis combustione. & colore combussit orbem in loco illo. Combustum enim, præcipue si terrestre D fit, album efficitur, sicut patet in calce, & ideo Sol sua combustione impressit in orbe hoc uestigium quod uocatur Galaxia. Dico autem quòd iste sermo est erroneus, quia si ita esset ut dicunt, tunc similis causa similem relinqueret effectũ. Sol enim mouetur nunc per zodiacum sub linea quæ dicitur ecliptica quæ est in medio signorum, ergo per totum orbem signorum deberet apparere tale uestigium ex combustione Solis, quod non uidemus, quia Galaxia non apparet secundum orientem signorum in zodiaco, sed potius intersecat orbem signorum. Et infra, & egreditur uersus utrunq; polorum.

Adhuc, sicut probatũ est in cœlo & mundo, orbis in nulla parte recipit impressiones peregrinas, quæ aliquid uarient in esse suo. Combustio autem & albedo relicta ex ipsa impressione peregrina, non contingit nisi corpori passibili & alterabili igitur Galaxia non est combustio à Sole. Est enim orbis per hoc quòd est incorruptibilis, inalterabilis, semotus à natura quatuor elementorũ, & à causis inferiorum, uegetabilium & generatiua animalium, & ideo impressio corporis passibilis in eo fieri non potest. Fuit autem hæc opinio, ut puto, Pythagoræ, qui dixit terram moueri, & cœlũ stare & comburi à Sole. Hucusque Albertus. Cui alludit Mar. Mani. supra in metris.

An melius manet illa fides &c. E

Causa Iunonis lac. Secunda causa fabulosa est quòd Iuno uxor & soror Iouis ex mamillis emisit lac copiosum quo in orbe pinxerit circulũ & inde Lactei nomen assumpsisse. De qua Mani. supra sic canit.

Nec mihi cælanda est famæ uulgata uetustas
Mollior è niueo lactis fluxisse liquorem
Pectore reginæ diuum, cœlumq; liquore
Infecisse suo, quapropter Lacteus orbis
Dicitur, & nomen causa descendit ab ipsa.

Tertia causa, q ibi est sedes uirorum for. Tertiam deinde fabulam sapiens per longum tractat Mar. Mani. supra lib. 1. cap. 9. Quæ opinio uult quòd animæ uirorum fortium, magnanimorum, iustorum corporibus exutis habitent in eo orbe, & enumerat plures uiros Græcos, Romanos &c. per metra ferè 40. ex quibus hæc apponere libuit.

An fortes animæ, dignataq; nomina cœlo,
Corporibus resoluta suis, terra eq; remissa,
Huc migrant ex orbe, suumq; habitantia cœlum, F
Aethereos uiuunt annos, mundoq; fruuntur.
Atque hic Aeacides, hic & ueneramur Atrides

Et omissis pluribus subdit.

Altius ætherei qua candet circulus orbis
Illa Deum sedes, hæc illa proxima diuum.
Qui uirtute sua similes uestigia tangunt.

Quarta q sit uia ad cœlum. Quartam demum fab. scripsit Ouidius supra.

Est uia sublimis cœlo &c.

Hæ causæ iam recitatæ mythologiã, id est, sermonem aut ratiocinationem fabularum præ se ferunt, quibus tamen mysteria aut arcana quædã non aspernanda teguntur. Missis autem tribus, quartam Ouidianam per allegoriam ut cunq; enucleabo. In huius sanè fabulæ carminibus poëta Ioui multa ingeniosissime tribuit, quæ nos deo opti. maxi. cõcedimus. Iouem enim patrem domi-

Sensus allegoricus. numq; deorũ, regem cœli, sedentẽ in throno eburneo &c. esse uoluere ueteres quem nos deũ opti. max. regem regum & dñm dominantiũ esse cõfitemur. Cui cœlum, ipso attestante, thronus est, Esai. 66. Cœlum mihi sedes est, de quo Io. Apo.

A Apo.21.dixit. Qui sedebat in throno, ad quem est uia sublimis, ardua & difficilis &c. Viam ad æternam beatitudinem rectissimè theologi innocentiã, testimonio regij prophetæ posuere: Qui uiam ad cœlũ (inquiens) interrogat. Psal.23. Quis ascendet in montem domini, aut quis stabit in loco sancto eius? Quæsito satisfaciens uerissime, subiungit. Innocens manibus & mundo corde. Et annectit. Hic accipiet benedictionem à Domino, & misericordiã à Deo salutari suo. Similis est sententia Psalm.14. hæc. Domine quis habitabit in tabernaculo, aut quis requiescet in monte sancto tuo? Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam. Hanc, ad cœlestis aulæ præmia innocentiæ, uiam Ouidius tetigit. — *Via beatitatis.*

Est uia sublimis, cœlo manifesta sereno
(Lactea nomen habet) candore notabilis ipso.

Si uerborum uim animaduerterimus, multa nostræ fidei consentanea reperire poterimus (. Est uia sublimis.) Altissima namque & difficilis est uirtutis, qua iter est ad cœlum, uia. Infallibilis ueritatis testimonio Matth.7. Arcta est uia, quæ ducit ad uitã, & pauci ingrediuntur per eam. Huius uiæ difficultatem, pulchre describit Hesiodus uetus poeta, his carminibus. — *Matthæus. Vitæ uia & uirtutis.*

Virtutem posuere dei sudore parandam.
B Arduus est ad eam longusque per ardua callis:
Asper & est primum, sed ubi alta cacumina tanges,
Fit facilis, quæ dura prius fuit, inclyta uirtus.

Nihilo minus & si difficilis. Cœlo tamẽ manifesta sereno. Quid enim homini secundum rectæ dictamen rationis uiuenti, uirtute (ad quam natura inclinati sumus) manifestius esse potest? Cœlo igitur sereno, intellectu prudẽtia regulato, non dictaminis erronei obnubilatione obtenebrato, Virtus est manifestissima. Nam quemadmodum in luce omnia facillime cognoscuntur, in tenebris autem nec uidemus, nec quò ambulemus cognoscimus: Ita uirtutes, quę arma lucis à Paulo ad Roma.13. uocãtur, intellectum eleuant in splendorem lucis æternæ. Virtuoso enim omnia in luce clarescunt, Ouidij testimonio. — *Virtus homini manifesta.*

(Lactea nomen habet) candore notabilis ipso
Hàc iter est superis, ad magni tecta tonantis.

Et recte. Nihil siquidem coinquinatum intrabit in regnum cœlorum. Apo.21. Ambulant enim albis stolis amicti. Ioan. Apo.3. attestante. Ambulabunt mecum in albis, quia digni sunt. Satis nunc est pro his metris Ouidij.

C Ad causas naturales Lactei uenio, quæ etiã sunt plures, ut apud Alber. & Macrob. colligi potest. — *Causæ naturales Lactei.*

Theophrastus Lacteum dixit esse compagem: quia de duobus hemisphærijs cœli sphæra solidata est. Et ideo ubi ore utreque conuenient, naturalem claritatem uideri. De hac loquitur etiam Mar. Manilius.

An coeat mundus, duplicisque extrema cauernæ
Conueniant, cœlique oras & sydera tangant:
Perque ipsos iungat noxius manifesta cicatrix
Fissuram faciens mundi, stipatus & orbis
Aëriam in nebulam clara compagine uersus.

Verũ hæc Theophra. causa ab omnibus, qui mundi ponunt principiũ, elidi tur. Gene.1.cap. legimus. In principio creauit Deus cœlum & terrã. Non dixit Moyses, Creauit deus hemisphæria, quodã bitumine conglutinãda. Et Gen.2. Perfecti sunt cœli & terra. Et in Psal. Dei Perfecta sunt opera. Et Dionysius Areopa. Optimi est optima facere. Et Tullius, De uniuersitate. Quandoquidem neque mundo quicquam pulchrius, neque eius ædificatore præstantius. Et idem. Hanc igitur habuit rationẽ effector mundi, molitorque deus, ut unũ opus

totum atq; perfectum ex omnibus totis & perfectis absolueretur, quod omni D
morbo senioue careret. Formam aūt & maximè sibi cognatā & decoram dedit:
Et post pauca. Hunc ea forma figurauit, qua omnes reliquæ formæ includun-
tur, & globosus est fabricatus. Quod σφαιροειδὴς Græci uocant &c.

Secunda est Diodori.

Diodorus ignem esse dixit densæ cōcretæque naturæ, in unam curuitatis
semitā, discretione mundanæ fabricæ coaceruante, concretum. Et ideo uisum
intuentis admittere, reliquo igne cœlesti lucem suam, nimia subtilitate diffu-
sam, non subiacente conspectui.

Lacteus, nō est ex igne

Confutatio Alexander Algazel. Auicenna.

Hāc reprobat Alber. ubi supra ca. 6. his uerbis. Dicit Alexander & plurimi
philosophi, ignis in sua sphæra non lucet. Vnde Algazel in physica sua, ubi lo-
quitur de impressionibus in alto generatis, ponens uerba Auicennæ dicit sic.
Ignis non est nisi una tunica ignea, nec habet lumen, sicut nec aër, sed est subti-
lior eo. Si enim haberet lumen prohiberet uideri stellas in nocte & faceret lu-
men super terram, sicut ignes accensi.

Quod etiam uidetur ex hoc, quòd omne lucens tegit corpora quæ post se
sunt, siue sit lucens cœleste, sicut stella, siue sit ignis, sicut flamma. Ignis autem
in sua sphæra non tegit nobis corpora cœlestia. Ergo non lucet.

Adhuc autem, sicut dicit Auicenna, nō lucet aliquid nisi spissum. Vnde aër E
propter sui raritatem, licet in se habeat lumen, non tamen lucet, ita quòd illumi-
net & terminet uisum sicut facit lucens: Ergo multo minus lucet & terminat ui-
sum ignis in sua sphęra, qui multo est rarior. Ergo ignis nihil cōtinebit lucis, aut
(reflectit.

Adhæc orbis non in locis stellarum magis sunt de natura lucis
quàm ignis, & tamen non continent lucem. Ergo nec ignis.

Ignis in se non lucet.

Adhæc in inferioribus non uidemus ignem lucere: Nisi in materia aliena, si-
cut in carbone, quæ est fumus, eo quòd ipsa materia spissa est &c. Ex omnibus
his constat, quòd cū ignis in se purissimus sit, & tantæ raritatis, quòd nō potest
esse maior in materia elementari. Propter quod dicitur ignis subtilissimi corpo-
ris specie, ab Aristotele. Et signum huius ad sensum receptum est in Astrolo-
gia. Si enim luceret, tunc dissiparet umbram terræ & impediret, quòd nō ueni-
ret ad orbem Lunæ. Cum ergo nulla sit causa eclipsis Lunæ, nisi quòd Luna
transit per umbram terræ profundius, ut altius contingeret, quòd Luna nun-
quam eclipsari posset, quod falsum est: Ergo ignis in sua sphæra non lucet. Et
ideo dicit Alexander, quòd accidit igni lucere egredienti extra proprium locū: F
sicut etiam accidit aquæ congelari.

Tertia est Possidonij.

Possidonius ait. Lacteum esse caloris syderei infusionem, quam ideo aduer
sa zodiaco curuitas obliquauit, ut quoniam Sol nunquam zodiaci excedendo
terminos, expertem feruoris sui partem cœli reliquam deserebat, hic circus à
uia solis in obliquum recedens, uniuersitatem flexu calido temperaret.

Lacteus nō est è sydereo calore.

Etsi Macrob. asserat diffinitioni Possidonij plurium consensus accedere, ego
tamen minime. Soli enim ab omnibus attribuitur principaliter caloris diffusio,
cuius diminutio fit aut augmentatio secundū eiusdem accessum & recessum,
& iuxta radiorū aliam & aliam incidentiam. Si igitur Lacteus circulus, secun-
dum Possidonij positionem, suppleret uicem Solis, & ea propter obliquatus à
zodiaco uersus utrosque polos, calefaciendo eas terræ partes à Sole longe di-
stantes, ut sunt partes uicinæ utrisque polis, deberet utique non esse tantus ri-
gor frigiditatis in his partibus, cuius oppositū docet experientia. Immo hi qui
ibi habitant, deberent habere cōtinuum calorem, ex eo quòd in 24. horis Lacte-
us sine omni uariatione, bis accedit ad capita eorum. Quare positionem Pos-
sidonij fragilem posthabeo.

Albertus

Quarta est Anaxagoræ & Democriti.

A Albertus Ma. alias recitat opiniones. Primã (ca. 3.) eorum qui dixerunt, Galaxiam esse reflexionem luminis Solis in quibusdam stellis: Eius hæc sunt uerba. Illi autem qui imitabantur Anaxagoram & Democritum dixerunt, quòd Galaxia est lumen mutuatum à Sole quibusdam stellis: Et hoc dicitur tunc lumen istarum stellarum. Ponunt enim isti, quòd radius Solis non incidit omnibus stellis, sed potius propter terræ interpositionem retrahitur à quibusdã. Et ideo cum occidit, in occasu retrahitur ab his quæ sibi opponuntur, & non consequitur eas; sed incidit quibusdam non tantùm à sole distantibus. Et ubi incidit, in circuitu lumen diffunditur. Sicut quando radius Solis uenit per fenestrã & incidit in terram, lumen à radio diffunditur in circuitu illius terræ, & incidit radius ita, quòd efficit luminosa. Ita & circa stellas quibus incidit radius Solis, in circuitu cœli diffunditur lumen radiosum, & illuminat partes orbis in circuitu istarum stellarum. Et illud lumen uocatur Galaxia, quod fit ex lumine approximante istis stellis.

Hæc autem positio uidetur supponere, quòd terra sit maior Sole, secundum uulgi opinionem, quia aliter radicem nõ haberet: Tunc enim umbra terræ esset tendens in latum *, & impediret quasdã stellas, Soli oppositas, à consequutione
B radij solaris, & quasdam non impediret.

* Atq; ita Calathoides.

Confutatio

Dico aũt iterum quòd illud stare nõ potest. Quia si Galaxia esset lumen diffusum, in loco ubi terminantur radij Solis, ad quas stellas partium orbis minus distantes quàm sit dimidius orbis, tunc cum recedit Sol de loco ad locum, recedit etiam illud lumen diffusum de loco ad locum: Ergo Galaxia non staret in loco uno, sed mutaretur de loco ad locum. Et hoc non uidemus, cum semper sit super Sagittarium & circa partem Geminorum, ubi intersecat zodiacum.

Quinta opi.

De hoc Ptole. lib 5. Alma.

Adhuc aũt signatio de falsitate huius sermonis, per id quod proponitũ in scientia Astronomica de mensura quantitatis Solis & terræ; ubi probatũ est, quòd Sol est maior terra. Et infra. Sed cũ ita sit quòd luminare maius opponitur corpori minori opaco, radij luminaris intersecant se, post umbram opaci, & illuminant quicquid est post umbram: quæ, quia minus est opacum quàm luminosum, tendit in acutum. Compertum autem est per rationes geometricas, quòd umbra terræ non porrigitur nisi usque ad sphæram Mercurij. Ergo radius Solis consequitur omnes stellas quæ sunt in sphæra Mercurij & supra. Ergo non retrahitur à quibusdã, nec in loco ubi incidit diffunditur lumen, quod sit Galaxia.

C Præterea Alber. cap. 4. aliam adducit opinionem eorum, qui dixerunt, Galaxiam esse lumen reflexum ab aëre. Inquit. Fuerunt autem alij qui dixerũt, quòd Galaxia est lumen quod redditur orbi stellato, reflexum in ipsum, ab aëre humido, qui est sub ipso. Et huius simile ponunt in speculo, quia sicut nos uidemus, quòd facies illuminata imprimitur speculo opposito, & propter hoc quòd speculum est tersum & politum, reflectitur in faciem aspicientis. Ita lumen stellarum orbis imprimitur aëri humido, qui est sub ipso, & quia corpus humidum reflectere habet formas sibi impressas: ergo aër iste reddit lumen stellarum orbi stellato. Sicut apparet cum radius incidit in uas cũ aqua, tunc enim statim reflectitur ex opposito in parietem &c.

Imago speculi quomodo ab homine procedat.

Confutatio.

Dico, quòd iste sermo eorũ est error. Quia nos uidemus, quòd lumen repercussum à speculo, aut à superficie corporis humidi, super quod incidit radius luminosi, semper repercutitur ad oppositum: Sicut apparet de radio incidente in uas aquæ; Repercutitur enim in oppositũ radij solaris: & illud repercussum mouetur secundum motũ superficiei speculi uel aquæ, quæ repercutit lumen. Si autem superficies corporis reflectentis radiũ incidentem quiescit, ad-

huc tamen repercussum mouetur ad motum luminosi corporis, à quo incidit la- D
dius, eo quòd semper est ex opposito. Ergo si Galaxia tale lumen est, tunc ad motum aëris reflectentis debet moueri, & etiam ad motum stellarum, à quibus incidit lumen primò: ut sit semper ex opposito ipsorum reflexum ab aere: & hoc non uidemus. Quia Galaxiam uidemus in uno loco semper, etiam si à centenis locis inspiciamus eam, quia nunquam recedit à loco suo.

Sexta opinio. & uera. Vltima opinio aut causa Lactei, est Ptolemæi ubi supra, Alberti Mag. ca. 5. de Galaxia secundum ueritatem, ubi sic scriptum reliquit. Dicamus nunc quid est Galaxia secundum ueritatem. Nihil aliud autem est Galaxia, nisi multæ stellæ paruæ quasi côtiguæ, in illo loco orbis: In quibus diffunditur lumen solis, & ideo uidetur quasi circulus albescês quasi fumus. Et post pauca. Sunt etiã inter eas quędã magnæ stellę intermixtæ, quæ distinctæ uidet. Et cum lumen illarũ stellarũ cum lumine in eis diffuso procedit, ex illo loco orbis inflãmato & igni-

Orbis inflammatus. to sine obstaculo, uidetur lumen oblongũ. Dicitur aũt orbis inflammatus & ignitus non essentialiter, sed ab effectu: quia inflammat & ignit. Illæ autem stellæ fixæ sunt in orbe. Ita, quòd quędã quasi tangunt aliquas & suscipiunt splendorem à sole, & insuper lumen earum in se diffunditur, & ab una in alteram diffusum côtinuatur. Et hęc est causa quare Galaxia uidetur in uno loco orbis: ocłauo recedens ab eo, præcipue quia in eisdem imaginibus semper uidetur. Venit enim à pedibus Geminorũ, & regyrat per principiũ Sagittarij in Geminos.

Lege supra pagi. 69. F Vnde licet mutet spatiũ, sicut & cæteræ stellæ fixæ, nõ tamen mutat imagines zodiaci. Hactenus Alb. Hanc causam pulchre canit Mar. Ma. An maior &c.

Causa efficiens Lactei. Demum nec id præter eundũ censeo, si quæritur quæ sit Galaxiæ causa efficiens, & quæ causa materialis, sicut subiectũ. Respondet Alber. ca. 6. & ultimo de Galaxia his uerbis. Causa eius efficiens, sunt in parte stellæ multæ paruæ, q̃ sunt in primo loco, & habent infertas magnas distinctas: & illæ diffundunt lumen suum super spatium in illa parte orbis. Alia pars huius causæ efficientis,

Causa materialis. est radius solis, incidens istis stellis quasi contiguis. Causa autem materialis, sicut subiectum, est pars illa orbis quæ spissior est, & ideo retinens & repræsentans lumen Solis & stellarum & terminans uisum, per eundem modũ, quo stellæ retinent lumen & repræsentant & uisum terminant.

De motu Galaxiæ. Et compertum est probatione astronomica, quòd circulus Galaxiæ mouetur motu stellarum fixarum, hoc est in 100. annis uno gradu. Qui est motus stellarum fixarum. F

Secunda pars huius capi. Hactenus de parte prima huius capitis. Accedo nunc ad secundã, quæ incipit in uerbo, Est autem unus de numero maximorum circulorum. Author recenset Lacteum inter circulos maximos sphæræ. De circulis maioribus aut maximis & minoribus dixit Proclus supra cap. de circulis sphæræ. Et nos fusius in

Supra pag. 13. A. cômentario isthoc. Ad ea loca lectorem remitto.

Tertia pars huius cap. Sequitur pars tertia & ultima huius cap. in uersiculo. Sunt porrò maximi &c. Author numerat septem circulos maximos, quos nos usitato maiores appellamus. De æquatore circulo facile omniũ principe supra diximus. De signifero

Pag. 11. B. & sequentibus supra capite, de signifero: Et in cômenta. De duobus coluris cap. de coluris & in cômenta. De horizonte ca. de horizonte. De meridiano, cap. de circulis meridianis. De Lacteo præsenti capite: & isthoc in cômentario.

DE QVINQVE ZONIS.

TEXTVS PROCLI. Totius terræ superficies sphærica est, & diuiditur in zonas quinq;. Ex quibus duæ sunt, quæ circa polos describuntur. Frigidæ dictæ, quòd maximè absunt

A absunt à solis orbita. Eædem ob frigoris iniuriam parum habitatę. Determinantur autē polos uersus, arcticis circulis. Quæ uero post has deinceps habentur, quòd mediocriter ad prætereuntem solem sitæ sunt, temperatæ appellantur, habentq́ in cœlo limites arcticos, tropicosq́ circulos, quibus interiacent. Reliqua, quæ inter memoratas quatuor medium locum tenet, quòd sub ipso solis transitu iacet, torrida nuncupatur, à terrestri æquatore in duas partes diuisa, is porro sub mundi æquatore porrigitur. Sed ex temperatis altera à nostri orbis hominibus incolitur, ipsa longa propè centum milibus stadiorum, lata ferè dimidio.

STOEFLERI INTERPRE.

PRoclus noster postquam plura de circulis cœlestibus, pręcipuè ęquidistantibus, disseruit, puta de eorū numero, magnitudine, potestate & interuallo, hoc capite docet, quæ terræ partes aut plagæ sint ab his circulis inclusæ aut contentæ. Et diuiditur caput in duas partes. In prima ponit thesim, aut positionē. In secunda partitur terram in quinq́ zonas, diffiniendo eorum limites, cōditiones, aut proprietates, secunda ibi. Et diuiditur in zonas quinq́.

Terra rotunda

B In prima parte author utitur thesi, aut positione. Supponit enī terræ superficiem esse sphæricam, & ex consequutione ipsam terram. Et ego in præsentiarum nolo demonstrare, terram esse rotundam, sphæricā, aut globosam. Id quiuis lector sibi facile nancisci posset, ex dictione prima Alma. Ex libro primo Io. de monte re. delloratoris Almagesti. Ex Cleomede primo meteór. Et forsan cōmentaria nostra, quæ in sphæram mundi Ioan. de Sacrobu. congessimus, nōnihil donabunt. Sed ut lectoribus sit amplus legendi, de terræ rotunditate, cāpus, scriptores citabimus. Quorum omniū princeps est (ut diximus) Ptole. Phelu. dictione prima Alma. ca. 4. deinde sequuntur alij. Aristoteles secundo de cœlo & mūdo, & eius cōmentator Auerrois. Cleomedes primo meteór. cap. Quòd mundus sit globosus, & cap. Quòd terra non sit lata, & cap. Quòd terra nō sit caua. Et ca. Quòd terra non sit cubicosa, quadrangula, aut pyramoides. Plinius secundus lib. 2. ca. 66. 67. & 72. Ioan. à monte re. In epito. Alma. lib. primo conclusione secunda. Alber. Magnus in abbreuiatis Almagesti libro primo. Et idem in secūdo de cœlo & mundo tractatu quarto cap 9. 10. 11. Ouidius lib. 6. Fast.

Tractatores de terræ rotunditate. Ptolemæus Aristoteles Auer. Cleomedes Plinius. Io. à mon re. Alber ma. Ouidius

C Terra pilæ similis nullo fulcimine nixa,
Aëre subiecto tam graue pendet onus.
Arte Syracusia suspensus in aëre clauso
Stat globus, immensi parua figura poli.
Et quantum à summis, tantum secessit ab imis
Terra, quod ut fiat, forma rotunda facit.

Nec desunt sacræ litterę. Regius propheta psalmo 95. Iudicabit (inquit) orbem terrarum in æquitate, & populos in ueritate sua. Et psalmo 96. Illuxerunt fulgura eius orbi terræ. Et primo Paralipo. ca. 16. Ipse fundauit orbem terrę immobilem.

Psalmus Paralipo.

Pro secunda parte huius capitis in primis animaduertendum est. Quòd Physici, Astrologi, Geographi & Poëtę distribuunt terram & cœlum in quinq́ zonas, aut fascias, siue cingula. Zona græce ζώνη. Sunt autem tractatores de zonis hi. Cleomedes primo meteor. capite de orbibus. Strabo libro primo & secundo. Iulius Fir. libro primo capitulo quarto & ultimo. Tullius de re pu. Macrobius libro secundo de somnijs Scipionis. Plinius libro secundo cap. 70. Ptolemęus in suo quadri. tractatu secundo. Martianus libro sexto. Albertus Magnus de natura locorū dist. 1. ca. 6. qui citat Platonē, Pythagoram, Homerum & oēs qui in

Scriptores de zonis. Cleomedes Strabo Iulius Fir. Tullius Macro. Plini. Ptolemæus

Martianus. Albertus. Plato. Pythagoras. Homerus. Virgilius. Ouidius. Tibullus. Lucanus.

Aegypto philosophati sunt. Accedũt Poëtę Virgilius, Ouidius, Tibullus, Lucanus. D His addo Probum grammaticum, Ioan. de Sacrobu. Georgiũ Vallam, & alios plures. Horum omniũ sententias in medium afferre, plurimas absumeret horas, nonnullas satis cõmodas ascribam. Cleomedes ubi supra, postquam in cœlo quinque distinxit parallelos, quos segmenta appellat, sic scriptum reliquit, & loquitur de terrestribus zonis. His nimirũ cœli interuallis, quę memoratis orbibus, id est, circulis distinguuntur, terræ partes quinque subijciuntur. Vna ab arctico, nempe septentrione, cõprehenditur. Altera, supposita spatio, quod inter septentrionem & æstiuum tropicum est. Tertia inter duos tropicos quæ medioxumum obtinens locum, incumbentem supernè sibi habet æquinoctialem. Quarta medium hyberni tropici spatiũ & antarctici tenet. Quinta sub antarctico. Has igitur terræ partes physici zonas, seu cingula uocant, quorum extima utraq; ob gelu rigorem, inhabitabilia esse perhibentur. Vt medioxumũ propter æstum habitationi nõ est obnoxium. Inter quod & extrema sunt temperata. Temperatior siquidẽ efficitur zona ab exusta, & utraque assistente & contermina frigida. Hæc Cleome.

Tullius. De ijsdem zonis Tullius de re. pu. Cernis eandem terram quasi quibusdã re B dimitam & circundatam cingulis, è quibus duos maxime & inter se diuersos, & cœli uerticibus ipsis ex utraque parte subnixos, obriguisse pruina uides: Medium autem illum & maximum solis ardore torreri. Duo sunt habitabiles, quorũ illi, in quo qui insistunt, aduersa urgent uestigia, nihil ad uestrũ genus. Hic aũe alter subiectus aquiloni, quem colitis, cerne quàm tenui uos parte contingat. Omnis enĩ terra quæ colitur à uobis, angustata uerticibus, lateribus latior, parua quædam insula est, circumfusa illo mari, quod Atlanticum, quod magnũ, quod oceanum appellatis in terris, qui tamen tanto nomine q̃ paruus sit uides.

Prætereo hic inserere aureas sententias Macrobij & Iulij Fir. propter uerborum multitudinem. Tu quidem legito, & legisse profecto gaudebis. Ad Poëtas accedo.

Virgilius. Virgilius primo Geor. sic canit.

Iccirco certis dimensum partibus orbem,
Per duodena regit mundi Sol aureus axem.
Quinque tenent zonæ cœlum: Quarum una corusco
Semper Sole rubens, & torrida semper ab igni est.
Quam circum extremæ dextra læuaq; trahuntur F
Cærulea glacie concretæ, & imbribus atræ.
Has inter, mediamq; duæ mortalibus ægris
Munere concessæ diuum. Et uia secta per ambas
Obliquus quò se signorum uerteret ordo.

Ouidius. Ouidius lib. 1. Metamor. fab. 7.

Vtque duæ dextra cœlum, totidemque sinistra
Parte secant zonæ: quinta est ardentior illis.
Sic onus inclusum numero distinxit eodem.
Cura dei, totidemque plagæ tellure premuntur.
Quarum quæ media est, non est habitabilis æstu,
Nix tegit alta duas, totidem inter utramq; locauit,
Temperiemque dedit mixta cum frigore flamma.

Idem de quinque zonis lib. 2. Metamor. Fab. prima.

Si potes his saltem monitis parere parentis &c.

Tibullus. Et Tibullus lib. quarto, elegia prima.

Et quinque in partes totus disponitur orbis,
Atque duæ gelido uastantur frigore semper.

A Illic & densa tellus absconditur umbra,
Et nulla incœpto perlabitur unda liquore,
Sed durata riget densam in glaciemq; niuemq;,
Quippe ibi non unquam Titan superingerit ortus.
Ast media est phœbi semper subiecta calori &c.
Sequuntur 16, metra de zonis alijs. Legito.

Secundo contuendum, Zona siue zone pluriuocum esse. Est enim zonæ mons Thraciæ, Autbore Plinio libro quarto cap. 11. Et zonæ oppidũ Thraciæ teste Pomponio libro secundo de Thracia.

Zona.

Zona altera nostro seruiens tractatui, sic diffiniri posset. Zona est portio, tractus, aut spatiũ cœli, siue terræ, inter duos circulos minores, æquidistantes, proximos, aut inter ęquidistantem & polum mundi contentum. Quasi cingat uel circumeat cœlum siue terram. Vtrora cœli portio inclusa duobus tropicis dicitur zona exusta, circundat enim cœlum sicut cingulum. Idem sumito iudicium de terræ tractu his tropicis interposito. Incipit autem zona (geographice loquor) in occidente, tendens per meridiem in orientem, & rursus ab oriente per circulum mediæ noctis in occidentem, & sic totum ambit cœlum, aut terrã, & in hoc distat á climate, quod est spacium terræ habitatum inter duas lineas

Inceptio zonę

B æquidistantes ab occidente in orientem inclusum.

Sunt quippe zonæ uaria nomina. ζώνη enim græcum est, & apud latinos zona pro latino usurpata, ut facile est uidere apud Iulium Firmicum, Macrobium, Virgilium, Ouidium, & alios latinos. Vocantur etiam zonæ, fasciæ, apud Martianũ libro sexto. Orbis (inquientem) terræ, in quinq; zonas, siue melius fascias dico, pro rerum diuersitate discernitur &c. Nominantur etiam cinguli apud Tullium, & Macrobium. Et cingula apud Cleomedem, Georgio Valla interprete. Et plagæ, apud Ouidium. Tandem maculæ: apud Tulliũ. Vbi Scipio Afri. Scipionem alloquitur dormientẽ, sic. Hæc cœlestia semper spectato, illa humana contemnito. Tu enim quam celebritatem sermonis hominum, aut quam expetendam consequi gloriam potes? Vides habitari raris, & angustis in locis, & in ipsis quasi maculis, ubi habitatur, uastas solitudines interiectas &c. Zonæ enim sunt (& loquor de habitatis) ferè ad similitudinem macularũ. Macula sanè pręter notas significationes, pro reti ponitur. Nã sicut rete multa ha-

Zonorum uaria nomina.
Zonæ.
Fasciæ.
Cinguli.
Cingula.
Plagæ.
Maculæ.

C bet foramina quæ etiam maculæ nuncupantur, sic zona multa habet foramina id est, partes, in nonnullis commodis habitationibus, in alijs incommodis.

De hac nominum uarietate pulchre scribit Macro. libro secundo de somnio Scipionis. De quinq; autem cingulis ne quæso existimes, duorum Romanæ facundiæ parentũ Maronis & Tullij dissentire doctrinam, cum hic ipsis cingulis terram redimitam dicat, ille ijsdem, quas græco nomine zonas uocat, asserat cœlum teneri. Vtrumq; enim incorruptam, ueramq;, nec alteri contrariam retulisse rationem procedente disputatione constabit &c. Postea Macrobius de zonis terrestribus & cœlestibus dissertissime loquitur, & etiam docet, quo pacto uia geometrica pingi possunt, ad propositum sic scribit. Nũc illud quod probandum promisimus, asseramus. Hos cingulos & bene Maronem cœlo, & bene terræ assignasse Ciceronem, & utrunq; non discrepantia sed consona, eademque dixisse. Et post multa concludit. Cum ergo manifeste & rigorem de cœli uerticibus, & feruorem de sole in terræ cingulos uenire signauerit, ostendit prius in cœlo hos eosdem cingulos constituisse. Nunc quoniam constitit easdem in cœlo & in terra zonas esse, uel cingulos, hæc etenim unius rei duo sunt nomina. Hucusque Macrobius.

Macrob.

Zonæ Geminæ. Cœlestes zonæ. Venatio cœlestium zonarũ.

Tertio annotandum zonas esse geminas, alteras cœlestes, alteras terrestres. D Cœlestes quippe zonæ sunt primariæ & terrestrium causæ. Hæ quatuor cœlestibus circulis (sicuti supra in diffinitione diximus) in cœlo distinguntur, ornatæ syderibus & astris, quorum situm & locum in ipsis zonis astraria sphæra mox indicat. Consulendus est etiam Hyginus in suo poëtico astronomico. Cœlestes hæ zonæ latinorum more ex obliquo circulo, id est, zodiaco & motu Solis annuo sic uenari possunt. Huius obliqui circuli pars una ab æquatore in septentrionem abit, ac recedit gradibus 23. & minutijs ferè 30. Alia pars è regione distans ab eodem æquatore in austrum fugit tot gradibus & minutis. Cum igitur Sol motu suo in aquilonem deflexerit, & ab æquatore memoratis gradibus & minutis declinauerit, quod in Cancri initio accidere ambigit nemo, diurno motu describit circulum, qui Cancri, & Tropicus eiusdem appellatur. Is sanè limes est duarum zonarum. Contra Sol in meridiem uergens, & ab æquatore (ut diximus) abiens, diuturna rotatione alium pingit circulum, qui circulus Capricorni, aut tropicus Capricorni uocatur, alius certe limes duarum zonarum. Interuallum igitur cœleste his circulis inclusum, medium tenens locum, B dicitur zona torrida exusta.

Præterea cõmemoratus circulus obliquus, & motus Solis sub eo etiã obliquus, alios quàm mundi petunt polos, ab his utrimque in 23. gradus & 30. minuta (quemadmodum supra annotauimus) abeuntes. Quare hi zodiaci poli circa mundi polos circulos describunt paruos, quos nos latini arcticos appellitamus. Et cœli spatium intra hos complexum, duas gelidas & frigore rigentes constituit zonas, unam arcticam, alteram antarcticam. Sed cœli intercapedo septentrionaria, inter tropicum Cancri & circulum arcticum inclusa temperatam manifestat zonam, septentrionariam tamen. Et in austrina regione interuallum cœleste tropico Capricorni & circulo antarctico interpositum, aliam pandit zonam, quæ temperiem recipit. Ecce quinque cœlestes zonæ.

Quomodo cœlestes zonæ dicantur torridę gelidæ.

Hic scito optime lector, cum grauissimi authores asserunt cœlestes zonas esse torridas, exustas, gelidas, frigore concretas, temperatas, sicut de his canit Virgilius ubi supra. Et Macro. lib. 2. de Som. Scipi. sic habet. Ipsum autem Ciceronẽ scisse, quòd terreni cinguli cœlestibus inficiantur, ex uerbis eius ostenditur. Ait enim ex quibus duos maxime inter se diuersos & cœli uerticibus F ipsis ex utraque parte subnixos obriguisse pruina uides. Ecce testatur finale frigus esse de cœlo. Idem quoque de feruore medio dicit. Medium autem illum & maximum Solis ardore torreri. Cum ergo manifeste & rigorem de cœli uerticibus, & feruorem de Sole in terræ cingulos uenire signauerit, ostendit prius in cœlo hos eosdem cingulos constituisse &c. Illa & huiusmodi aliorum uerba sic exponito. Cœlestem zonam esse torridam, non quidem formaliter, aut per essentiam, sed uirtualiter, aut causaliter, quòd in subiectam terram causat & imprimit exiccationem, aut exustionem, sic zonæ cœlestes uicinæ utrisque polis gelidæ dicuntur, accipe (ut dixi) non formaliter, sed causatiue. Idem intelligito de temperatis.


Terrestres zonæ.

Quinque his cœlestibus zonis, quinæ subduntur terrestres. Imaginare (ut facile capias) è circulo Cancri perpendiculum in terræ superficiem demissum. Id in eodem motu diurno primi mobilis describit circulum. Hic illi in unguem supponitur, circulusq; Cancri terrestris nuncupatur, limes (quemadmodũ de cœlestibus diximus) duarum zonarum, haud secus ac iam præcepimus alios cœlestes circulos, terrenos facies. Videbisq; in terra quinque zonas in frigore,

ardore

A ardore & temperie cœlestes imitantes.

Vt candidis lectoribus laborē minuamus, oculis subijciemus picturā quinq; zonarum terrestriū. Esto orbis aut circulus terræ in plano descriptus, per duas diametros occultas in quatuor æquas partes distributus. Punctis extremis unius diametri adscribito literas a. b. Alterius diametri punctis signito literas c. d. C. polū septentrionarū, B D. austrinum significantibus. Arcum orbis a. c. partire more uulgato in 90. partes aut gradus, asscriptis (ut assolet) numerus 5. 10. 15. 20. 25. &c. Inchoandum negotium iuxta literam a. perque quinarios ascendendo usque in c. polum septentrionalem.



Præterea ab a. uersus c. maximam Solis declinationem, quæ nostra tempestate continet 23. gradus & 30. minuta, fini supputationis addito literam e. Officioque circini cōprehende arcum a e. Et pede circini in a durante, cū uago pinge in orbe notam uersus d polum austrinum, cui adde literam g. Deinde pone (circino tum non uariato) unum eius pedem in punctum b & cum reliquo imprime notam uersus c, cui literam f iungito, & rursus gyrato circino fac notam aliam uersus d quam h litera ornabis. Ex e litera trahe rectam in f tropicum C Cancri præ se ferentem. Item ex g emitte lineam in h tropricum Capricorni significantem.

Rursus siste unū circini inuariati pedem in c notam poli Septentrionalis & cum uago facito utrinque notam in orbe, ductaque recta a nota in notam, eam literis i k obsignabis, indicantem circulum arcticum Latinorū. Haud dissimiliter immitte pedem circini in d punctum poli austrini & cum mobili punctis hac & illac in orbe signatis, ducito lineam l. m. circulo antarctico Latinorum respondentem.

His absolutis uidebis in plano quinque terrestres zonas rite depictas. Omne enim terræ interuallum lineis e f & g h tropicis inclusum torridam aperit tibi zonam. Ardore enim solis huic terræ interuallo semper imminentis exuritur. Quare haud inepte a litera g in f lineam rectā euehere potes, solare iter repræsentantem.

Inclusa autem intercapedo terræ lineæ i k circuli arctici & arcui septentrionali lineæ i k respondenti zonam gelu obrigentem septentrionalem indicat. Et è regione zona in meridiē exposita ob īmensum frigus inhabitabilis est. Terræ autem tractus lineis i k & e f inclusus, zonam nostram temperatam, habi-

N 3

tabilem, aquiloniam manifestat. Et demum terræ portio lineis g h & l m complexa temperatam austrinam palàm facit. D

Canones quinque zonarũ.

Quarto aduertendum. Nouitij ad capessendas res geographicas aspirantes, & in quibus zonis, regiones, montes, flumina, urbes &c. contineantur, edoceri cupientes, his canonibus facile sese iuuare possunt. In primis præstò sint eis commentaria geographica Ptolemæi, cum adiunctis tabulis usui commodissimis. Hic tamen meminisse conuenit Ptolemæum ubiqúe obseruasse maximam Solis declinationem uiginti trium graduũ & quinquaginta unius minutorum, id est, ferè uiginti quatuor graduum, quam talem esse tempore suo officio instrumenti inuenit.

¶ Canon igitur primus is est. Vbicumqúe in commentarijs aut tabulis occurrit alicuius loci latitudo minor uiginti tribus gradibus & quinquaginta uno minutis, locus iste torridæ zonæ est intrusus. In exemplis. Tabula sexta Asiæ & caput octauum commentarij libri sexti continent magnam partem felicis Arabiæ, quæ in torridam cadit zonam. Vbi offendes oppida clarissima centum & triginta fermè, plura emporia, urbes regias, metropoles, quarum latitudo minor est uiginti tribus gradibus & quinquaginta uno minutis. Adest etiam pars Carmaniæ regionis, ut sequens caput nonum docet. Et alia exempla colliges ex commentarijs libri quarti, capite quinto, & Tabula tertia Africæ. Item ex capite septimo eiusdem & Tabula quarta Africæ. Rursus ex capite uicesimo primo libri sexti & Tabula nona Asiæ. Et ex commentarijs libri septimi, capite primo, secundo, tertio, quarto, & tabula decima, undecima & duodecima Asiæ. Scito quòd hic canon extendit se ad utrasque latitudines, puta septentrionalem & austrinam. E

¶ Secundus canon. Loci habentes latitudinem septentrionalem uiginti trium graduũ & quinquaginta unius minutorum uel quasi, subiacent tropico Cancri, limiti torridæ & temperatæ zonæ septentrionariæ. Gratia exempli. Ptolemæus libro quarto capite quinto & tabula tertia Africæ, in descriptione Aegypti, in nomo Thebarum, insignem urbem Syenem alligat latitudini uiginti trium graduum & quinquaginta minutorum, subiectam tropico Cancri. Et eodem capite, Berenicen ciuitatem huic subdit latitudini. Sic contra meridianam latitudinem tot graduum & minutorum obtinentes tropico Capricorni subijciuntur, limiti zonæ exustæ, & temperatæ austrinæ. Ex opere Ptolemæi nulla excerpes exempla, eo quòd eius obseruationes eò non peruenere, sed ex modernis tabulis facile elicies. F

¶ Tertius canon. Cuiuscumqúe loci latitudo maior est uiginti tribus gradibus & quinquaginta minutis, minor tamen latitudine sexaginta sex graduum & nouem minutorum, hunc temperatæ zonæ septentrionariæ asscribi. Huius exempla habes propemodum innumera ex commentarijs quinque librorum Ptolemæi & decem tabularum Europæ, & multis cõmentarijs & tabulis Africæ & Asiæ. Verum nulla offendes apud Ptolemæum exempla austrinæ. Fateor etiam habitationes uersus aquilonem ultra latitudinem quinquaginta septem, quinquaginta octauo, quinquagina nouem &c. expositas hyberno tempore difficiliter habitari.

¶ Canon quartus. Loca latitudinem aquiloniam sexaginta sex graduum & nouem minutorũ excedentia complectuntur in zona frigida. Sunt quippè difficillimæ habitationis, quare hæc zona inhabitabilis appellatur. Ex Ptolemæi commen-

A commentarijs nullum prorsus inuenies exemplum, cum omnis ipsius obseruatio in septentrionem ad latitudinem sexaginta trium aut sexaginta quatuor gradiuum finem habeat. Nicolaus aũt Donis Germanus, Ptolemæi chartis, tabulam modernam Noruuegiæ & Gothiæ addidit. In qua uides ultra circulũ arcticum, uersus polum, insulam Islandiam, prouintiam Engronelandiam alias Gronelandiam, & Pilappelandiam &c. contineri.

Nicolaus Donis.

Quinto loco, de zonis dignè differendum esset, de earum, scilicet, temperamento & distemperantia, & quibus causis id eis usuueniret, & aliis earum appendicibus, puta hominum uariis formis & moribus, de bestiarum & ferarum diuersitate, & aliis id genus propè innumeris. Sed quia paucis lapsis annis in tractatu nostro generali in cosmographiam, de his satis abundè disseruimus, & ex aliorum scriptis plurima colligi possunt, in præsentia breuitati studentes prætermus.

De zonarum temperamento & distemperato.

Sexto & demum sciendum. Proclus finit caput his uerbis. Sed ex temperatis altera à nostri orbis hominibus incolitur, ipsa longa propè centum milibus stadiorum, lata ferè dimidio. His uerbis nititur author indicare habitati orbis longitudinem & latitudinem. Hoc loco animaduertendum est. Scriptores de longitudine & latitudine habitati orbis multum inter se dissentire, & pugnantes afferre sententias, quatuor ex his, reliquis missis, adducemus. Ptolemæus Clau. libro primo geographiæ, Marinum Tyrium geographum emendat & crebro taxat de iniusta & inepta longitudinum & latitudinum obseruatione, modo in mensuris terrestribus, modo marinis nauigationibus, modo in cœlestium consyderatione, quod manifestum erit legenti dicti libri capita, scilicet, septimum, octauum, nonum, undecimum, duodecimum, decimum tertium, decimum quartum & decimum quintum. Postea caput uicesimum secundum, uicesimum tertium, uicesimum quartum. Et lucidius libro septimo, capite quinto, concludit nostram habitabilem sibi cognitam in longitudine continere semisphæram terræ, aut semiæquinoctialem, hoc est, centum & octoginta gradus. Latitudinem uero habitabilis cognitæ tam uersus austrum quàm septentrionem complecti septuaginta nouem gradus & uigintiquinque minuta, aut, ut ipse dicit, integris gradibus octoginta. Dat idem uni gradui circuli magni quingenta stadia, ut ex diligentiori dimensione comprehensum est. Si igitur quingenta stadia in centum & octoginta gradus semicirculi æquinoctialis duxeris, suscitabis totius orbis Ptolemæo cogniti longitudinem super arcum æquinoctialis circuli nonaginta milium esse stadiorum, faciunt miliaria Italica celebrata diuisione per octo stadia, undecim milia & ducenta & quinquaginta, miliaria germanica communia duo milia & octingenta & duodecim integra, quatuor miliaribus Italicis unũ germanicum facientibus. Latitudinem autem notæ terræ habitabilis facit octoginta ferè graduum, quibus respondent quadraginta milia propemodum stadiorũ. Et quinquies mille miliaria Italica, nostra germanica 1250. Ab æquinoctiali præterea uersus polum arcticum, usque in Thulem insulam, supputat Ptolemæus sexaginta tres gradus, facientes stadia 31500. miliaria Italica 3937. quasi, nostra 984. Hæc est sententia Ptolemæi de habitato orbe cognito in longum & latum.

B

C

De uaria longitudinum & latitudinem acceptione.

Accedit secũdo loco Strabo Amasinus de situ orbis. Is lib. 3. habitabilis orbis cogniti longitudinẽ & latitudinem latenter satis aperit. Vt aũt lectoribus eius sententia apertior reddatur. Prænotandũ quòd idem donat uni gradui æquino-

Strabonis sententia.

tialis ſeptingenta ſtadia more ferè omnium ueterum Græcorum, quod ex eius uerbis facile capitur. Si quis igitur (inquit) in trecentas & ſexaginta ſectiones diuidat maximum terræ circuitum, ſeptingentorum ſtadiorum erit unaquæq; ſectio. Et in ea ſententia fuiſſe Eratoſthenem tradidit, & hoc memoriæ commẽdato. Prætereaidem initium terræ habitabilis ſecundum latitudinem ſumit à Cinamomifera regione, diſtante ab æquinoctiali uerſus ſeptentrionem ſtadijs milibus octo & octingentis. D

Attende hic lector quòd Cinamomifera regio de qua Strabo hic loquitur, non eſt ea regio, quæ eſt ſita ſupra paludes Nili ultra æquinoctialem, uerſus auſtrum, de qua loquitur Ptolemæus libro quarto capitulo octauo tabula quarta Aphricæ.

Poſtea Strabo concludit uniuerſi orbis habitati longitudinem & latitudinem, his uerbis. Vnde uniuerſa latitudo orbis terrarum minor eſſet millia triginta ab auſtro in ſeptentrionem, Longitudo autem millia ſeptuaginta eſſe traditur. Habes nunc optime lector quid Strabo de his rebus ſentiat. Græci ſanè quod etiam noſter PROCLVS ſupra de horizonte approbat, ſtadijs terram metiuntur, non miliarijs Italicis, aut Germanicis. Quòd ſi decreueris eas res ad miliaria traducere, aut gradus æquinoctialis excerpere, hoc fermè pacto ut infra patebit operaberis. Aſſerit Strabo Cinamomiferam regionem recedere ab æquinoctiali ſtadijs milibus octo & octingentis, quæ diuido per ſeptingenta ſtadia, & tandem extraho duodecim gradus circuli æquinoctialis, cum trigintaquinque fermè minutis, quæ facile conuertes per multiplicationem ſeptingentorũ ſtadiorum in duodecim gradus & trigintaquinque minuta, in ſtadia cõmemorata & dein in miliaria Italica & Germanica iuxta modulum infra exponendum. Incipit igitur Strabo initium terræ habitabilis ſecundum latum in principio primi climatis, prout præcedentibus lectionibus abunde docuimus. Ab eo igitur termino auſtrino extendit Strabo, ut iamiam commemorauimus, terram habitatam uerſus ſeptentrionem in 30000. ferè millia ſtadiorum, quæ in gradus æquinoctialis (hac lege) conuertam Partior ea per 700. ſtadia & colligo in quotiente 43. fermè gradus, deficiunt enim centum ſtadia, quare Strabo egregiè adiecit, minor.

Græci terrã ſtadijs metiuntur. E

Hic obiter notandum eſt, quòd Priſci uni gradui circuli magni aſſignarunt ſedecim miliaria Germanica communia. Et apud eos unum miliare Germanicum ualebat quatuor miliaria Italica & contra. Miliario autem Italico reſpondent undecim ſtadia minus ferè una quinta uel aliquid huiuſmodi. Intellige cum gradus unus complectitur ſeptingenta ſtadia. Si igitur 43. gradus latitudinis multiplicaueris in ſedecim, ſuſcitabis miliaria Germanica 688. Ea per quatuor multiplicata pariunt 2752. Italica. Aut partire numerum ſtadiorum 30000 per undecim & emergent propemodũ miliaria Italica iamiam extracta, ſcilicet 2752. ex quibus facile educes miliaria Germanica. Ex his palam infertur, quòd ſi addideris duodecim graduum & trigintaquinque minutorum diſtantiam Cinamomiferæ regionis ab æquinoctiali, quadragintatribus gradibus terræ habitatæ ſecundum Strabonem, colliges quinquagintaquinque gradus & ferè trigintaquinque minuta latitudinis, iuxta ſententiam Strabonis ab æquinoctiali inchoando. Finis igitur terræ habitatæ uerſus ſeptentrionem ſecundum eundem eſſet fermè ad mare Germanicum, & ad ſitum Hamburgi, Lubeci, Roſtochij, Dantiſci, & cætera. STRABO enim aſſerit RHOXOLANOS eſſe cognitorum nouiſſimos Scytharum, hos PTOLEMAEVS F

ſubdit

A subdit elevationi polari 54. graduum uel circiter, uide tab. octauam Euro. Vltra quos maligna est habitatio Straboni propter frigora. Huius assertionis causa est, quòd Græci circulum arcticum euariant iuxta eleuationes polares quæ in Græcia numerantur 35.36.37.38. graduum.

Longitudo

Præterea longitudinem habitabilis terræ Strabo recenset 70000. stadijs, quæ per 700. distributa relinquunt 100. gradus longitudinis circuli æquinoctialis. Hi multiplicati per 16. procreant mil. germa. 1600. Germanica uero multiplicata, per quartum constituunt mil. Italica 6400. Aut diuidito numerum stadiorū longitudinis per 11. & in idem deduceris, preter id quòd 11. stadia nonnihil super abundant. Habes nunc candide Lector sententiam Strabonis de longitudine & latitudine habitati cogniti orbis.

Artemidori sententia.

Tertio loco ad Artemidorum intrepidus accedo. Quem Plinius libro secundo capi. 111. in ueteri, de mensura longitudinis & latitudinis uniuersæ terræ antesignanum delegit.

Hic præfari libet, numeros huius capitis ferè omnes deprauatos, quare lucubrationem peculiariorem quàm meam desiderant. Ego ne tacendo piaculo B quopiam obruar, cum Hermolao Barbaro correctionis aut emendationis gratia, Martiani Capellæ uerba ueritati magis consentanea proferam, hæc. Longitudo ab extremis Indiæ ad Herculis columnas Gadibus consecratas, Octuagies quinquies centena septuaginta octo milia, sicut Artemidorus asseruit.

Passus qd &c.

Antequam uerba Martiani ampliori sermone dilucidiora reddam, Prænotandum. Terræ mensores, ut unicuique suas partes, puta regiones, satrapias, prouincias, territoria, loca, agros, uineas, prata & reliqua id genus secernere possent, plurimas excogitauere terræ mensuras, ut sunt digitus, uncia, palmus, sexta, pes, passus, actus, miliarium, stadium, leuca &c. Pro nostro proposito sciendum, quòd passus continet quinque pedes. Pes quatuor palmos, Palmus quatuor digitos. Stadium aūt quod terrestribus dimensionibus magis usurpatum est certis passibus completur. Sunt ita stadia alia & alia longitudine discrepantia. Nam stadium quod Italicum siue Romanum uocant, est pedum 625. qui per 5. diuisi, relinquunt 125. passus, Italicum stadium. De quo Plini. libro secundo cap. uicesimotertio. Stadium inquit 125. nostros efficit passus, Hoc est, C pedes 625. Olympicū græcis obseruatum pedum 600. passuum 120. Nam cum constaret curriculū stadij, quod est Pisis apud Olympicum, Herculem suis pedibus metatum, idque fuisse longum pedibus 600. cætera quoq; stadia in terris Græciæ ab alijs postea instituta. Legito Aulum Gellium de noctibus atticis libro primo capi. primo. Pythicum pedum 1000. passuum 200. Fortasse à Pythia ciuitate Mysiæ minoris, de qua Strabo libro 13.

Stadiū triplex
Italicum.

Longitudo

In nostro igitur proposito propter Artemidorum Græcum Cosmographū, utemur Stadio olympico, quod Græcorū est in hunc fermè modum 8578000. passus, de quibus loquitur Martianus, putata longitudo à columnis Herculeis usque (ut asserit) ad extrema Indiæ, diuisi per stadium Græcorum, scilicet, 120. passus, relinquunt in quotiente stadia 71483. quæ partita per 700. stadia donant 102. gradus longitudinis circuli magni. Qui ducti in 16. procreant 1632. mil. germa. Rursus hæc in quatuor multiplicata dant mili. Ita. 6528. Ecce numeri graduum longitudinis & miliariorum propè accedunt numeris Strabonis supra excerptis, de longitudine. Hucusque.

Latitudo autẽ terræ à meridiano situ ad septentrionem dimidio ferè minor D colligitur quinquagintaquatuor milium sexaginta duo. Hæc Artemidori uerba sunt mutilata uehementer, quia uerbũ centena eiectum est, quod sic palàm fit. Si enĩ 54062. passus essent latitudo à meridie, siue æquinoctiali in septentrionem, sequeretur quòd habitatio nostra, non contineret unum gradum circuli magni, quod à nemine unquam fuit concessum, quod sic manifestatur. Diuidantur hi passus latitudinis per stadium grecorũ, id est, per centum & uiginti passus, exeunt in quotiente quatuor centũ & quinquaginta stadia, non facientia unum gradum. Cum (ut diximus) 700. stadia efficiant unum gradum. Si uero quis contenderit ita legendum, scilicet, quinquagintaquatuor milium & sexaginta duo milium, hæc profectò esset ualde inepta pronuntiatio. Supponamus autem quòd sit conueniens, iungo eos numeros simul, colligo centies & sedecies mille passus. Ruit etiam hic numerus, quòd est dimidio ferè minor longitudine, ut supra dixit Artemidorus, ob id quòd non est septima pars huius numeri, ut patebit diuidenti. Item is passuum numerus diuisus per 120, relinquit post se 967. stadia, non efficientia duos gradus latitudinis. Ecce horum numerorum lapsus & corruptio. Martianus autem sic habet. Latitudo habitabilis terræ, dimidio penè minor quàm longitudo, etenim colligitur in quinquagies quater centena sexagintaduo milia. Bona impetrata uenia, & hic numerus B mendosus est, & circulo arctico Græcorum incõueniens. Is enim numerus passuũ partitus per 120. stadium Græcorum, donat stadia 45517. quæ per 700. diuisa, surgunt 65. gradus circuli magni, ostendentes latitudinẽ nostræ habitabilis terræ & finem uersus septentrionem, qui numerus non quadrat cum circulo arctico Græcorum, excedit enim propemodum in 10. gradibus. Quod paucis sic deduci potest, Artemidorus (teste Plinio) ponit terminum habitabilis ad ostia Tanais fluuij, cuius ostia, Authore Ptolemæo libro quarto, capite quinto, & octaua Tabu. Euro. habent latitudinem penè 55. graduum, in quo situ aut circiter, incipit (ut diximus) circulus arcticus Græcorum, ultra quem Straboni maligna est habitatio, & ulteriora tanquam incomperta reliquit Artemidorus. His pensitatis Martiani numerus mendum patitur non modicũ, superefflruit enim ferè octingentis quadraginta milibus passuum, quibus à numero Martiani detractis, remanebunt quadraginta sex centena uiginti duo milia passuum, numerus æquatus latitudinis à me restitutus. Qui per 120. diuisus efficit 38517 stadia. Ea per 700. partita relinquunt 55. gradus latitudinis ab æqui F noctiali supputandos uersus septentrionem. Ecce concors Artemidori sententia cum Strabone. Nec mirum, cum Strabo plura ex Artemidori geographia in suam traxerit. Tempore enim Artemidorus Straboni fuit prior.

Quarto loco ad Proclum nostrum uenio, qui temperatæ, quam habitamus, longitudinem asserit propè centum milium stadiorum, quæ per 700. diuisa relinquunt in quotiente 143. quasi gradus longitudinis habitabilis terræ, qui facillime in miliaria reducuntur. Et subdit, lata ferè dimidio, dimidium longitudinis habet 71. gradus, quòd autem addit ferè, demo de 71. quintam partem & nõ nihil ultra puta 16. & residuo 55. gradus latitudinis, finem habitabilis nostræ, aut circiter, iuxta circulum aut zonam arcticam Græcorũ. Hæc de longitudine & latitudine nostræ habitationis utcunque scripta, haudquaquam affirmo ut propositiones aut conclusiones euidentes, sed tanquam problemata & libamenta, quibus ingenuos animos inuestigandæ ueritatis stimulum obijcere uolui. Dico cum diuo Hieronymo. Non è diffinito asserimus quæcunque scribimus, sed ea lectoris arbitrio relinquimus.

Sed

A Sed hic obijcitur mihi: Cur hi uiri Ptolemæus, Strabo, Artemidorus & Proclus, in omni literarum subtilitate & præcipue in Geographia præter cæteros solertes, tam in longitudine quàm in latitudine habitabilis terræ usqueadeo in diuersum eunt?

Obiectio.

Scito, cādide lector principia, rerū esse minima. Ex nuce quippe fit corylus, ex glande ardua quercus &c. Id in nostro proposito & bonis artibus est manifestariū. Authore quippe Plinio. Nouarū rerum principia sunt lubrica. Nec mirandum, hominem genitum non statim omnia nouisse etiam humana. Rudis etenim fuit priscorum uita, non tamen minus ingeniosam fuisse in illis obseruationem apparebit, quàm nunc esse rationem. Quo fit, quòd nemo est qui nesciat, scientiarū incrementa in tpe facta: Facile certe est inuentis addere &c.

Rerum principia parua.

Præterea Geographus, quem non raro Strabo probatissimè descriptorem aut scriptorem orbis nominat, nihil aut parum distat à scriptore historiarum. Quare Ptolemæus lib. 1. Geogra. notitiam regionum nactam ex traditione illorum, qui diligentissime regiones explorauerunt, appellat historiam. Historicus autem narrat res gestas per se, aut ab alijs, qui emendatius & probata fide scripserunt cognitas. In eo sequitur Geographus historicum. Quod pulchre docet
B Strabo libro tertio. Orbis namque (inquit) descriptor, partes mundi cognitas differere cogitat, ignotas autem omittit. Et idem in fine secundi in sententia sic habet. Cum scriptor orbis cognouerit, quòd maiores nostri aliqua non satis differuerint, debet assistere his, quę optime credita fuerunt. Debet de omnibus moderate loqui, fugere fabulas, & sermones cōmentitios. Neque sequi eos qui non exactè quæque tradunt, sed propter ignorantiam & locorum distantiam in maius & miracula extollunt. Cautus etiam esse debet, ubi scriptores inter se non concordant, aut confuse loquuntur.

Geographus, Historicus.

Historici officium.

Geographi officium.

Leges Geographi.

His animaduersis respondeo obiectatori. Cōmemoratos uiros haud in diuersum ire. Quòd enim prisci Artemidorus & Strabo, qui ubi supra ut & alij plures, scilicet, Hipparchus Niceus, Eratosthenes Cyreneus, Possidonius Obbiopolitanus contemporaneus Straboni, Hippias Eleus, Bion Borysthenites, & alij de rebus Geographicis scripsere, moderandū est, ut prædixi ad eorum tempora, quibus terræ descriptio nondum fuit multum cognita, sed eorum quiuis huius rei prouintiam sumpsit, prout ad eius uenit notitiam, obseruatis legibus à descriptore orbis supra recitatis custodiendis.

Solutio.

C Strabo ferè, Artemidorus & etiam Martianus, φ à Gadibus insula initiū descriptionis sumpserunt, ideo factum reor, quia ultra eas uersus occasum est mare exterius, quod oceanum occidentalem nominant, uersus orientem uero incipit mare nostrum, quod mediterraneum appellatur. Sed hoc potius referendum est ad columnas Herculis, scilicet, Calpen &c. Ob honorem igitur Herculis id factū est, cui in Gadibus templum extructum uisitur. Quamquam Strabo fateatur, ultra Gades in occidentem esse habitationes, puta Sacrū promontorium, Agrum Sphenam, id est, cuneum, & insulas Cassiterides, & nonnulla alia. Sed (ut iam dixi) inde nō sumpserunt (præcipue Martia. & Artemi.) principium descriptionis, sed à Gadibus insula. Finit autem Strabo (me iudice) terram habitabilem sibi cognitam, uersus orientem ad principium Indiæ, hoc est, ad Indum fluuiū. Si igitur ex opere Ptolemæi recensueris à Gadibus usque ad ostia Indi fluuij, ubi se finit Gedrosia regio, colliges gradus propemodum 100, quos ex numeris longitudinis Strabonis supra extraximus. Simile iudicium de Artemidoro relinquitur.

Causa incepti oris à Gadibus.

Quòd si obijcis: Stra bonē multa scripsisse de rebus Indicis, ut ex lib. eius. 15.

Strabo de rebus Indicis.

Solutio satis debilis.

D manifestatur. Puta de Indo, Hydaspe, Hypane fluminibus. Item de septem Indorum generibus, de Elephantis, Formicis, Viperis, de Gange flumine & alia plura. Assentior, sed quia hæc omnia non dum fuere ei satis cognita, nec à uiris apud quos fuit publica & probata fides conscripta, ea missa fecit.

Alia obiectio.

Sed si rursus obijcis uerba Strabonis, ubi supra, postquàm de longitudine habitabilis dixit, mox addidit. Hoc autem ab occasu in ortum est ab extremis Hispaniæ ad extrema Indiæ &c. Quibus uerbis supra iam dicta dupliciter impugnantur. Primo, Strabo non incipit habitabilem nostram à Gadibus insula, sed ab extremis Hispaniæ, puta à sacro promontorio, quod est, etiam Ptolemæo attestante, ultra Gades insulam uersus occasum. Dico uerum esse, sed quòd supra à Gadibus exordium factum est, propter Martianum & Artemi: & ob authoritatem Herculis accipiendum est. Nec magna est differentia inter sacrum promontorium & Gadem insulam, quæ uix 2. gradus continet, quę sanè differentia in comparatione tantæ longitudinis nullius est fermè momenti, nostra enim disputatio, de longitudine horum uirorum non est ita emusicata, ut suscitetur digladiatio pro uno, uel duobus, aut tribus gradibus.

Solutio nulla.

Secundo ruunt prædicta, quòd Strabo annectit ad extrema Indiæ. Nemo est qui nesciat extrema Indiæ non esse ad Indum fluuium, ubi est eius initium? E
Respondeo, extremum nõ raro accipi pro initio alicuius rei. Plau. ab extremo narrare incipiam, id est, à principio. Neque possunt Strabonis uerba arctari usque ad ultima Indiæ. Cum nec Ptolemæus recentior scripserit usque ad ultima Indiæ, quod hodie est manifestarium ex cõmentarijs & chartis modernis. Immo Strabo nullam facit mentionem harum rerũ, quæ sunt ultra Gangem, uersus orientem, scilicet, de India extra Gangem, de qua Ptolemæus plura notatu digna scribit, puta de aurea Chersoneso, aurea regione, argentea regione, de insulis, scilicet, Satyrorũ, Ibadio, de multis fluminibus, ciuitatibus, montibus, de quibus idem nihil scripsit.

Valida obiectio.

Plinius.

Martianus. Strabo.

Quòd si aduersarius urget, Strabonem & Artemidorum scripsisse Geographiam usque ad Gangem fluuium Indorum, hoc est, ad ostia huius fluminis. Et hoc eorum uerba uidentur præ se ferre. Plinius enim ex Artemidoro, huius longitudinis uenationem duplici uia absoluit, & in utrisq; uijs incipit ab ostio Gangis amnis, & ad Gades insulam finit. Et in eam sententiam possunt etiam trahi uerba Martiani supra, ubi dixit, Longitudo ab extremis Indiæ ad Herculis columnas Gadibus consecratas. Et uerba Strabonis supra. Hoc aũt ab occasu in ortum ab extremis Hispaniæ ad extrema Indiæ. Vbi per extrema Indiæ intelligunt Gangem, quo ad eius ostia, quia ultra Gangem nihil fuit eis (ut prędixi) cognitum. Crediderunt etiam ultra Gangem esse oceanum. Et ergo per extrema Indiæ intellexerunt ultimam partem orbis ipsis cogniti uersus orientem. F

Ptolemæ. longitudines supputat sub æquinoctiali.

Pro responsione. Contuendum, Ptolemæus longitudinem habitabilis terræ scilicet, 180. graduum supputauit ab occasu uersus ortum sub æquinoctiali maximo circulo parallelo. Vbi unus gradus longitudinis respondet uni gradui latitudinis. Ita quòd una & eadem est mensura terrena unius gradus longitudinis cum uno gradu latitudinis.

Strabo, Artemi. numerant longitudines sub parallelo.

Strabo autem & Artemidorus non reduxerunt obseruationes suas longitudinis ad æquinoctialem circulum, sed ad parallelum quendam longe ab æquinoctiali uersus septentrionem distantem. Quod Strabo his uerbis aperte docet. Longitudo huius est linea ad rectitudinem, ab occasu per columnas, & per fretum Siculum usque ad Rhodiam, & per sinum Issicum penes Thaurum progressa, qui Asiam per zonas distinguit in orientale uergens pelagus inter Indos & eos qui ultra Bactrianam sunt Scythas. Ex his uerbis manifestũ est Stra-

bonem

A Tabellare ductionis graduum Paralleli in Gradus æquinoctialis & contra.

Paralleli.	æquinoctia.
G	G
1	45
4	3
8	6
12	9
16	12
20	15
40	30
60	45
80	60
100	75

bonem longitudinem non obseruasse sub æquinoctiali, sed sub Parallelo transeunte per loca iamiam memorata, puta per Parallelū habentem 37.38.39.40. aut circiter gradus latitudinis. Vbi uni gradui propter meridianorum cōcursum & angustiam uersus polum arcticū remanent ferè 45. minuta unius gradus æquinoctialis, & sic unius gradus paralleli, minor est quasi quarta parte æquinoctialis. Vnde confestim elicio quòd quatuor gradibus paralleli remanent 3. gradus æquinoctialis & 8. gradibus paralleli remanent 6. gradus æquinoctialis, Et sic de alijs iuxta annexam hic tabellam.

His habitis sic operabimur. Ptolemæus numerat longitudinē sub æquinoctiali circulo à fortunatis insulis usque in ostia Gangis 144. 145. 146. graduum. Volo gratia exempli, accipere longitudinem 145. graduū. Sed Artemidorus & Martianus incipiunt longitudinem in occidente in insula Gades, ubi est templum Herculis. Quibus etiam propè accedit Strabo. Ptolemæus autem huius insulæ, quam Gadiram appellat, longitudinem numerat quinque graduum, distantiam à fortunatis insulis, quos demo à longitudine iam dicta, & remanent 140. Ita quòd Ptolemæus à Gadira usque in ostia Gangis, tot recenset gradus longitudinis. Qui igitur à meridiano Gadiræ iter sub æquinoctiali arripit usque in meridianum ostij Gangis, absoluit gradus 140.

B Sed is qui sub parallelo memorato incipit iter in meridiano Gadiræ, & pergit sub eodem parallelo usque in meridianum ostij Gangis, etiam fermè complet 140. gradus huius paralleli. Sed quia hi gradus minores sunt gradibus æquinoctialis quasi 100, quot gradus supra ex longitudinibus Strabonis, Artemidori, & Martiani extraximus. Manifestū est, & omnibus etiam medioeriter doctis, omnes parallelos dempto æquinoctiali, minores de terra resecare partes, & eandem in duas æquas partes minime diuidere. Quare cōsequens est, quòd maior est mensura terrena à meridiano in meridianum sub æquinoctiali, quàm extra sub quocunque parallelo. Quare exemplum supra expositum, ubi cōcordantiam sub æquinoctiali & parallelo posuimus puta 140. graduum, dumtaxat propter nouitios produximus.

C DE SIGNIS COELESTIBVS.

TEXTVS PROCLI

Signa stellis insignata diuiduntur in partes tris: Quædam enim in signifero locata sunt, quædam septentrionalia uocantur, quædam austrina. Quæ itaque in signifero sita sunt, duodecim animalia sunt. Quorum nomenclaturas alibi diximus. In ijs duodecim, stellæ quædam sunt, quæ ob quasdam, quas referunt notas, proprias appellationes meruerūt. Siquidem sex numero, quæ in Tauri dorso uisuntur, Pleiades nominantur: Quinque uero quæ in capite Tauri cernuntur, Hyades dicuntur. Stella uero quæ pedes Geminorum præcedit, Propus quasi prępes uocatur. Quæ uero in Cancro nubeculam referunt, præsepe uocant. At duæ quæ iuxta Præsepe collocatæ sunt, Aselli dicuntur. Prępitens autem sydus, quod in corde Leonis notatur, simili eum loco nomine, Leonis cor dicitur, à nonnullis Regia stella, quòd qui sub ea nascuntur, regiā natiuitatem sint nacti. Sed quæ in Virginis summa sinistra manu hæret, fulgida sanè stella, Spicam nominant. Stellula uero, quæ iuxta uirginis dextrā alam figitur, Protrigetes dicitur. At quatuor stellæ quæ in summa Aquarij dextra uisuntur,

Vrnæ nomen habent. Quæ uero à piscium caudæ partibus sitæ deinceps sunt, D græcè λίνοι, latine lineæ, uel, ut quibusdã placet, lineolæ nuncupantur. Sunt itaque in Austrina linea stellæ nouem, in septentrionali quinq;. Sed præfulgens sydus, quod in summa linea cõspicitur, græcè σύνδεσμος, latine nodus nuncupatur. Septentrionalia sunt, quæcunq; ad septentrionem signiferi sitũ habent. Sunt aũt hæc. Vrsa maior, Vrsa minor, Draco, qui inter Vrsas locatur, Arctophylax, Corona, Engonasin, Serpentarius, Serpens, Lyra, Auis, Sagitta, Aquila, Delphinus, προτόμη ἵππου, hoc est, prior Equi portio, iuxta Hipparchum. Equus, Cepheus, Cassiopeia, Andromeda, Perseus, Auriga, Deltoron. Et, qui postea à Callimacho inter astra relatus est, Berenices crinis. In ijs rursus stellæ quædã ob notas quasdam integras, quas in se cõtinent, proprias appellationes sunt sortitæ. Nam insigne sydus, quod supra media Arctophylacis crura iacet, Arcturus appellatur. Clara aũt stella quæ iuxta Lyram posita est, totius signi nomine Lyra dicit̃. Quæ uero in Persei summa sinistra spectantur, Gorgoneæ nomen habent. Sed quæ in summa eius dextra notantur, stellulæ certe crebræ paruæq;, falcem conficiunt. At illustre sydus, quod in Aurigæ sinistro humero cernimus, Caprã nominamus. Duas uero exiguas stellas, quæ in summa eiusdẽ E aurigæ manu figunt̃, Hœdos dicimus. Austrina signa sunt, quæcũq; ad meridionalem signiferi partẽ sunt posita. Eorum noĩa hæc sunt. Orion, Procyon, Canis, Lepus, Argo, Hydra, Cratera, Coruus, Cẽtaurus, Fera, quã Centaurus tenet. Thyrsolochus quem Centaurus præfert, Thuribulum, Austrinus piscis, Cetus, Aqua quæ ab Aquario funditur. Flumen, quod ab Orione defluit. Australis Corona, quam nõnulli Vraniscũ uocauere: ac si à cœlo diminutiuũ declines. Et iuxta Hipparchũ Caduceus. In ijs quoq; stellæ quędã propria sibi nomina uendicauere. Quippe lucida stella quæ in Procyone cernit̃, Procyon appellat̃. Quæ uero in ore Canis cõspicuo splendore aspicitur, quodq; æstus crementa secũ afferre putatur, Canis eodẽ, quo totũ signum, noĩe censetur. At sydus quod in summo Argus gubernaculo fulget, Canobus noĩatur. Hic in Rhodo ægre cõspicitur, aut certe ab æditis locis. In Alexandria uero prorsus nõ cernitur, utpote uix quarta signi portione, supra horizontem extante.

STOEFLERI INTERPRE. Continuatio.

POstq; Author pluribus capitibus multa utiliter disseruit de circulis sphæræ cœlestis. i. mũdi superioris, hoc est cœli, hic postremo determinat de par- F tibus cœli, siue sphæræ cœlestis, puta de signis & stellis. Et in hoc imitatur Aristotelẽ. Qui postquam, in libris suis de Cœlo & mundo, plura dixit de ipso cœlo, quo ad totalitatẽ, deinde de partibus eiusdem doctissime disserit.

Diuisio.

Distribuitur autem id caput prima partitione in tres partes, secundũ quod signa cœlestia sunt in triplici differentia. Sunt enim aliqua signa in ipso signifero. i. zodiaco. Aliqua septentrionalia in Boream exposita, aliqua Austrina in meridiem uergentia. Prima pars incipit ibi, Quæ in signifero sita sunt. Secũda ibi. Septentrionalia sunt. Tertia ibi. Austrina signa sunt. Rursus unaquæque pars secatur in duas. In prima ponit signa. i. imagines huius partis. In secunda numerat nonnullas stellas potiores, aut notatu digniores siue insigniores.

Scriptores de signis & stellis

In uestibulo (ut lectoribus sit amplus legendi campus) citabimus plures, nõ omnes, qui de stellis & signis scripsere. Vetustissimi astrorum & signorum obseruatores & perscrutatores diligentissimi fuere Chaldęi, Persę, Indi, Aegyptij atque Gręci. Nominatim autem hi. Arsatilis, Timocaris, Abrachis, qui fuit ante Christum 129. annis, aut circiter, ante Ptolemæũ 260. ferè. Aristoteles omnibus his fuit prior. Iulius Cæsar dictator. Et horum omnium princeps Ptolemæus Phelu, anno post Christum 131. aut circiter, tempore Antonini Pij, qui in

Alexandria

A Alexandria Aegypti ut ex Dictione 7. & 8. eius manifestatur 1022. ad sua tem-
pora obseruauit & uerificauit. Præterea Aratus, Albategni, Cleomedes in Me
téo. Plinius in pluribus libris, præcipue tamen lib. 2. ca. 8. 4. 42. & lib. 18. ca. 25. 27
28. Hyginus in suo astronomico poëtico. Iulius Fir. Marcus Ma. Germanicus
Cæsar, Tullius, Rufus Festus, Auienius, Ausonius, Alphonsus, Victruuius
libro 9. ca. 6. & 7. Albertus Mag. 2. libro de Cœ. tract. 2. & 3. & in pluribus libris
Et nostro tempore innumeri poëtæ, Virgilius, Lucanus, Ouidius lib. Fast. &c.
Horum omnium sententias in præsentia missas facio, una dempta, Quæ est
ipsius Ausonij cap. de nominibus stellarum, his metris.

Ad Boreæ partes Arcti iunguntur & Anguis
Post has Arctophylax, Pariterque Corona: Genuque
Prolapsus, Lyra, Auis, Cepheus ac Cassiopea.
Auriga & Perseus, Deltoton, & Andromedæ astrum,
Pegasus & Delphin, Telum, Aquila, Anguitenensque.
Signifer inde subest, bis sex & sydera complent.
Hic Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo,
Libra, Scorpius, Arcitenens, Capricornus, & Vrnam
B Qui tenet, & Pisces. Hi sunt in partibus austri,
Orion, Procyon, Lepus, ardens syrius, Argo.
Hydrus, Chiron, Thuribulum quoque, Piscis, & ingens
Hunc sequitur Pistrix, simul Eridanique fluenta.

Secundo loco annotandum est, quid sit stella. Et eius duæ sunt diffinitiones.
Vna Auerrois, altera Alber. Mag. Legito cõmentaria nostra in sphęrã mundi.
Tertio ad stellarum diuisionem uenio. Sunt etenim in duplici manerie. Vide cõ
mentaria nostra 64. & fusius 11.

Quarto de numero stellarum, legito pag. 65. Quinto de stellarum duplici
differentia tum in magnitudine splendoris, tum quantitatis, perspice pag. 65.

Sexto de triplici stellarum manerie, scilicet, notabilium & ferè innotabilium Stellæ in tripli ci manerie.
& inuisibilium, lege ibidem.

Septimo de stellarum figuris. Queritur enim. An omnes stellæ sint sphæricę (figuræ. An stellæ sint figuræ sphæri cæ.
Indicant plerique philosophi atque astrologi omnes, stellas esse
eiusdem figuræ sphæricæ. Sensus enim bene dispositus non decipitur circa ob-
C iectum suum, sed sensus indicat eas esse sphæricæ figuræ, igitur ita sunt.

Secundo. Cœlestia corpora magna uelocitate mouentur, oportuit figuram
illam habere, quæ ad motum aptissima est, sed sphærica figura est ad motum
mouentis applicati aptissima, igitur.

Tertio, Perfectiori corpori perfectior debetur figura, huiusmodi autẽ sphæ-
rica est: Capacitatis enim maxime est & continentiæ, & unica superficie con-
tenta, prima etiam figurarum omnium.

Quarto, Cœli sunt manifeste sphæricæ figuræ, igitur & astra, Vt patet in lu-
na circulariter lumen recipiente. Quinto, adest etiam his authoritas multorum Aristoteles.
philosophorum, & astronomorum, ut Aristotelis 2. de Cœ. Omnes stellæ sunt
rotundæ figuræ. Iulius Fir. lib. 1. ca. 3. in hæc uerba. Hi sempiterni stellarũ ignes Iulius Fir.
qui globosę rotunditatis specie formati, circulos suos orbesque cælari festina-
(tione perficiunt.

In contrariũ arguitur. Natura in omnibus diuersitatem Contrarium.
intendit, in qua totius mundi perfectio cõsistit, quare tot innumeris stellis dif-
ficile est naturam dedisse figuram eandem. Antecedens probatur inductiue in
tot speciebus animalium, plantarum, lapidum. Item & in una specie. Exempli
causa. In specie humana magna formarum. i. figurarũ diuersitas, in coloribus,
moribus, uultuum uarietate, legito Iul. Fit. lib. 1. ca. 3. & 4.

Iul. Fir. Secundo, generabiles & corruptibiles formæ inferioris mundi superioribus subduntur, sed istæ sunt semper diuersarũ figurarum, igitur & illæ superiores. Antecedẽs probatur, per Aristotelem 2. de gen. ca. 9. Ideóque prima allatio nõ est causa generationis & corruptionis, sed quæ circa obliquum circulum. Et idem ca. 7. Formæ autem & species omniũ in terminis. Per Ptolemęũ in centi. Vocabulo 9. Vultus huius sæculi subiecti sunt uultibus cœlestibus. Per Plini. lib. 2. ca. 3. Cœlo omnium animalium impressas effigies. Et ibidem. Cœlo rerũ omnium semina inesse. Accedit ad id Almansor Aphor. 103. Vita omniũ animantium est secundum gradum Solis & Lunæ, & hoc ab altissimo datum. D

Ptolemæus. Plinius. Almansor.

Tertio, uarię substantiæ uaria accidentia & terminationes sibi usurpant. Superiora autem multum uaria sunt in substantia, igitur &c.

Quarto, cœlestia corpora uiua sunt, sicut eorum nobilitas expetit, sed organica sunt, subiectum enim & materia animæ organica est, igitur non sphæricæ

Quinto, figura est accidens sicut plerięꝫ philosophi tenent, uidet (figuræ. necessario dicendũ, ipsam uariari ad suarũ substantiarum (à quibus pendent) diuersitatem, Stellæ aũt specie differunt, igitur substantia sunt diuersæ, igitur. E

Videtur igitur rationabilius dicendũ, stellas diuersarum esse figurarum. Et quamquam rationes ad hoc ostendendum minime demonstrent, sed nec pauciores aut debiliores sunt primis. Ideo ad alias respondeo.

Responsiones. Ad primam igitur dicendum est, quòd ultra prædictas sensus dispositiones, requiritur non solum obiecti præsentia, medijque debita dispositio, sed etiã distantia debita, quod in casu deficit.

Ad secundã dico, ꝙ maior uera est de corpore circulariter mouente partes, aut alia in eo inclusa & circulariter mota, astra aũt mouentur ad motũ sphæræ cui sunt infixa, quare æque bene possunt moueri, etiam qualicumque figura fuerint, & similiter ęquiuelociter, sicut patet, si annulus circulariter moueatur, nihil interest, si lapillus triangularis aut sphæricæ figuræ fuerit. Et per hæc patet solutio ad tertiam.

Quæstiuncula. Ad quartam dicitur, non esse dicendum, nullum astrum esse sphæricæ figuræ. Immo de facto de multis asserendũ uidetur. Et si quis obijcit. Esto quòd aliqua sit stella quadratæ figuræ, species ab ea ad oculũ uenientes ueniunt ad modũ pyramidis quadratæ, ergo in oculo fieri deberet sensatio quadrati & non rotundi, ut facile in alijs rebus experiri possumus. Responsio, quòd propter maximam stellarum distantiam ab oculo contingit, quòd radij non ueniunt angulares ad oculum. Ideo sphæricæ apparent figuræ, sicut etiam in inferioribus patet, ut in lumine uel igni aliquantulũ distante, apparere sphæricã figuram. F

Septimo quæritur. Vtrum uerum sit, quòd stellæ à se non habeant lumen, sed recipiant à Sole. Legito Cõmentaria nostra in sphæram.

Septimo tractabimus distantias orbiũ cœlestium à terræ superficie. Vide Cõmentaria nostra in sphæram. Sunt tandem aliæ quæstiones de stellis ualde utiles, puta de earum actione in hęc inferiora, & uaria earũ uirtute & quibus instrumentis agant &c. quæ omnia in præsentia missa facimus, accedentes ad ipsas cœlestes imagines.

Imago triplex. Prænotandum igitur, quòd imagines astrologicæ sunt geminæ, quædam terrestres, quædã cœlestes. De terrestribus imaginibus occurrit hæc quæstio. Vtrũ imagines quæ arte fiunt, à cœlesti influxu quandã recipiant uirtutẽ. Hęc quæstio pulchre dissoluitur in cõmentarijs nostris in sphærã. Qua absoluta uenio ad cœlestes imagines. In primis igitur contuendum, quòd Imago nonnunquam accipitur largo quodam & extenso uocabulo pro parte cœli habente

Imago largo uocabulo.

uim

A uim, operationem, aut actionem quampiã in hæc inferiora, siue hęc pars sit uisu perceptibilis, siue non, & in hoc significatu dicimus 12. esse imagines aut (& est idem) 12. signa in ipso ultimo aut primo mobili puta in zodiaco eiusdẽ .s. Aries, Taurus, Gemini, Cancer &c. & has esse uisu imperceptibiles, licet aliqui garriant lucidissimis noctibus in eo primo mobili apparere nonnullas imagines aut characteres 12. signorum. Et ad hoc picturas ostendunt, quod totũ fabulosum iudico. Dein in ipsa octaua sphæra stellata 12. imagines zodiaci eiusdẽ uisui apparent, & aliæ plures, de quibus in subditis dicet. Immo id adijcere libuit, imagines non uisu perceptibiles (testibus uiris doctissimis nostro tempore) inueniri in ipso cœlo quiescente, quod Empyreũ appellamus, & easipsas suo influxu in mundo nostro producere effectus uarios, & miratu dignos, pro locorum diuersitate, & alio huius quiescentis cœli influxu, ad quod probandũ multa inducũt experimenta. Et primo authore Plini. lib. 8. ca. 16. de Leonibus, ubi sic scribit. In Europa inter Acheloum tantum & Nestum amnes Leones esse, sed longe uiribus, præstantiores ijs, quos Africa aut Syria gignant. Hæc Plini. Achelous flu. est Epyri uide 10. Tabu. Euro. Nestus à Ptolemæo dicitur Nessus Thraciæ fluuius nona Tab. Euro. Quòd igitur in hoc tractu terræ interflu. hos contento puta à latitudine 39. graduũ usq; in latitudinem 42. & in longitudine ferè 3. graduũ

Imagines cœli quiescentis.

Plinius. Leones.

B generantur huiusmodi Leones præstantiores uiribus, nulla causa sufficiens dari potest, quàm influxus cœli immoti super hunc tractum. Nam si hæc inesset octauo cœlo, puta in certis stellis de natura Leonis, propter motũ eiusdem quotidianum, per totum hunc tractum ab oriente usque in occidentem, Leones nasci deberent, cuius oppositum uidemus. Igitur.

Idem lib. 8. ca. 18. de Camelis, sic. Camelos inter armenta pascit oriens, quorũ duo sunt genera: Bactriæ & Arabiæ, differunt, quòd illi bina habent tubera in dorso, hi singula & in pectore alterum cui incumbant Bactria regio Ptolemæo Bactriana. Tab. 7. Asiæ, sub latitudine 39. graduum usque 48. Arabia fœlix 6. Tab. Asiæ, in latitudine 12 graduum usque in 30, ut supra.

Et teste Virg. 1. Geor. Grues nascuntur ad Strymonem fluuium Macedonię. Testes sunt Plini. lib. 4. ca. 10. & Ptolemæus 10. Tab. Euro. quòd sit fluuius Macedo. Nostri asserunt hunc fluuiũ esse Thraciæ, subiacet latitudini fermè 42. graduum. Conclude ut supra.

C Rursus manifestarium est, in Hungaria procreantur maximi & ualidissimi equi, sub latitudine 47. propemodum graduũ, qui in alijs regionibus eiusdem latitudinis minime procreantur: Igitur.

Hungaria Equi magni.

Item in Mauritania innumeræ quasi Simiæ &c. igitur. Et id genus complura possunt adduci experimenta. Quare concludunt à quiescente cœlo hos uarios effectus in uarijs terræ tractibus produci. Possunt consimilia experimenta sumi à uitibus, arboribus, fructibus &c.

Mauritania Symiæ.

Ad imagines uero apparentes, uel stellis decoratas nunc uenio, de quibus primo Platonicorum sententiam detegam. Talem legito pag. 67. Ex his mox infertur nonnullas imagines esse uniuersales aut uniuersaliores, ut sunt iuxta Ptolemæum 48. Alias particulares, ut facierum 36. Alias particulariores ut graduum 360.

Imagines apparentes. Imagines triplices.

Secundo loco contuendum, quòd in nostro proposito hæc nomina sunt synonyma. Cœlestes imagines, effigies, figuræ, formæ, formationes, stellationes, asterismi, simulacra, signa & sydera. His uocabulis, imago, forma, stellatio, utitur uetus tralator Ptolemæi Dict. 7. Alma. cap. 5. & Dict. 8. ca. 1. & imago à recentioribus ualde usurpatur.

Imago & ei Synonyma.

Formatio, Asteriscus, stellata forma, sunt usitata apud Geor. Val. lib. secun-

do Astrologiæ ca. unico. Asterismus ab ἀστήρ, id est, stella, ἰσμα, firmatio, effigies uel stabilitio, hoc est, stellarum inibi firmatio &c. D

Signum cōmune est Hygino libro secundo, Plinio libro secundo cap. 42. ubi ait, uastitas cœli immensa discreta altitudine, in duo & septuaginta signa. Ouidio primo Fastorum.

Ouidius.

Tempora cum causis Latium digesta per annum,
Lapsaque sub terras, ortaque signa canam,
Et idem in eodem.
Nos quoque sub ducibus cœlum metabimur illis
Ponemusque suos ad stata signa dies.

Sub illis ducibus, id est, philosophis & astrologis, qui de his differuere, quos supra citauimus pag. 64. Chaldæos, Persos, Indos &c. Quare de his docte scripsit Ouidius ubi supra.

Fœlices animæ quibus hæc cognoscere primis
Inque domos superas scandere cura fuit.

Sydus generale est uocabulum, scilicet, plurium stellarum conuentus, uel signum ex pluribus stellis compositum, ut Aries Taurus &c. Præter cæteros, lege Victruuium libro 9. ca. 6. & 7. Apud quem etiam simulacrum tritum est. B

Imago quid.

Tertio loco considerandum quòd Imago cœlestis est societas aut congeries plurium stellarum fixarum ad certum finem præuisa & ordinata. Ex hac diffinitione palam fit, quòd nulla unica stella est imago. Sed duæ stellæ cōstituunt imaginem etiam uniuersalem, ut est canis minor. Similiter tres, ut Triangulus. Sic quatuor ut equus prior &c. Constat etiam, quòd planetæ qualitercunque coniuncti aut congregati, non faciunt imaginem.

Quarto Ptolemæi imaginum octo & quadraginta nomina, etiam uaria, & quot unaquæque stellis adornet ut hic adiungere non erit inutile.

Zodiaci igitur imaginum nomenclaturæ hæ sunt.
Prima Aries, græce κριὸς appellatur, componitur 13. stellis.
Secunda Taurus græcè ταῦρος, habet stellas 33.
Tertia Gemini, Didymi, δίδυμος enim græce, latine geminus 18.
Quarta Cancer, græcè καρκῖνος 9.
Quinta Leo, græcè λέων 37.
Sexta Virgo, græcè παρθένος, Erigone, iustitia, 26. F
Septima Libra, græcè ζυγὸς 8.
Octaua Scorpio, græcè σκορπίος, Nepa 21.
Nona Sagittarius, arcitenens, græcè τοξότης, τοξοφόρος, Chiron 31.
Decima Capricornus, græcè αἰγόκερως: Arabice Alcancurus.
Vndecima Aquarius, græcè ὑδροχόος: Arabi. Idrudurus 42.
Duodecima Pisces, græcè ἰχθύες: Arab. Ichiguen 34.

Imaginū septentrionalium à zodiaco appellationes sunt hæ. Prima septentrio minor, arctos micros, ursa minor &c, lege pag. 64. & in eo offendes etiam meridionales.

Quinto, sciendum quòd cœlestes imagines possunt reduci in hanc formulā.

Imagines cœlestes sunt aut
- Ad formam brutorum, ut Aries, Taurus, Capricornus, Sagittarius, Centaurus, Vrsa minor, Vrsa maior, Equus maior, Equus minor, Canis maior, Canis minor, Lepus.
- Ad formam bestiingorum, id est, ferarum aut belluarū, hoc est animalium rapacium, ut Leo, Lupus, Draco.
- Ad formam reptiliū & aquatiliū, ut Cancer, Scorpio, Pisces Serpens, Ophiuchi, Hydra, Piscis notius, Delphinus.

A

Imagines cœlestes sunt aut
- Ad formam animalium uolantium, ut Aquila, Vultur cadens, Holor, Coruus.
- Ad formam humanam, ut Gemini, Virgo, Aquarius, Hercules, Cepheus, Cassiopeia, Andromeda, Perseus, Serpentarius, Bootes, Auriga, Orion.
- Ad formam rerum inanimatarum, ut Libra, Sagitta, Triangulus, Lyra, Ara, Crater, Corona septentrionalis, Nauis, Corona australis, Fluuius, id est, Eridanus.

Sexto loco tractanda est cœlestium imaginum defensio & approbatio, de quibus copiosa occurrit tibi materia, in nostris cōmentarijs in sphæram mundi.

Septimo noscendum est, quòd prisci authores etiam grauissimi, nō eundem numerum, sed uarium cœlestium imaginum usurparunt. Platonici enim quibus Ptolemæus Pheluf. adstipulatur, numerant 48. primarias, uniuersales, aut uniuersaliores imagines, quarum omnium nomenclaturas supra recitauimus. Platonici. Ptolemæus.

Aratus autem Solensis qui phænomena conscripsit 48. recensuit. De equo minori nihil scribens. Aratus.

B Germanicus Cæsar Arati interpres 44. posuit. Omisit tres Arati imagines, scilicet, Sagittam, Coronam meridionalem & Canem minorem, scilicet, quia dumtaxat eius fragmenta ad nos peruenere, hæ tres forsan excidere, deficit etiam à Ptolemæo in equo minori. Germa. Cæsar

Rufus Festus Arati Paraphrastes supputauit 46. deest Corona australis, & iuxta Ptolemæi numerationem equus minor. Rufus Festus.

De M. Tul. Cicerone, qui Aratum Romanum fecit, nō habeo quod numerem. Nam paruum eius fragmentum superstes remansit. M. Tul. Cice.

Marcus Mani. suo Astronomico libro 1. ca. 4. id est. 46. recensuit. Præterijt Equum minorem, & Coronam Notiam. Mar. Mani.

Vitruuius libro 9. ca. 6. & 7. numerat in cōmentarijs 45. Omisit Vulturem, Equum minorem, & Coronā meridianam. In adiectis aut schematibus numerauit 48. uti Ptolemæus. Vitruuius.

Ausonius cuius carmina supra recitauimus calculat 43. deficit à Ptolemæo in Equo minori, Lupo, Ara, Cratera, & Coruo. Ausonius.

Hyginus in suo poetico astronomico recenset 46. omisit Equum minorē & Coronam australem. Hyginus.

C Author noster Proclus supputat 52. addit Ptolemæo Crinem Berenices, Thirsolochū, Caduceum, & Aquā aquarij. Verum cōmiscet, me iudice, simul uniuersales imagines cum nonnullis particularibus, de quibus mox dicam. Proclus.

Plini. lib. 2. capi. 42. duas & septuaginta numerat imagines aut signa, fed eorum nomina satis sicco præterit pede. Plinius.

Contuendum igitur supra ex Platonicis placitis, diuisimus cœlestes imagines in tres species. Puta uniuersales, particulares, & particulariores. In præsentia missas facimus particulariores, quæ non ad nostrum propositum, sed ad mirogenesis seruiunt. Vniuersalibus autem potissimum Ptolemæi 48. diligenter custoditis. Particulares geminas esse dicimus, alteras ad duodecim signorū zodiaci facies sese extendentes, de quibus supra disseruimus, eas 26. esse cōmemorauimus. Neque hæ nostro tractaui seruiunt. Alteras autem particulares asserimus, eas, quæ sunt partes uniuersalium imaginum, quæ ob certas quasdam causas aut notas proprias sibi appellationes uendicarunt, de quibus complura in subditis. Particulares geminæ.

Pliniana signa & astra.

Collibuit in primis hic ex Plinianis commentarijs colligere in unam formu- D
lam, nomina signorum aut imaginum cœlestium, unà cum nonnullis stellarũ appellationibus.

Zodiaci signa & astra.

Zodiacum sanè circulum Plinius in uniuersum uocat signiferum. Eundem lib. secundo cap. 4. in duodecim animalium secat effigies, quas usitato signa appellat. De quo idem eodem libro cap. 8. 16. 19. & 79. Eorundem aũt signorum tanquam uniuersalium nomina passim ex eodem comportata sequuntur.

De Ariete primo signiferi signo, scribit idem libro 2. ca. 8. 16. 19. & libro 18. ca. 24. & 25.

De Tauro secundo signo libro 2. cap. 16. 42. & lib. 18. ca. 29.

De Geminis tertio signo, libro 18. ca. 24. 9.

De Cancro quarto, lib. 2. ca. 16. 19. Et lib. 18. ca. 25. 26. 28. & 35

De Leone quinto, libro 2. ca. 49. Et lib. 18. ca. 24. & 28.

De Virgine sexto signo, libro secundo cap. 16.

De Libra septimo, lib. 2. ca. 16. & 19. Item lib 18. ca. 24. 25. & 26.

De Scorpione octauo, libro 18, cap. 24. 26.

De Sagittario nono, libro 2. ca. 8. Et libro 18. ca. 29.

De Capricorno decimo, libro 2. ca. 16. & 19. Ac libro 18. ca. 25. E

De Aquario undecimo, libro 18. ca. 24. & 26.

De Piscibus duodecimo signo, libro 2 ca. 16. Et libro 18. cap. 26. 31. 35.

Sunt etiam præter 12. signa, iam numerata, in ipsis quædã particularia signa à Plinio exposita, scilicet: Hyades aut Suculæ siue Paliliciũ sydus lib. 2. ca. 39. & 42. Et libro 18. ca. 26 & 31.

Item Vergiliæ, uestis institoris, quas usitato Pleiades uocitamus libro 2. ca. 42. & 49. libro 16. ca. 26. libro 17. ca. 2. Rursus libro 18 cap. 24. 25. 26. 27. 28. 29. & 31. Præterea commissura Piscum, libro 18. ca. 31. Et nubecula & aselli libro 18. ca. 35. Adsunt & aliquæ stellæ, puta stella regia appellata Tuberoni in pectore Leonis de qua libro 18 ca. 26. & 28.

Item Vindemiator stella libro 18. cap. 26. & 31.

Spica libro 16, cap. 31.

Signa & astra septentrionalia.

Signa autem septentrionalia & stellæ Plinij tamiam adsunt. Septentriones, id est, septem Vrsæ minoris stellæ libro 2. ca. 42. 72. Et libro 6. ca. 22. Item uertex septentrionalis & austrinus libro secundo ca. 70.

Bootes libro 2. ca. 42. 49. & libro 18. ca. 24. Idem Arcturus de quo libro 2. cap. F
39. 49. & 62. & libro 8. ca. 47. Rursus libro 17. ca. 18. Demum libro 18. cap. 26. 27. 28. 29. 31. & nonnunquam accipitur pro stella.

Delphinus libro 18. ca. 26. 27. & 31.

Sagitta libro 17. ca. 18 & libro 18. ca. 26. & 31.

Fidicula libro 18. ca. 26. 27. 28. 29. & 31.

Equus libro 18. ca. 26. & 31.

Aquila libro 8. ca. 47. libro 17. ca. 18. & libro 18. ca. 27. 28. & 29.

Corona septentrionalis libro 18. ca. 28. & 31. & ibidem eius stella fulgens.

Heniochus libro 18. ca. 31.

Particulare autem signum hœdi dictum, de quo libro 2. ca. 39. Et libro 18. ca. 26. & 28. Accedit capella stella libro 18. ca. 26. 27. & 29.

Signa & astra meridionalia.

Sequuntur signa meridiana & astra à Plinio descripta. Et primo Canicula aut Canis libro 2. ca. 40. & 49 & libro 9. ca. 16. & libro 14. ca. 18. Ac 16. libro ca. 40. Item libro 18. ca. 26. 27. 28. 29.

Orion libro 18. ca. 25. 26. & ibidem eius gladius & 27. 31. Et Orionis zona 28. & ibidem totus exoritur.

A Procyon lib. 18. ca. 28. & 29. Ibi Procyon uocatur canicula, quod uerba satis in-
Crinis Berenices libro 2. ca. 72. hoc signu Callimachus in septen- (dicant.
trionem locat.
Canopus stella lib. 2. ca. 72. Et libro 6. ca. 22. Syrius stella in ore canis lib. 2.
Thronon stella libro 2, ca. 71. (ca. 29.
Sunt nonnulli qui Lacteum circulum pro cœlesti numerant signo, de quo
Plini. lib. 18. ca. 29. de quo infra fusius dicemus.
Habes igitur optime Lector Pliniana signa tum uniuersalia, tum particula-
ria, quæ si recte percensueris 32. tantummodo colliges. Dic rogo, quo pacto nu-
merantur duo & septuaginta? Verum hic diligenter cognoscendum est, Plini-
um ea præcipue assignasse signa, quorum ortus & occasus cu Sole inducit aut
imbres, pluuias, grandines, uentos, tonitrua, tempestates, aut id genus simile.
Aut ea quibus anni tempora distinguuntur. Aut quibus delectis temporibus
agrorum cultura sit exercenda. Semina & fruges serendæ. Prata cædenda ac re-
paranda. Arbores insitione aut sat one plantandæ.
Sed ut Plinius author fanè celebratissimus, omnibus illustrior reddatur, digessi-
mus in numerum duo & septuaginta signa iuxta hunc modulum. In primis au-
B thore Ptolemæo supputamus imagines aut signa uniuersalia 48. de quibus in
superioribus. His Callimachus addit CrinemBerenices, & alij Circulum aut
Sertum Iunonis, quem Lacteu appellant. De quo Hyginus libro 2. in fine. His
accumulamus particularia signa, & primo ex uniuersalibus zodiaci deprehen-
sa, ut sunt, Pleiades & Hyades in Tauri signo.
Nubecula & figura Asinorum in Cancro.
Arcus & Sagitta, & fascia aut linteolum capitis Sagittarij.
Item Amphora aut Vrna & Aquæ effusio Aquarij, cum ueste manus fini-
Et demum Linu siue Lineolæ piscium. (stræ eiusdem.
Secundo, ex aquilonijs signis uniuersalibus emergunt nobis hæc particula
ria. Puta caput Algol in effigie Persei, & Harpe aut ensis falcatus in eodem.
Thronus, sella aut siquastrum Cassiopeiæ.
Hœdi in sinistra fere manu Aurigæ.
Tertio, ex meridianis uniuersalibus hęc excerpuntur, scilicet, Cingulum aut
Zona, ensis, Collorobus siue claua, & corium bouis ex Orione.
Item Scutum aut Cetra & Thyrsolochus à Centauro. Et Caduceus è flumi-
ne siue Eridano, ex primis sex stellis Coronæ australis. His igit Arithmetice
C iunctis co'liges indubitanter 72. signa, quorum interpretationes, aut utilitatem
ad scientiam aut iucunditatem, aut delectationem afferent lectoribus.
Iam satis de stellis & sideribus locuti sumus, præter ea, quæ specialem petūt
interpretationem, cuius rei præbebit nobis caput lectum pulchram ansam.
Principium igitur huius manifestum est ex his, quæ prædiximus de imagi- Declaratio hu
num cœlestium triplici partitione, quod earu quædam sunt sub zodiaco, quæ- ius capitis.
dam Aquilonia, quædam Austrina.
In. 3. Quæ in signifero sitæ sunt &c. Author paucis se absoluit de nominibus De duodecim
duodecim signorū. In eo quod dicit. Alibi diximus. Palam est Proclum alios signis zodiaci.
etiam scripsisse libros, ut supra in principio huius libelli diximus. Nos tamen
hic obiter quædam adijcienda decreuimus.
In primis, eorundem nomina Marcus Mani. lib. 1. ca. 4. metrice pulchre e- Nomina signo
Aurato princeps Aries in uellere fulgens (numerat, sic. rum.
Respicit admirans auersum surgere Taurum
Summisso uultu Geminos & fronte uocantem.
Quos sequitur Cancer, Cancrum Leo, Virgo Leonem

Stelle fixe
& comprehens.

Aequatotum libra die cumtempore noctis, D
Atrahit ardenu fulgentem Scorpion astro.
Inustius caudam contentum dirigit arcum,
Mixtus equo, uolucrem missurus iamꝗ sagittam.
Tum uenit angusto Capricornus sydere flexus.
Post hunc inflexam diffundit Aquarius urnam,
Piscibus assuetas auide subeuntibus undas.
Quos Aries tangit claudentes ultima signa.

Signa præposteræ orientia. Præterea tria sunt in cœlo signa præpostere orientia, de quibus idem libro 2. cap. 3. Quod tria signa nouem signis coniuncta repugnant.

Et quasi seditio cœlum tenet, aspice Taurum,
Clunibus & geminos pedibus, testudine Cancrum
Surgere, cum rectis oriantur cætera membris

Signa carentia membris. Sunt rursus signa membris carentia aut superfluentia. Idem libro 2. cap. 6.

Quod si solerti circumspicis omnia cura.
Fraudara inuenies amissis sydera membris.
Scorpius in Libra consumit brachia, Taurus
Succidit in curuo claudus pede, lumina Cancro E
Desunt, Centauro superest, & quæritur unum,
Sic nostros casus solatur mundus in astris.
Exemploꝗ docet patienter damna subire.
Omnis cum cœlo fortunæ pendeat ordo.
Ipsaꝗ debilibus formentur sydera membris.

Animæ qui in signis 12. Pythagorici (authore Marsilio Ficino libro quarto Platonicę theologię) asseruerunt singulis 12. signis zodiaci singula præsidere numina. Cuius uerba hæc sunt: In prima quidem sphæra per zodiacum cernimus animalia syderea 12. In quolibet autem illorum stella quædam est principalis tanquam cor animalis illius cœlo picti, in quo quidem corde uitam agit anima totius syderis principalis. Illic igitur animæ diuinæ 12. à Pytagoricis collocantur. Huc usꝗ Marsi. Has autem 12. signorum animas belle modulatur Marcus Manilius libro 2. ca. 11. sic. Mar. Mani.

Lanigerum Pallas, Taurum Cytherea tuetur.
Formosos Phœbus geminos, Cyllenius Cancrum,
Iuppiter & cum matre deum regit ipse Leonem,
Spiciferæ est Virgo Cereris, fabricataꝗ Libra F
Vulcano, pugnax Mauorti Scorpius hæret,
Venantem Diana uirum. Sed partis equinæ
Atꝗ angusta fouet Capricorni sydera Vesta.
At Iouis aduersum Iunonis Aquarius astrum est.
Agnoscitꝗ suos Neptunus in æquore Pisces.

Abhorrent (non ambigimus) plures cum audiunt, animas hominum quos ueteres Deos appellarūt signa zodiaci incolere. Et hoc potissimū à sectatoribus Christianæ religionis esse alienū. Immo Hebræi pia sacraꝗ cōsideratione, Primum elementa, & quæ elementis composita sunt, solem simul & Lunã ac stellas reliquas, & cœlum ipsum non solum deos non esse, uerum etiam animæ penitus expertia iudicasse. Quamobrem Pythagoreos aut fabulæ arguūt, aut deliramenta euomere.

Sinamus, ne contentionibus inseruire uideamur, esse fabulamentum, habet tamen fructum suum quempiam, minime aspernandum. Eo prænotato, Fabulis inesse allegorias trifariam metiendas. Aut enim Physice interpretamur, aut Ethice, aut Theologice. Interpraetabimur autem hanc, si utiꝗ fabula censenda

Fabulæ continent allegoricis.
Tres allegorię species.

A est, Ethice.s. Oeconomice, in huiic ferme modum. Reducamus has 12. diuinas animas Pythagoricorum in eorū corpora, noīabimusq; 12. deos. Puta sit Pallas in Ariete, Venus in Tauro, Phœbus in Geminis, Mercurius in Cancro, Iupiter in Leone, Ceres in Virgine, Vulcanus in Libra, Mars in Scorpione, Diana in Sagittario, Vesta in Capricorno, Iuno in Aquario, Neptunus in Piscibus. Hos deos duodecim per allegoriam ad Oeconomicam ethicam aptabimus.

Ad Oeconomiā igitur quatuor accedunt.s. Oeconomus, siue paterfamilias, uxor aut materfamilias, Familia, & bona externa. Requisita ad Oeconomiā.

Pro Oeconomo congruentet seligimus tres deos. Puta, Palladem, Phœbū, & Iouem.

Pro uxore quatuor. Venerem, Mercurium, Vestam & Iunonem.

Pro familia, Mercurium denuo, & Dianam.

Pro bonis externis, Cererem, Vulcanum, Martem & Neptunum. Oeconomi dij

Singulis his quatuor membris singulos selectos deos interpretabimur. Oeconomo primo selecta est Pallas, quæ à ueteribus sapientiæ dea dicta fuit. Pallas. Platonici quidem per Palladem diuinitatē, potenter simul & sapienter, tum cœlestia exornantem, tum quæ sub cœlo sunt, ædificantem descripsere. Inter astra præcipue Arieti præsidentem, & æquinoctialis circuli ducem. B Vbi potissime uigere putarunt, motricem uniuersi uirtutem. Recte igitur congruit Oeconomo, qui sapiens, prudens & prouidens esse debet. Est enim Oeconomia species prudentiæ. Cōuenit & ei Phœbus, idest, Sol, qui teste Orpheo, oculus est mundi, Phœbus. Plinio cuncta uidens, regale lumen & candela cœli. Sic necessum est Oeconomo, quòd sit oculatus ad rem omnem Oeconomicā. Aristoteles. Quod belle indicat Aristoteles in Oeconomicis. Quidam philosophus interrogatus, quid magis impinguat equū? Plinius. Respondet, oculus domini. Et nō minus eleganter Plini. lib. 18. ca. 6. his uerbis. Et ideo maiores fertilissimū in agro oculū domini esse dixerunt. Et idem ca. 5. loquens de agricola, sic. Sæpius uentitare in agrum, Frontem domini plus prodesse, quàm occipitium, non mentiuntur. Dominus sanè negligens seruos facit negligentes. Audi Aristotelem dicentem. Impossibile est negligentibus dominis, seruos sollicitos esse. Ecce. Deinde Oeconomo summopere opus est deo, Ioue. Iupiter. De quo legito diuum Augustinū lib. 4. De ciui. Dei ca. 11. Qui à ueteribus dicitur omnis deus, mas & fœmina, insignis tribus oculis, quorum unus fuit in fronte, reliqui ut assolet. Triū horum oculorum ratio, prouidentiam continet triplicem. Nam cœlo imperare creditur, seder apud inferos, C & in mari. Debet profecto oeconomus tres habere insignes oculos, hoc est, prouidentiam triplicem. In uxorem, tanquam superiorem in sua Oeconomia, quā nō tractare debet ut ancillā, sed sicut sociam, quia nō de pedibus, sed de latere uiri est formata Gene. 2. Secundū oculum, habere debet, in proles uidelicet, nutriendo educando, docendo fideliter. Tertium in familiam & externa bona.

Præterea secundo loco adest Oeconomi uxor, Materfamilias. Cui (ut di- Vxor. ximus) quatuor dij selecti sunt. Venus prima, quæ authore Hali Ragel signifi- Venus. cat mulieris, & imprimis, ut Firmico placet, formosas uirgines. Hanc prisci triplicem posuere. Venus triplex. Parthenen, id est, Virginem coniugatam, & uiduam. Veneris autē significatio est omnis decor, omnis uenustas, ornata uestimenta, auri subtegmine elaborati cultus &c. Venerem contendunt nonnulli dici à uenustate. Venus unde. Contra Cicero à Venere uenustatem. Hæc igitur dea rite adaptatur uxori Oeconomi: Non prorsus propter uenustatem. i. pulchritudinem corporis, sed uenustatē gratiæ. Venusta. i. gratiosa. Prouer. 11. Mulier gratiosa inueniet gloriā. Est aūt uenusta & gratiosa, his dotata gratijs: Venusta mulier puta Castitate, Sobrietate, Pudicitia, Verecundia, Taciturnitate, Pietate & Discretione. Adhæc sunt plures

Ecclesiasticus. Proverbiorum. authoritates etiam in sacris literis. Ecclesiastici scilicet 26. Non est comparatio for- D minæ continentis. Et ibidem. Datum est Dei mulier tacita & sensata. Et prouer. 31. Mulierem fortem quis inueniet, procul & de ultimis finibus terræ pretium eius(& infra) Manus suas aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem.

Aristoteles. Et Aristoteles primo Poli. Silentium mulieris præstat ornatui. Applica, satis est.

Mercurius. Secundo accedit deus Mercurius. Is comunis est uiro & uxori, quo sit quod Astrologi affirmant eundem esse conuertibilis naturæ. Est autem Mercurius teste Fir. deus orationis, facundiæ & rector linguæ, quare designat aptam & gratam uocem, modulationem & pulchritudinem eloquentiæ. Fuit mos ueterum

Aristoteles. Mercurium iuxta uenerem collocare. Cuius rei signum est, quod in cœlo coniunctos habent orbes. Infero igitur ex sententia Aristotelis, uirum coniungi cum muliere, propter generationis opus, puta prolium, & perpetuitatem, quod fieri nequit, si patri proles non succedit, ac etiam propter utilitatem. Dicit enim Aristoteles. Coniunctio uiri & Fœminæ in animalibus irrationabilibus, est solummodo gratia prolis generandæ, in hominibus uero, non solum illius gratia sed etiam alterius utilitatis. Mercurius igitur Veneri coniunctus significat coniugalem uoluptatem ratione & apto sermone in primis indigere, adhortante

Psalmus 31 ad id Dauide Psalm 31. Nolite fieri sicut equus & mulus, in quibus non est intellectus. Longe sit ab eis omne lenonicium. B

Vesta. Sequitur tertia dea Vesta, fida uxoris comes. Aristoteles in Oeconomicis, leges statuit inter uirum & uxorem, ut cesset iniuria. Vir enim nō debet iniuriari uxori, ne ipsa iniurietur ei, Quod etiam Pythagoricis placet. Vir enim præ oculis semper habere debet, & arbitrari uxorē uelut supplicem à Vesta, id est, Lare ductā, & nulla tenus inferre iniuriā. Vesta pro Lare accipitur. Apud ueteres fuit sancitum, ut supplices apud Larem sederent taciti. Fuit enim Lar asyli dearibus asylum tutissimum. Ita Larem locum religiosum obseruabant, applica pro uiro & uxore.

Iuno. Quarta dea est Iuno, quæ aëri præest quo nihil mollius, recte mulieribus à mollicie dictis aptatur. Dicitur tamen Iuno à iuuando. Et si aër mollis est, præ-

Plinius. stat tamen animantibus admodum, pro inspiratione & respiratione, Etiam ipsis piscibus, ut docet Plinius libro 9. ca. 7. per totum. Dico igitur ad propositū, quod uxor adiuuare debet uirum, puta in rebus domesticis, nendo, fusando, texendo, girgillum, mataxam gyrando, & in alijs operibus, quę ad uirum nō spe-

Gene. ctant. Quod planè indicat deus opt. max. Gene. 2. Dixit quoque Deus, Nō est bo F

Prouer. num hominem esse solum, faciamus ei adiutorium simile sibi. Et de muliere forti Prouer. 31. Manū suam misit ad fortia, & digiti eius apprehenderunt fusum. Et infra, Panem otiosa non commedit. Tobiæ 10. ca. Legimus quod pater monuit filiam, diligere maritum, regere familiam, gubernare domum, & se ipsam irreprehensibilem exhibere.

Seneca, generosos animos labor nutrit.

Familia seruil. Serui maiores Mercurius. Tertio loco, ad Oeconomia requiritur familia, id est, serui & ancillæ. Gemi- nos distinguimus seruos, Maiores scilicet & minores. Maiores uocat Aristote. procuratores, minores operatores. Maioribus seruis seligitur Deus Mercurius. Sunt autem (authore Firmico) Mercurio subditi, hi, quorum ingenia sunt dedita acutis artibus, aut officijs, quæ petunt solertem ac diligentem prouisionem, Vt sunt in nostro proposito, Magistri curiarū, Archigramatei, Scribæ, Censores, Coqui, Pistores, Apothecarij siue Cellarij uini, Ceteris &c. Minores autē Dianam Deā uendicant. Sed missis his plurimis Dianis, eā acceptamus, quę Dea syluarum & nemorum prędicabatur, arcum & pharetram ferebat, sucincta semper incedens, uenationibus inquietam operam dabat, quam plures Lunam dixere.

A xere. Cui Dianæ siue Lunę subsunt, mancipia, mercenarij & operarij. Vt sunt
Cursores, Agricolæ, Fossarij, Cementarij, & id genus plures. Hi ob id, quòd la-
boriosi & actuosi sunt, nominari possunt Centimani.

Hi serui tum maiores tum minores debent dominis in commissis sibi esse fi- Serui quid te-
deles, bona eorum conseruare, imminentia mala pro uirili amouere. Sint etiam neāt domino.
in præceptis domini intelligentes, ut quæ domini moneant, recte intelligant, &
quæ intellexerint eum diligentia exequantur. Hoc pacto erunt decentes in ob-
sequijs: non enim decet seruum iussa possibilia, cauillationibus protelare. Vn-
de dicitur. Non sit tibi seruus medicus, Propheta, Sacerdos.

Domini ad seruos tali uti debent prudentia, ut sint loquendo placidi, ne du- Domini ad ser
rioribus uerbis exasperentur. Nimiam tamen familiaritatem fugiant, in man- uos prudentia.
dando discreti, ne nimis laboribus grauentur: sint in remunerando benefici. A-
ristoteles. Oportet seruis dare opem & uictum.

Idem secundo Poli. Multi serui, quandoque deterius seruiunt paucis. Item
Ecclesiastici 33. Mitte seruum tuum in operationem ne uacet, multā enim ini-
quitatem docuit ociositas. Sat est.

Quarto requiruntur ad œconomū bona externa: per quæ in præsentia uo- Bona externa.
luimus significari, opes, diuitias, prædia, uillas, oppida & arces. Aristoteles pri-
B mo Poli. geminas facit diuitias, naturales, scilicet, & artificiales. Naturales sunt
possessiones rerum. Artificiales sunt possessiones pecuniarū. Et idem 10. Ethi. Diuitiæ du-
Homo felix siue sapiēs indiget aliqualiter rebus exterioribus, quia natura per plices.
se non est sufficiens speculari, sed oportet quòd habeat corpus sanum & cibum
præparatū, & reliqua. Quia ut idem testatur primo Poli. Sine necessarijs im- Aristoteles.
possibile est uiuere.

Pro his igitur œconomi bonis, seligimus quatuor deos. Ceres est prima, quę Ceres.
frugū dea putabatur, à Cicerone lib. de Natu. deorū. Dicta Ceres, tanquam ge
res, à gerendis fructibus. Hæc profecto est œconomo necessaria pro se & suis.
Cuius promptuaria esse plena frugibus debent &c. In quæstione obiecta septē
Græciæ sapientibus, Quænā domus foret maxime felix? Respondet Pittacus,
& eam prætulit. Quæ tum necessarijs, tum redundantibus superflueret.

Vulcanus secundus deus, necessatius ualde rebus œconomi. Est autem is ge- Vulcanus.
minus, primus qui igni præesse putatur. Est igitur Vulcanus ignis, qui ab Eue-
C no prædicatus est omnium bellariorum esse iucundissimum, quare non ab re
œconomo pergratum. Ex Platonicorum placitis triplicem colligimus ignem,
cœlestem, scilicet, & infernum, ac intermedium. Cœlestis ignis qui stellis inest Triplex ignis
(dicūtur enim lumina stellarū ignes) lucet, expers tamen est incendij. Infernus
autem caliginosus arbitratur, & quasi incendium quoddam expers luminis.
Ignis autem inter cœlestem & infernum, lumen habet cum fetuore.
Ignis autē usus uarius fuit, apud diuersas gentes. Chaldæi numinis uice ignem Ignis usus ua-
coluerunt. Medi & Assyrii barbaricos ei tribuerunt mores, non religione usq; rius.
adeo deuicti, sed uerius formidine, cum omnia absumit. Romani Vestæ deæ Chaldæi.
templum rotunda ta struxere forma, in quo perpetuus seruabatur ignis: Ve- Romani.
stalis appellatus.

Et Hebræi usum habuerunt ignis, pro holocaustis offerendis, & cremandis Hebræi.
ex mandato Dei, ut legitur Leui. ca. 6. Ignis in altari semper ardebit, quem nu-
triet sacerdos subiciēs ligna mane per singulos dies. Et post pauca. Ignis est iste
perpetuus, qui nunquam deficiet in altari. Et ad idem eodem libro ca. 9. in fine.

Item nostra religione, per omnes orientis ecclesias, quando Euangelium le-
gendum est, accēduntur lumina, iam sole rutilante: non utique ad fugandas
tenebras, sed ad signum lætitiæ demōstrandum. Quare Matth. 25. ca. legimus.

uirgines illas euangelicas semper habuisse accensas lampades. Et Lucę 12. ad apostolos dicitur. Sint lumbi uestri praecincti, & lucernæ ardentes in manibus uestris. Et Ioan. 5. De Ioanne baptista. Ille erat lucerna ardens & lucens. Et iterum Lucę 12. Veni mittere ignem in terram, & quid uolo nisi quòd accendatur? D

Lux. Et quoties de luce fit mentio Ioan. 1. 2. 3. cap. Vt sub typo luminis corporalis, illa ostēdatur de quo Psal. 118. in littera Num legimus, Lucerna pedibus meis uerbū tuum domine & lumen semitis meis. Quibus omnibus id addendum est, hominem ob id, quoniam cœleste & immortale animal sit, igne solum uti. Qui nobis

Ignis & aquæ significatio. in immortalitatis argumentū datus est. Quia ignis è cœlo est, cuius natura quoniā mobilis est, & sursum nititur, uitæ nostræ tenet rationem. Cætera uero animalia cum, dum tota sint mortalia, tantūmodo aqua utuntur, quod est elementum corporale atq; terrenum, cuius natura quia item mobilis est, sed deorsum uergit, figurā mortis ostendit. Proinde nec cœlum pecudes suspiciūt, neque religiones sentiunt, quoniam ab his usus ignis alienus est. His expositis, Oeconomus ignem præsertim medijs in suis habitationibus, ob multimodū eius usum tum quo ad se & suos, tū quo ad externa bona iugiter fouere & nutrire debet, sub huiusmodi tamē custodia, & ferme more Medorū & Assyriorū. Ne ipsum, E suos & sua absumat. Secūdo Vulcanus à poetis fingitur faber Iouis, eo quòd ei fulmina cōtra Gigantes fabricaturi. Et etiā accipitur pro mulcibere, eo quòd ferrum p ignem molliat. Fuit idem etiam faber Coronæ Ariadnes, quam ex auro & Indicis gemmis pretiosis fabrefecit. Quare in nostro tractatu generaliter

Vulcani interpretatio. pro fabro accipi debet. Bono enim œconomo pro conseruatione ædiū, atrium, oppidorū &c. is Vulcanus adesse debet. Quòd si optas noscere negligentem & desidiosum œconomum, animaduertito ædes suas, & postquam ingressus fueris, uideris parietes easum minantes, pauimenta habentia anfractus, tabulata & laquearia dissoluta, ualuas & ianuas à iuncturis solutas, tecta stillantia, fenestras fractas, & fornaces fumantes, mox concludito œconomi nomen in eo homine periclitatum.

Mars. Aristoteles. Tertius deus est Mars, qui bellis p reest. Aristoteles in Oeco. Nunq̄ oportet domū esse sine custodia, sicut nec ciuitatem. Idem 4. Politicorum. Ciuitas non constabit ex una parte, sed ex multis. Quarum una pars est Agricolæ. Secunda artifices manuales. Tertia negotiatores circa forum. Quarta Mercenarij. Quinta propugnatores & armigeri, q uos necessarium est in ciuitate existere, si F non debeat subijci inimicis. Bonus enim œconomus tempore pacis cogitat de bello: munit igitur suas possessiones, oppida, arces, turres &c. armis bellicis pirata tormentis, bombardis, balistis, fundis, petrarijs cum omnibus requisitis & etiam loricis, cassibus, toracibus, scutis, cetris &c. armigeris, custodibus, uigilibus &c. De his uideatur Vegetius de re militari.

Cicero. Neptunus. Aqua. Quartus deus est Neptunus, dominus maris & aquarum, quasi nantunus. Cicero libro de natu. deorum, asserit Neptunū à nando dici. Est igitur Neptunus aqua. Ea œconomo est summe necessaria, ob id, quòd eius utilitates longe uidentur ignem præcellere. Sunt enim multa animalia, quę sine ignis degant usu, deget autē sine aqua nullū. Quòd si fuerint sine humoris potestate, exhausta & exucta à principiorum liquore, arescunt & deficiunt. Neq; plantæ ipsæ aut herbę florent citra aquæ humectationem. Quare Pindarus rectissime opinatur, aquam esse optimam. Habeat igitur œconomus, fontes, puteos, piscinas, piscium uiuaria, aquas fluentes &c.

Post longam satis superiq; digressionem, ad inceptā redimus de duodecim signis zodiaci materiā, & annectere libuit uersus ipsius uenerabilis Bedæ.

Versus Bedæ. Mira prorsus paganorum & fætua dementia,

Qui

A Qui in cœlum transtulerunt, tam diuersas bestias
Cum olympo constet esse angelorum agmina.
Illi Taurum radiare dicunt inter sydera,
Qui in bouem uersum Iouem fabulis adseuerant,
Ad Italiam cum aduexerit Agenoris filiam.
Habet fides Christiana signorum memoriam,
Primum Agni, qui in cœlo maiestate fulgida
Regnat unicus cum patre per immensa secula.
Igitur non tortus fronte uel ceruice tumidus
Noster Taurus est putandus non minax, sed optimus
Dulcis, blandus atque mitis, & suauis uitulus.
Ipse ergo est credendus saginatus uitulus
Cuius caro immolata in crucis patibulo,
Nos nitore suo tulit de mortis periculo.
Hic non cessat nos hortari pietate sedula
Iugo Christi nos submitti exarare uitia
Diuinorum præceptorum reportare semina.
Fuge Cancrum repedantem, tu qui Christum sequeris
B Perge uelox, non sis tardus, nec in uia steteris
Et habebis dotem magnam in cœlesti curia.
Pro sequentibus oriatur testamentum Geminis
Idololatras calcare, deum solum colere,
Auaritiam uitare canorum incurabilem.
Leo noster obdormiuit, ut & mortem uinceret
Ideo euigilauit ut possimus surgere,
Vt quas iuste merebamur à pœnis eriperet.
Virginis hic sextum signum competenter sequitur
Sexta mundi iam ætate uenit dei filius.
Aequitatis Libram tenens, deus iure dicitur.
Huic puro si quis corde bene ministrauerit
Iam securus non timebit uenenum pestiferi.
Conculcare tuta planta Scorpionis poterit.
Scuto fidei protectus saeuum Sagittarium
C Deformatum non pauebit cum equinis cruribus,
Ipsum quoque superabit nefandum Diabolum.
Capricornus hinc deformis uultu despicabilis
Alios amentes facit, alios sacrilegos
Homicidas, furiosos, alios adulteros.
Sed his omnibus conuersis atque bene flentibus,
Tergere de fronte solet candidus Aquarius
Crimina, quæ sponte fiunt uel instinctu dæmonum.
Duo pisces sequuntur uno signo æditi,
Duos populos figurant uocatos per gratiam
Baptismatis unda lotos, uni deo credere.
Insanire iam desinat eorum dementia
Qui in cœlo esse credunt aliqua mortalia
Cassa spernant illa, credantque dei ecclesiam.
Animalia pusilla, & magna & reptilia
Carnis pondere grauata, non petunt cœlestia
Sed cum carne horum credant interire animas.

Vbi hominum & dei mediator fuerit, D
Esse ibi electorum credimus & animas,
Hæc daturum se promisit infinita bonitas.

Cur signorũ ordo ab Ariete incipiat.

Libuit hic annectere quæstionẽ hanc. Cur signorũ ordo ab Ariete incipiat? Cum .n. circulo neq; principiũ neq; finis sit, non magis ab Ariete, quàm undelibet.

Cœlestium & terrenorum cõnexio.

Contuendum est hic, & repetendum id Platonicorum dictum. Hanc mundi machinam ita secum esse connexam: ut & in terris cœlestia sint conditione terrena, in cœlo uicissim terrestria dignitate cœlesti. Superius enim in eodem rerum contextu trahit quidem quod est inferius, uel ad se conuertit, uel aliter quomodolibet agitat aut afficit uirtute prius infusa. Inferius uicissim eadem ad superius infusione conuertitur, uel aliter agitatur, uel prorsus afficitur.

Pagi. 80. F

Adde hic ea, quæ supra diximus authoribus Ptolemæo, Plinio &c.

Catena aurea.

Hæc superiorum & inferiorum connexio, est catena illa aurea, quam Homerus è cœlo in terrã demissam dixit: Hæc est symphonia & barmonia illa cœlestis, quam Pythagoras Diapason uocauit. Hanc sanè concordantiam Assyrij in eorũ dis pulchre ostendunt. Deum enim summũ habent quem maximũ uenerantur, quẽ Adad uerbo gentilitio nuncupant. Significat aũt ferè non aliud, E quàm unum. Adijciunt & deam nomine Adargatin. Omnia horum numinũ potestati subiecta opinantur, Solẽ interpretati terramq;. Argumento est quòd Adad simulacrum insigne radijs cernatur proclinatis, ceu uirtutis cœlestis uehiculum illi sint, in terrenam adeuntes molem. Figura autem diuersa terræ seu Adargatis imaginculæ confingebantur, in sublime radijs surrectis. Quòd cœlesti affluxu progerminent cuncta plane de terreno, uelut fermento.

Assyrij.

Adad.
Adargatis.
Vide Cælium lib. antiqui. 10 ca. 14.

His prænotatis, rationes sequentes facilioris erunt intelligentiæ. Assignantur enim cõmuniter tres rationes, quare ab ipso Ariete principium circuli zodiaci sit sumendum: has legito in nostris cõmentarijs in Ptole.

Quartam causam, cui ansam dedere Ioan. à mon. Re. & Albertus Magnus. Ioanni enim ad summum Pontificem eunti, pro reformatione Calendarij Romani, in uituperium & derisionem astrologicæ artis, ab osoribus obiectæ fuere quæstiunculæ plurimæ. Inter quas fuit illa. Quare Astrologi (quasi homines dementes & uesani) ponerẽt in cœlo bestias, reptilia, homines nephandos &c. Respondit uir doctiss. quemadmodũ & nos superioribus lectionibus pro uirili respondimus. Adijciens in his cœlestibus imaginibus fabulis obumbratis, la- F tere arcana quædam notatu dignissima. Modò illis inesse rem Physicam, modò moralem seu Ethicã, modo diuinam Theologicã. Quare hęc quarta ratio habet allegoriam theologicam, minime aspernandam. Contuendum igitur. Albertus Magnus in suo Speculo duos annotat libros. Vnum æternitatis, alterum uniuersitatis. Aeternitatis liber est mens diuina, in qua ab æterno fuere omniũ rerũ ideæ. De quo plura loqui pertimesco, quę dominis theologis uiris sapientissimis legendũ offero, mihi silentio transeundum. Dicóque cũ propheta Psal. 64. qui iuxta hebraicam ueritatem de deo dixit (tibi silentium) Laus. Sequor & diuum Paulum, qui raptus usque ad tertium cœlum dixit se uidisse arcana, quæ non licet homini loqui. Sequor & Dionysium Areopagitam in epistola ad Caium, ineffabilitatem diuinitatis circumscribentem & dicentem. Nullo sermone uel animo mysterium ipsius promi posse, sed cum profertur manet arcanum, & dum intelligitur manet incognitum: quia non solum sermonem sed etiam cogitationem humanam superat &c.

Aeternitatis liber.

Psal. 64.

Paulus.

Dionysius Areopa.

Alter est liber Vniuersitatis, de quo Alber. in hęc uerba. Scimus quòd ascendente Virgine natus fuit dominus noster IESVS CHRISTVS, non quòd subijciatur stellarũ motui, aut ipsarum iudicio, natorũ desideratissimus, qui creaue-

Liber uniuersitatis.

rat

A ratipſas ſtellas, ſed cum extenderet cœlum ſuũ ſicut pellem, formans librum Vniuerſitatis, noluit literis eiuſdem deeſſe aliquid ex eis, quæ ſecundũ prouidentiam ſuam in libro æternitatis ſunt ſcripta, etiã illud remotiſſimũ à natura, quòd de uirgine naſceretur. Vt profecto per hoc innueretur homo carnalis, & uerus, qui nõ naturaliter naſcebatur: Nõ quòd cœli conſtellatio eſſet cauſa cur naſceretur, ſed potius ſignũ, immo uerius ipſe erat cauſa, quare modus admirãdæ natiuitatis eius per cœlũ ſignificaretur. Hucuſq; Alber. In eo igitur libro oĩa diuinæ incarnationis myſteria & arcana ab eius cõceptione, uſq; in aſcenſionẽ in cœlũ, p cœlũ fuiſſe ſignificata & p ſtellas præfigurata cernes. Sũt.n. aſtra dei opt. max. inſtrumenta, quibus hunc mundũ gubernat, & quicquid ab aſtris uel alijs cauſis naturalibus fieri credit, ex fonte diuinæ præſcientiæ emanans à deo procedit. Omne.n. inſtrumentũ agit in uirtute agentis principalis, ut omnes teſtant philoſophi. Ideo actio ipſa nõ inſtrumento attribuitur, ſed agenti. Non.n. ſecuris, ſed homo ædificat. Eſt quippe cœlũ ſtellis ornatum, tanq; liber diuerſis literis exaratus, in quo deus futura oĩa ab æterno cõſcripſit, & in eo ſeriẽ ordinẽq; cauſarũ diſpoſuit, ut cauſa cauſam ex ſe gignat, & debito ordine effectus producant. Hæc eſt catena illa aurea de qua Homerus. Vide ſupra proximè. Inſtrumenta dei quæ?

B His animaduerſis uenio ad redemptorem noſtrũ DN. IESVM CHRISTVM uerũ Meſſiam in lege promiſſum, cuius incarnatio, natiuitas, uita, paſſio, ſepultura, reſurrectio & in cœlũ aſcenſio, quæ omnia & ſingula in ueteri teſtamento per typicas figuras terrenas ſunt deſignata & prænotata, at nobilius in libro Vniuerſitatis, authore Alber. figurata. Sed his omnibus miſſis, ad ducis tantũmodo præfigurationes terrenas deſcendã. Eas, ſcilicet, quæ propius accedunt Chriſto iam in ara crucis ſuſpenſo, pro redemptione humani generis acerbiſſimis paſſionibus laboranti. Quarum una quæ præceſſit ſcribitur Geñ. ca. 22. de Abraham, immolante ad dei præceptum filium ſuum unigenitum Iſaac. Et eſt hæc figura ualde concors paſſioni Chriſti pendentis in cruce, prout Nicolaus Theologus eam pulchre interpretatur. Ex qua concluditur, quòd Chriſtus iuxta humanam naturã mortalem, dicitur Aries, & iuxta diuinam immortalem dicitur Iſaac. Chriſtum etiam uocat Ioan. Bapti. Ioan. 1. ca. Agnum. Cum dixit Ecce agnus dei, qui tollit peccata mundi. Gene. 22. De Abraham & filio. Nicolaus Thẽologus.

Altera figura typica ad noſtrum propoſitum, habetur Numeri 21. ca. De ſerpente æneo à Moyſe in deſerto ſuſpenſo, quam & ſcitẽ applicabis ad Chriſtũ. Nume. 21. De æneo ſerpente.

C Eandem, idem approbat Ioan. ca. 3. cum inquit, Sicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filium hominis, ut omnis qui credit in ipſo non pereat, ſed habeat uitam æternam &c.

Nunc propius adeo ad quartam cauſam. Et dico, quòd ſaluator noſter Chriſtus uerus deus & homo, dicitur principium. Apoca. cap. 1. Ego ſum alpha & ω, principium & finis. Et idem Ioan. 8. Ego principium, qui & loquor uobis. Principium.

Cœleſtis igitur Aries in libro Vniuerſitatis deſcriptus, rite deſignat Chriſtũ noſtrum Arietem, noſtrumque Agnum. Primo propter nominationem: Sicut igitur Chriſtus eſt & dicitur principium omnium: Sic condigne cœleſtis Aries dicitur principium omnium ſignorum. Ecce quarta ratio theologica.

Ad id accedit aliud arcanum, Chriſto pendente in cruce fuit hora ſexta, ut Euangeliſtæ teſtant: Et Sol exiſtens circa Arietis principiũ ſtetit ſupra caput Chriſti crucifixi. Eſt aũt Aries ſignũ Solis exaltatio, ut omnes teſtant Aſtronomi, & ſignificat Chriſtũ, qui in ſacris literis dicit Sol. ſ. Malachiæ 4. Timentibus nomen meũ, oriet Sol iuſtitiæ in medio. Qui ut ipſe prędixit, in cruce fuit exaltatus. Io. 3. & 12. Ego ſi exaltatus fuero. Et poſtea p reſur. & aſcen. exaltatus. Ad Phili. 2. propter quod deus exaltauit illũ, & donauit ei nomẽ quod eſt ſup o. N. Malechias. Philip. 2.

Et rursus trahit arcanum aliud arcanum, id. Ptole. dict. 7. alma. ornat cœlestem Arietem 13. stellis, quæ indubie designant Christum cum suis discipulis. Elegit sane saluator noster 12. discipulos: Matthæi enim 10. capitulo sic legimus. Conuocatis autem Iesus, 12. apostolis, dedit illis potestatem spirituũ immundorum, ut ejicerent eos, & curarent omnem languorem & omnem infirmitatem. Duodecim autem discipulorum nomina hæc sunt &c. uide. Et Lucæ 9. ca. Conuocatis autem Iesus 12. apostolis, dedit illis uirtutem & potestatem super omnia dæmonia. Et idem dicit ca. 22. Et Ioannis sexto ad finem. Inter autem has Arietis stellas, hæ quę in eius sunt capite & cornibus, maioris sunt uirtutis, potestatis & splendoris, quia in tertia magnitudine. Est etiam, ut physicis placet, Arieti maior fortitudo in cornibus & capite. Vnde facile excerpitur, quod Christus fuit apostolorum caput, & est totius Ecclesiæ. Ad Ephe. 5. Et eosdem magister & dominus: Ioannis 13. ca. Vos uocaris me magister & dominę, & bene dicitis, sum etenim. Et de sua potestate ipse dicit Matth. 28. Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. De qua cõplurima passim in Euãgelijs. De qua etiã Paulus ad Collo. 2. Christus est caput ois potestatis & principatus.

Matth. 10.

Lucæ. 9 Ioan. 6 Christianus aries.

Pau. Ephe. 5. Ioan. 13. Matth. 28. Pau. Collo. 2.

His generalibus præmissis, nunc sigillatim ad ipsa 12. zodiaci signa descendam. Quòd si quispiam eorundem fabulas legere cupierit, is adeat Hyginũ in suo poetico Astronomico, Bassum in cõmentarijs in Phœnomena Germanici Cæsaris. Oui. in li. Fast. & reliquos poetas. Ego easdem paucis percurram.

Hesiodus Pherecides.

ARIES IGITVR HANC habet fabulam. Athamas Thebanus Phrixum & Hellen genuit ex Nephile coniuge, qua sublata cadmi filia Ino, uxor adducta est, quæ cum nouercali odio priuignos insectaretur, tosta femina, ne nascerentur, agricolis dabat: sequuta est annonæ caritas. Missum est Delphos ad oraculum, ad petendã opem: Qui accesserat corruptus, retulit Phrixũ & Hellem immolati debere, Quumq; ad arã mactandi uelari cõstitissent, à Nephile matre superinducta nube, rapti sunt: datus Aries aureum habens uellus, quo fugerent, Helle in mare decidit, & ab ea Hellespontus dictus: Sed à Neptuno cõprehensa, Peona procreasse fertur. Phrixum incolumen ad Aeetam peruenisse uolunt, & Arietem Ioui immolasse. Pellem in templo fixisse, & Arietis ipsius effigiem à Ioue inter sydera constitutam. Quodde Athamante & liberis ex Nephile natis dicitur, ueritatem sapit, Vide. Rapha. Cętera de Ariete pro naui Phrixo & Helle concesso, fabulosa sunt. Per tropologiam tamen (ut etiã eruditis placet) per Arietē intelligunt nauigiũ imaginem Arietis, uel in summo, prora, aut puppi præferens. In Lybia enim fuisse legimus, quæ dicerentur κριοί, id est, Arietes. Fabulã Arietis pulchre canit Oui. 3. Fast. Quę etiã his uersiculis manifestat.

Ouidius Thomas Radinus placentinus.

Aries maris uiator
Tulit usq; fidus Aeetam
Ruta aquis sorore Phrixum.
Veniens Iouis qui ad ædem
Sacram in hostiam cremauit:
Prius aurea priuata
Radiante pelle, templi
Laquearibus decoris.
Nitet hinc micante cœlo

Plura de Ariete lege supra.

♉ DE TAVRO SECVNDO SIGNO. Iupiter demutatus in Taurum Sidonem uenit, ut Europam Agenoris regis filiam deportaret. Is cum per

A pelagus Sidonem uenit, ibique Europã inter æquales suas ludentẽ in templo
Aesculapij, uel in pratis templi inspexit, camque repentino arreptu collocatã
suo tergo, deuexit in insulam Cretam: ob hãc causam Iuppiter Taurum, id est,
effigiem Tauri, quam ipse exuit, syderibus dignatus est ĩmortali memoria in-
ferre. Hæc fabula prope accedit dictis Ouidij, quinto Fastorum. Quę breuiter
his metris aperitur.

Taurus amans Iupiter optimus
Efficitur, quo posset Agenore
Progenitam producere feruidus
Vt se in amplexus societ torum.
Prata uirent: cœlo aspicit inclytam
Ludere: fit Taurus speciosior
Omnibus: & iam Europa cupidine
Eximij candoris, inhæserat
Terga premens, cum per mare turbidum
Enatat, & Cretam uehit insulam.
Oscula libans uictor ad æthera
B Transuolat: & Taurum ignibus induit,
Altisono tandem emicat aureus.

Sub hac fabula Tauri latet hæc tropica ueritas. Quòd Iupiter cũ rapuit Eu-
ropã, habuit nauim præsignem Tauri forma: Vel Taurum in puppi figuratũ.

Abscondita est præterea allegoria theologica, quam indicat Beda supra in Lucas taurus.
metro. Igitur non totuus. Est enim bos animal immolatitium secundum legis
traditionem, ut patet Numeri 7. &c. Apte signat nostrum redemptorem Chri-
stũ, pro nobis in cruce immolatũ. Quapropter Lucas euangelista, ob id quòd
præ cęteris uersatus circa mortem & passionem Christi ac eius immolationem,
per faciem bouis significatur. Satis est.

De stellis autem Tauri, puta Pleiadibus & Hyadibus, in subditis abunde
dicetur.

♊ GEMINI TERTIVM SIGNVM. Ex Lęda filia Cebali, progeniti sunt Castor
& Pollux. Hi authore Hygino, fuere omniũ fratrum inter se amantissimi,
quod neq; de principatu contenderunt, neq; ullam rem sine communi consilio
C gesserunt. Castor interijsse dicitur in oppido Adriadnis, quo tempore Lacedæ-
mones cum Atheniensibus bella gesserunt. Alij autẽ, cum oppugnarent Spar-
tam Linceus & Hydas. Pollux autem (authore Homero) dicitur fratri mortuo
concessisse dimidiam uitam. Pro quibus officijs eorum, Iupiter inter notissima
sydera eos constituisse existimatur. Geminorum sydera cum se ostendunt la-
borantibus nautis spem salutis præbent, teste Porphyrione. Secundum Var-
ronem Gemini sunt, Hercules Appollo. Alij aiunt Triptolemũ & Iasonem.
Lege Geminorum fabulam apud Hyginum, Bassum, Ouidium 5. Fastorum.
Et in his metriculis.

Hos quòd erant concordes inuicem
Extulit ad cœlos, & splendidis
Syderibus depinxit Iupiter:
Vt niteant alternis noctibus.

Apud receptos authores poëtas & alios, nonnulla uirorum amicorum pa-
ria connumerantur, ut hic Castor & Pollux. Sic Pilades & Orestes, Patroclus
& Achilles, Theseus & Pyrithous, Scipio & Lælius, Damon & Pythias.

Amicitia. Tullius. Hoc loco in libro Vniuersitatis uirtus amicicia, nobis ut speculū obijcitur. D
Est autem teste Tullio libro de amicitia: Amicitia omnibus rebus humanis præ ponenda. Nihilq; est naturæ tam aptum tamque conueniens ad res prosperas, uel aduersas, quàm sit amicitia. Difficile ualde est homini, quod sibi ipsi suffici at. Quod Aristotelem 9. Ethico, nō latuit, cū dixit, Solitaria difficilis est uita. Et
Aristoteles. primo poli. Homo solitarius, aut deus aut bestia. Et idē 8. Ethico, Nullus uiuere eligit sine amicis, habens reliqua bona omnia. Si enim infelicitas aut aduersitas ingruit, bonum est habere amicos consolantes. Aristo. 8. Ethi. In infortunijs refugiū est ad amicos. Et idem 9. Ethi. Amicus est cōsolatiuus amico, uisione & sermone. Et idem in eodem. Præsentia amicorū delectabilis est, tam in bona fortuna, quàm mala. In mala, quia tristiti alleuiantur amicis cōdolentibus. Re
Salomon. ctè igitur dixit sapiens, Veh homini soli, quia si ceciderit non habet qui subleuet eum. Est etiā homini opus habere amicos in rebus felicibus & prosperis ac
Paulus. Seneca. Tullius iucundis, ut habeat congaudentes. Hortatur diuus Paulus ad Roma. 12. Gaude re cum gaudentibus & flere cum flentibus. Alludit Seneca epistola 6. Nullius (inquit) boni sine socio, iucūda est possessio. Tullius libro de Amicitia sic habet. Verū ergo illud est, quod à Tarentino Archyta (ut opinor) dici solitū, nostros senes commemorare audiui ab alijs senibus auditum. Si quis cœlum ascendisset, naturamq; mundi, & pulchritudinem syderum perspexisset, insuauem illā admirationē ei fore, quæ iucundissima fuisset, si aliquem cui narraret nō habuisset. Sic natura solitarium nihil amat, semperq; ad aliquid, tanquam adminiculum annititur, quod in amicissimo quoq; dulcissimum est. B

Amicitia diffinitur. Tullius libro de amicitia eam sic diffinit. Est rerum diuinarum & humanarū omnium, cum beneuolentia & charitate summa consensio.
Aristoteles Bonū triplex. Tria amicitiæ genera. Ex Aristotele 8. & 9. ethi. colligitur hæc diffinitio. Amicitia est beneuolētia mutua, non latens ratione boni. Bonum est finis & causa amicitiæ. Est autem triplex bonum secundū Aristotelem, utile, delectabile & honestum. Et secundū hoc tria amicitiæ genera. Prima duo genera sicut cito oriuntur, ita & cito de
Ouidius ficiunt. Ouidius primo Trist.

Donec eris felix multos numerabis amicos
Tempora si fuerint nubila, solus eris. Idem in eodem.
Illud amicitiæ sanctum & uenerabile nomen
Nunc tibi pro uili sub pedibusq; iacet.
Et idem in eodem. De eo qui etiam in aduersis fidus permanserat. F
Scilicet ut fuluum spectatur in ignibus aurum
Tempore sic duro est inspicienda fides.
Dum iuuat & uultu ridet fortuna sereno,
In delibatas cuncta sequuntur opes.
At simul intonuit, fugiunt, nec noscitur ulli,
Agminibus comitum qui modo cinctus erat &c.

Amicitia uero quæ oritur ex bono honesto, scilicet uirtutibus, difficulter soluitur. Tullius lib. offi. Omniū societatum nulla præstantior, nulla firmior, quàm
Tullius cum uiri boni, moribus similes, sunt familiaritate coniuncti.
Amicus quo modo sit comparandus. Sed quopacto amicus sit comparandus aut uenādus, adeunda est tertia epistola Senecæ ad Lucillium. Ex qua hæc excerpsi. Si aliquem amicū existimas, cui non tantundem credis quārum tibi, uehementer erras, & nō satis nosti uim ueræ amicitiæ.
Errat & ille, qui amicum in atrio quærit, in conuiuio probat.
Et nullum maius est periculū, q̄ quòd amicos sibi putat, quibus ipse nō est.
Diu cogita, an ubi in amicitiam aliquis recipiendus sit: & cū placuerit, toto

illum

A illum pectore admitte. Tam audacter cum illo loquere, quàm tecum. Cum amico omnes curas, omnes cogitationes tuas misce &c.

De amicitia legito Aristotelem 8. & 9. Ethi. Tullium libro de amicitia, & libro officiorum, Senecam lib. de beneficijs, & in epistolis. Valerium Maximū libro 4. ca. 7. Ouid. lib. Trist. & de Ponto, Libros Sapientiales Salo. & Ecclesiastici. Diuum Ambro. libro de offici. Concludam autem in præsentia, adhortando omnes ad ueram amicitiam exemplo Damonis & Pythiæ, quorum amicitia ab omnibus celebratur, ut principatum inter omnia paria amicorum obtinere uideatur. Lege Vale. Max. lib. 4. ca. 7. Quos etiam extollit Tul. Tus. Quæst. & lib. Officiorum, & Lactantius lib. 5. diui. institu. De amicitia tractantes. Tullius. Lactantius.

Stellæ præterea Geminorū amicitiæ conditiones satis apertè indicant, quarum naturæ, docente Ptolemæo tract. 1. qua. ca. 9. sunt nõnullæ Saturninæ, aliæ aliqua Mercurialis, ut ea quæ est in capite Gemini antecedentis & dicitur stella Appollinis, id est, Mercurij. Aliqua Martia, ut ea quæ est in capite Gemini sequentis. Saturninæ stellæ Saturni habent naturā, datur autem (autore Fir.) Saturno firmitas & stabilis amicitia. Ecce. Mercurij stella significat amicorum facundiam, quæ Mercurio assignatur. Aristoteles 8. Ethi. Mutua colloquia, & concordia factiua sunt amicitiæ. Et idem 9. Ethi. Amicitia bonorū augetur bonis colloquijs. Affabilitas sanè & placiditas multum conducunt pro amicitia. Stella Martica designat pro amico ad sanguinem usque & mortem certandū, uide huius exempla apud Valerium ubi supra. Stellæ Gemini indicant amicitiam. Ptolemæus.

B

Nec illud prætereundem arbitror. Bassus & Hyginus lib. 3. de Geminis, dicunt, quòd is qui Cancro uicinior est in pede sinistro stellam habet, quæ dicitur tropos, id est, conuersio quasi pede indicare uelit in proximo adesse Solis conuersionem. Imo sunt qui sequens Gemini uocant tropos, quare (ni fallor) in Basso corrupte legitur. Alter qui tripus appellatur, is iuxta Cancrum est. Tropos stella.

♋ CANCER QVARTVM SIGNVM. Is teste Hygino & Basso Iunonis officio inter astra collocatus, quòd cum Hercules contra hydram Lernaeam constitisset, ex palude pedem eius mordicus arripuisset. Qua de re Herculē permotum eum interfecisse, Iunonem autē Herculi infestam inter sydera constituisse & eius beneficijs magnis honoribus decoratum, 12. signorum zodiaci numero (annumeratus.

C Hanc fabellam Tho. Rhadi. metricè sic descripsit.

Tot stellas Herculis ense nectus
Cancer portans, & habet irradians,
Calcem morsu acriter arripuit
In Lernea caput arma domat
Quando Tirynthius acer, amans
Famæ. Occisum tulit ætthereis
Oris Iuno breuiori mora

Attende, Hydrus mas, hydra femella genus est anguium in aquis degentium, de quo Plini. lib. 29. cap. 4. in hæc uerba. Nisi incendijs femina exuberentur non esset fœcunditati eorum resistere. In orbe terrarum pulcherrimum anguiū genus est, quod in aqua uiuit, Hydri uocantur, nullis serpentium inferiores ueneno. Et de ijsdem idem, Hydros marinos inueniri iuicenum cubitorū. Propter huius anguis fœcunditatem existimari potest locum datum fabulæ. Finxerūt enim poetæ Hydram multorum capitum fuisse in Lernea palude, quorum aliquot excisis: totidē renascebantur. Quod monstrum cum totā eam regionem deuastaret, tandem ab Hercule claua primo ictum, deinde propter pestiferum afflatum, sagittis petitum. Postremo cum sese solitis cauernis condidisset ligno

rum congesta strue, igne consumptum est. Virgilius. D
Quinquaginta atris immanis hiatibus hydra.

Lerna, Lernæ. Præterea Lerna uel Lernæ, authore Ptolemæo libro 3. ca. 16. tab. 10. Euro. oppidum est in agro Laconico, quod alij contendunt in agro Argiuorum uel Argolicæ locari. Ad Lernam fuit fons, aut palus: Lerna dicta Plini. libro 4. ca. 5.

Tiryntha. Rursus Tiryntha oppidum iuxta Argos, non longe à Mycenis, nō est apud Ptolemæū, sed Plini. ubi supra, à quo Hercules Tirynthius est appellatus, quod ibi altus & educatus sit. Tirynthius quasi Argiuus, quin ea prouincia gesta eius maxime claruerunt.

Macrobij dictum ualde abstrusum. Hic occurrit Macrobij dictum ualde abstrusum & inuolucrum, quod illustrare pro uirili decreuimus. Is enim lib. 1. de Somnio Scipio. sic scriptum reliquit. Zodiacum ita lacteus circulus obliquæ circumflexionis occursu ambiendo amplectitur, ut eum, qua duo tropica signa Capricornus & Cancer feruntur, intersecet. Has Solis portas physici uocauerunt, quia in utraque obuiante solstitio ulterius Solis inhibetur accessio, & fit ei regressus ad zonæ uiam, cuius terminos nunquam relinquit. Per has portas animæ de cœlo in terras meare, & de terris in cœlum remeare creduntur. Ideo hominum una, altera deorum uocatur. Hominū Cancer, quia per hunc in inferiora descensus est. Capricornus deorum, quia per illum animæ in propriæ immortalitatis sedem, & in deorum numerum reuertuntur &c. E

Semen uiri. Pro illustratione huius dicti aduertendum primo. Postquàm semen uiri intra formandi hominis locum receptum est, trahit id secum à uiri anima formatricem uim, eius potentia diebus ferè quinque & quadraginta sic est affectum, ut sex primis diebus lac euaserit, folliculo genitiuo circumiecto ex membrana tam tenui, qualis in ouo ab exteriori clauditur testa, quod à physicis deprehensum est, nec latuit Hippocratem de natura pueri. Nouem sequentibus: sanguis. Duodecim alijs: caro, decem & octo reliquis: figuratum, siue organisatū, tunc anima creatur & infunditur.

Luna humida Hali Aben. Ptolemæus. Albertus. Ptolemæus. Secundo loco sciendum, Ptolemæus, Iuli. Fir. Albumasar & omnium astrologorum turba asserit naturā Lunæ per se esse humidam & frigidā, quod Hali Aben. pluribus aperit uerbis, transeo. Et Ptolemæus tracta. 1. quadri. ca. de Luna affirmat, dicens, maior Lunæ uis est humectare. Et post pauca, Quapropter adhuc modū mutatione manifesta corpora mutat. Et (ut Alber. habet) propter cuius uicinitatē plus influit sup inferiora, q̃ alia cœlestis uirtus. Accedit Ptole. uerbo 61. centi. Luna propria est corpori, propter consimilitudinē eius in operatione. F

Cancer Capricornus solis portæ. Portæ animarum. Tertio loco, scribunt Platonici & in naturalibus Macrob. supra non tacuit, Cancrum & Capricornum dici à physicis solis portas, quia in utraque obuiante solstitio ulterius solis inhibeatur accessus. Per has portas animas de cœlo in terras meare, & rursus de terris cœlestia repetere. Et ideo hominum unam dici, alteram uero deorum. Hominibus dicari Cancrum, quia per hunc fiat ad ima defluxus. Dijs uero Capricornum, quia illac post mortem cœlestibus animæ restituantur sedibus.

Metonymia. Cancer domus lunæ. Capricornus domus saturni. Nemo uerbis Macrobij falli debet, ut descensum, ascensumque hic accipiat secundū situm, sed hæc per Metonymiā, id est, translationem accipienda sunt. Quia Cancer Lunæ domicilium est, Capricornus aūt Saturni. Sed quia luna Cancri domina est, generationi proxima est. Saturnus uero dominus Capricorni remotissimus. Ideo per Cancrum, id est, lunarem uegetabilemque instinctū descendere animas dicunt, quæ fugæ exposita sunt. Per Capricornum uero, id est, per Saturnum intellectualemque instinctum ascendere. Saturnum enim prisci mentem uocant, quia sola petuntur superiora. Mens enim dicta quasi

Mens Aristoteles.

Moyses.

A eminens, quæ diuina suspicit & contemplatur. Aristoteles 3. Rhe. Mentem inquit, ut lumen accendit in anima deus. Nunquam igitur anima est quieta, nisi quando deo cōiungitur. Saturnus rectè à ueteribus mens appellaᵗ. Quare etiā doctissimi astrologi, Saturno tribuunt, solitudinem, multas cogitationes, speculationes & acerrimum ingenium. Adstipulatur ad hoc quòd Moyses, ociū sabbati mandauit Hebræis, Saturni diem, actionibus ciuilibus bellicisq́ue ineptū contemplationibus aptum, eóque die diuinum contra discrimina patrocinium obsecrandū. Auersanda sunt igitur nobis uitia, uirtutes colendę, ad rectas spes mentes subleuandæ, & redibunt animæ nostræ ad earum conditorem, à quo olim per creationem in corpora descendere. Nunc arbitror Macrobij dictum illustratum.

De stellis Cancri puta Præsepi & Asellis in subditis dicemus.

LEO QVINTVM SIGNVM. Hyginus, Bassus, Leonē beneficio Iunonis inter astra collocatum, eo quòd uirtute cæteras feras præcellat, earum enim princeps existimatur. Periandrus Rhodius refert eum ob primos labores Herculis, memoriæ causa honorificè astris illatum. Versiculi Thomæ Radi. sunt hi (de Leone.

Præstans animal uirtute Leo
B In syderibus claris uehitur,
Vt nobilitatis uult meritum

Leonis significata.

Plinius.

Contuendum, Leonem nō raro significare Cancrorum genus, Testis Plini. lib. 9. cap. 31. Cancrorū genera, Carabi, Astaci, Tacineæ Leones &c. Significat Leo multis pudendum, cuius plures causæ ab eruditiss. assignantur. Cum fauore auditorum, unicam pandam. Sunt qui ideo dici opinentur, quia mirū in modum Leoni fœtet anima, quod Plini. & Aristoteles scribunt. Sat est intelligentibus dictum. Est præterea Leo animal notissimū, & in nostro proposito sumitur pro cœlesti signo eo nomine appellato, de quo paucis præmissis aliqua dicā.

Scriptores de Leone.

Proprietatis Leones.

De Leone pro animali copiose scribunt. In primis Aristoteles libro de natura animaliū, præcipue lib. 5. 8. & 9. post hunc Plini. in pluribus locis, copiosius tamen lib. 8. ca. 16, Solinus ca. 40. Alber. Mag. libro de animalibus & alij plures. Longū esset & forsan auditoribus tædiū afferret, recensere huius animalis miratu dignas proprietates, naturas siue consuetudines, ut sunt Generositas siue
C nobilitas, fortitudo, liberalitas, clementia, gratitudo aut placabilitas &c. Quare consulto transeo. Omitto etiam allegoriam theologicam, qua deus opt. dicitur Leo, Christus redemptor noster Leo. Item allegoriam Ethicam, qua homo uirtuosus, fortis, liberalis, clemens & gratiosus exponitur Leo, sunt profecto sacræ literæ plenæ Leonibus.

Leo unde.

Leo an dormiat.

Aristoteles.

Leonis oculus magnus.

Paucula tamen hic annectanda reor ad nostrum seruientia propositum. Inueniuntur nonnulli grammatici Græci asserentes, Leonem à uidendi potentia nomen adeptum esse, à græco uerbo λέω, id est, uideo, quòd sit fera uisus acutissimi, nec unquàm omnino admittat soporem. Sed hoc alijs uidetur absurdum, neque enim esse aliquod animal, cui perpetua sit uigilia, quod Aristotelis doctrina prorsum cōprobatur. Forte inquiunt, ut Dorcades, apertis oculis Leo cōquiescit, unde irrepsit sententia illum nunquam dormire, Leonis oculus utiq; permagnus est & incumbens oculo pellis longe minor, q̄ ut oculum totum ualeat obtegere, unde fit ut oculis apertis somno frui uideatur.

Leo animal solare.

Plutarchus libro Symposiacon, asserit Leonem propterea dici solare animal quòd inter quadrupedes unguibus aduncis, catulos sola uidentes parit Leæna minimumq; dormit sublucentq; dormientis oculi. Et cum dormit (teste Democrito) cauda iugiter mouetur.

Leo signũ cœleste Macrobius.

Cœlestis etiam Leo signum solare comprobatur. Est enim Solis domicilium, D de quo audiendus est nobis Macrobius primo Satur. Propterea (inquit) Aegypti animal in zodiaco consecrauere: ea cœli parte, qua maxime annuo cursu Sol ualido efferuet calore, Leonisque inibi signum: domicilium Solis appellant quia id animal uidetur ex natura Solis substantiam deducere. Primo, quod impetu & calore præstat animalia, uti præstat Sol sydera. Validusq; est Leo pectore & prioris corporis parte, degenerat posterioribus membris, æque Solis uis, prima parte diei ad meridiem increscit, uel prima parte anni à uere in æstatem, Mox elanguens deducitur, uel ad occasum: qui diei, uel ad hyemem: quæ anni pars uidetur esse inferior. Idemque oculis patentibus atq; igneis cernitur semper, ut Sol patenti, igneoq; oculo, terramque conspectu perpetuo atque infatigabili cernit. Nec solus Leo, sed signa quoque uniuersa zodiaci, ad naturam solis iure referuntur. Hucusque Macro.

Nec id annotatione dignum prætereundem puto, Sole per Leonis signum decurrente, dominis Medicis offerri tempus opportunum ualde, & nunquam satis laudatum: pro conficiendis medicinis cõtra uenenum epidimiæ repellendum. Item solaria passim exquisita componere, & rebus cordialibus cor fouere E De quibus, & alijs multis scripsimus in cõmentariolo de electione temporis. In præsentia dabimus auditoribus remedium quoddam, miratu dignum, contra calculum aut morbum renum, sub hac formula. Insculpe auro imaginem Leonis, Sole existente in corde Leonis, hoc est, in 22. gradu eiusdem. Sole etiam medium cœli obtinente. Et aspiciat feliciter (si fieri potest) Iupiter, aut Venus medium cœli. Aut sit Iupiter, aut Venus in bono loco figuræ cœli. Secũdo, fiat arcula ex auro in forma, sicuti fabricatur apud nos Agnus dei, tempore delecto iam supra exposito. Huic includantur hæ duę radices, scilicet, radix petroselini & radix saxifragæ. Et quia ambæ sunt de natura Solis & Iouis, fiat inclusio durante Sole in bono aspectu puta sextili, aut trino cũ Ioue, & sint Sol & Iupiter bene locati in figura cœli, & ualde fortes. Tertio, superiori cooperculo arculæ imponatur Corallus rubeus boni coloris. Et quia (ut plures asserunt) Corallus est de natura Iouis & Veneris, fiat impositio: cum Iupiter & Venus feliciter amicabiliter aspiciunt, bene dispositi in figura cœli & fortes. Et in his omnibus noxij planetarum aspectus sunt fugiendi. Hæc imago ea (ut prædiximus) arte fabre F facta, gestantem contra calculum iuuat.

Constructio imaginis contra calculum.

VIRGO SEXTUM SIGNUM. Huius fabulam describũt Aratus, Hyginus, Bassus, Marcus Mani. lib. 5. Hesiodus & alij. Ex Hygino hæc. Virginẽ hanc Hesiodus Iouis & Themidis filiam dicit. Aratus autem Astræi & Auroræ filiam existimat. Alij Erigonem uocant, Icari filiam, quòd eodem tempore fuerit, cũ aurea secula hominũ essent, & eorũ principem fuisse demõstrat, propter diligentiam & æquitatem: Iustitiã appellatam, neque illo tempore ab hominibus exteras nationes bello lacessitas esse, neq; nauigio quemquam usum esse, sed agris colendis uitam agere consueuisse. Sed post, eorum qui sunt nati, minus officiosos, magis auaros cœpisse fieri, quare minus Iustitiam inter homines fuisse cõuersatam, deniq́ue eam peruenisse adeo, dum diceretur heu heu genus hominum natum. Itaq́ue non potuisse pati amplius & ad sydera euolasse. Alij hanc Cererem esse aiunt. Alij fortunam.

Hæc fabula his uersiculis sic manifestatur.

Dum soles agerent beatiores
Aurea Saturno secla regente sene,

Princeps

A Princeps uirgo fuit seueriorem.
Iustitiam seruans, nomen & inde tenens.
Quæ cum cerneret omnibus tenaces
Esse animos, & quòd saxea corda forent:
Et quemque officij benignioris
Ingrate oblitum, transuolat ad superos.
Sic Virtus fugiens meptiores
Sydere fœlici transmeat ad superos

Satis utile esset, si temporis breuitas non prohiberet allegoriam theologicam siue ethicam, de iustitia exugere. Aut moralem de uirginitate. Sed his missis, duo dumtaxat attingam. Primū physicum de probanda uirginitate, in hunc ferè modū. Recipiat Gagates lapis nigri coloris, qui à multis Ambra nigra appellatur, & est leuis, aridus, non transparens. Is in aqua tritus ac prægnanti exhibitus fœtum acceleratur, ac quocunque modo mulieri propinatus in potu fuerit, cogit corruptam urinam fundere. Virginem uero minime. Ecce. Legito Plini. lib. 36. ca. 19. & Speculum lapidum Leonardi Pisaurensis. Virginitas probatur. Gagates lapis.

Secundum miratu dignū reperi apud Albumasarem libro sexto eius introductorij in Astronomiam capi. 2. De naturis signorum. Cuius hæc sunt uerba. Mira Albumasar de uirgine.
B Virgo signum &c. Oritur in primo eius Decano, ut Persæ, Chaldæi & Aegyptij, omniūque duorū Hermes & Ascalius, à primæua ætate docent, puella cui Persicum nomen Seclenidos de Darzama, Arabice interpretatum Adrenedefa, id est, uirgo, munda puella, dico: uirgo immaculata, corpore decora, uultu uenusta, habitu modesta, crine prolixo, manu geminas aristas tenens, supra soliū aulæatum residens, puerum nutriens, ac iure pascens, in loco cui nomen Hebræa, puerū dico à quibusdam nationibus nominatum Iesum, significantibus Eeza, quē nos græce Christū dicimus, hæc Albu. Ex his uerbis manifeste demonstratur saluatorem nostrū ex illibata uirgine natū. Oritur ergo hæc uirgo Iesum pascens. Proterius accedat apella Iudæus, qui uirginem matrem renuit, cum tantis æratibus, tot ante secula gentiles ista præuiderint. Et si Verpus dicat, non dicunt hi ipsam uirginem pueri illius matrem, sed tantum iure ipsum pascentem. Erubesce infelix, quia quæ iure pascit, non nisi mater est.

C Pulchra argumentatio contra obstinatos Iudæos, qui omnia suorum codicum dicta, de natiuitate, conceptione, passione, morte, & resurrectione nostri Messiæ perperam interpretantur, & falsis glossellis obumbrant. Diuus Augustinus consimilibus utitur argumentis, cōtra Iudæos ferum pecus, disputans cum ipsis, de dei filio, de natiuitate Messiæ per uirginem, passione &c. adducit sanè gentilium dicta & præcipue Sibyllarum, ut patere facile potest legenti sermonem eiusdem, de uigilia natiuitatis Domini. Plura tribuit sanctus pater dictis Sibyllarū, Legito libro 18. & 21. De ciui. & alios. Memini me legisse apud Sibyllam Delphicam. Hæc uerba. Nascetur propheta è uirgine absque humana corruptione. Et Sibyllam Europeam. Veniet montes & colles transiens, & in paupertate regnans cum silentio dominandi, è uirginis uase exiliet. Augustinus.



DE LIBRA SEPTIMO SIGNO. Vetustissimi Astrologi (qui zodiaci signa recensuerunt iuxta imagines octaui orbis, quem supremum putarunt) dumtaxat undecim signa numerarunt, Scorpionem & Libram in unum redigentes. Postea alij facta sectione, duodecim recensuerūt. Recte igitur Hyginus dixit, Scorpius hic propter magnitudinem membrorū in duo signa diuiditur, quorum unius effigiem nostri Libram dixerunt &c. Nō est hic lectori de Libra expectanda fabula. Sed in primis hic contuendum erit, eam cœli partem iuste Libra iuste in cœlum collocata.

Libram appellant. Nam cum Sol cursu suo eo peruenerit, puta ad eius initium, D dies & nox æqua lance diuiduntur, accidit enim æquinoctiũ autumnale, quem admodum in Ariete uernum. Virgilius primo Geor.

Virgilius.

Libra die somnique pares ubi fecerit horas,
Et medium luci atque umbris iam diuidit orbem
Exercete uiri tauros.

Mar. Mani. Et Marcus Mani. libro 3, ca. 1.

Libra, Ariesque parem reddunt noctemque, diemque. Legito plura supra.

Locus Ciceronis. Præterea hic locus Ciceronis explicandus est, qui libro secundo diuinationum sic scriptũ reliquit. Lucius Taurutius Firmanus Romam, in iugo cũ esset Luna, natam esse dicebat, per iugum hic libram accipito. Græci sane Scorpij priorem partem quæ libræ aptatur ζυγὸν dicunt, id est iugum. Nos Chelas appellamus. Ouidius primo Fasto. uocat brachia, cum inquit.

Octipedis frustra quærentur brachia Cancri
Præceps occiduas ille subibit aquas.

Natiuitas Romæ. Solinus. De natali urbis Romæ scribit Solinus cap. 2. in hæc uerba. Vbi tugurium fuit Faustuli, ibi Romulus mansitauit, qui auspicato fundamenta murorum iecit E duodeuiginti natus annos Christi Calend. Maias, hora post secundam ante tertiam, sicut Lucius Taurutius prodidit, mathematicorum nobilissimus, Ioue in Piscibus: Saturno, Venere, Marte, Mercurio in Scorpione. Sole in Tauro, Luna in Libra constitutis.

Iustitia cõmutatiua. Aristoteles. Cõmutationes. Deinde per Librã scriptam in Vniuersitatis lib. p allegoriam nobis accipienda est æqualitas in iustitia cõmutatiua seruanda. Cõmutatiua enim iustitia, ut Aristoteli 5. Ethi. placet, æqualitatem seruat in cõmutationibus inter duas singulares personas in proportione arithmetica, utputa tantũ sit pretium, quantum ualet res empta &c. Sunt autem cõmutationes etiam uoluntariæ, ubi amborum interuenit consensus, multiplices, ut emptio, uenditio, locatio, cõmodatio, mutuidatio &c. In quibus neglecta iustitia cõmutatiua, cõmittunt fraudes

Leuiti. 19. & doli fermè innumeri & usuræ &c. De iustitia cõmutatiua scriptũ est Leui. 19. Statera iusta & æqua sint pondera. Iustus modius & æquus sextarius. Cõtra

Esai. c. 59. Ouidius. de iniustitia scribitur Esa. 59. Concursum est retrorsum iudiciũ, & iustitia longe stetit, & corruit in plateis ueritas, & æquitas non potuit ingredi. Ouidius describens ferream ætatem in qua nos uersamur, ad propositum sic cecinit. F

De duro est ultima ferro.
Protinus irrupit uenæ peioris in æuum
Omne nephas, fugere pudor, uerumque, fidesque.
In quorum subiere locum fraudesque dolique
Insidiæque, & uis, & amor sceleratus habendi. Et infra.
Viuitur ex rapto, non hospes ab hospite tutus.
Non socer à genero, fratrum quoque gratia rara est. Et iterum infra.
Filius ante diem patrios inquirit in annos,
Victa iacet pietas, & uirgo cæde madentes
Vltima cœlestum terras Astrea reliquit.

Scorpius octavum signum. Hic sane à Ioue inter astra illatus est, q cum Orion uenaretur, & in eo exercitissimum se esse cõsideret, dixisse etiam

Latona mater Dianæ. Dianæ, & Latonæ, se omnia, quæ ex terra oriuntur, interficere ualere, ob cuius loquacitatem Terram permotã Scorpionem eduxisse, qui Oriona percussit & occidit. Iouem autem utriusque animum admiratum, Scorpionem inter astra collocasse, ut species eius hominibus documento esset, ne quis eorum aliqua re sibi nimium confideret. Dianam autem propter studium Orionis à Ioue, ut ibi illi

A illi beneficium daret petenti, quòd ultro terræ tribuisset, itaque Oriona in cœlum constitutum, ut cū Scorpio oriente Orion occidat. Hæc metrice sequitur.

Salsus Orion dum sternit humi
Lustra ferarum intrans, omne genus
Quadrupedum, Latonam alloquitur.
Germinet optatum seminibus
Terra potens, percussum iaculo
Occidet hoc forte, quicquid erit,
Talia uix fatus, cum ira solum
Protulit ignitum scorpium habens.
Et modo tantas uires rapitur
Morsibus, & uili morte cadit
Transtulit hunc cœlo cunctipotens
Mens hominum fidat ne nimium.

Scorpio dicitur herba, nomen accepit quòd semen habet ad similitudinē cauī de Scorpionis, folia pauca, ualet aduersus animal nominis sui. Testis Plini. lib. 22. ca. 25. & in multis alijs locis. Est & Scorpius Piscis marinus Plini. 32. cap. 7. Et B bis parit in anno. Idem lib. 9. ca. 51. Eius in medicinis usus legitur apud eundem Scorpius animal terrestre, de quo hic tractatur, de quo Plini. lib. 11. ca. 25. uermiculi sunt ouorum specie, pariunt, similiterq; perimunt, semper cauda in ictu est, nulloq; momento meditari cessat, ne quando desit occasioni, ferit obliquo ictu & inflexu. Gemini sunt nōnullis aculei, & mares sæuissimi. Veneno oībus medio die cū incanduere Solis ardoribus. Itemq; cū sitiūt Cōstat & Septena caudę internodia sæuiora esse, pluribus. n. sena sunt, homini icto putaī esse remedio ipsorū cinis potus in uino, aut oleo mersus. Verum Plini. plura ponit remedia contra morsus Scorpionum, quem lege. Est & Scorpio cœleste signum, de quo pluta Iul. Fir. lib. 2 capite 12. ubi habet, quòd sit signum falsidicū, debileq;, Domus Martis, & significet medicos fictos & indoctos.

Scorpius herba. *Scorpius piscis.* *Scorpius animal terrestre.* *Scorpius signum.*

Fabula ipsa satis in[illegible] at [illegible] Scorpius sit collocatus inter astra, Cū dicit, ut species eius h[illegible] esset &c. Aduertendū hic, quòd magnanimitas est quasi fortitudinis pars, [illegible] est spontanea difficiliū aggressio. Dicitur ergo magnanimitas quasi magnorū [illegible] ad magna animositas, maxim[illegible] autē quod in usum hominis inter exteriora uenit est honor. Hunc. n. deo adhibemus C nihil maius habentes. Honor insignū uirtutis exhibetur. Is aūt cui Honor exhibetur, excedere potest, aut deficere, aut medio modo se habere, & tunc magnanimus appellaī, qui magnis honorib[illegible] ob magni[illegible]dinem donorū dei uel uirtutū dignus est, significat se & qua[illegible] [illegible] [illegible]imus [illegible] cōsiderat is donis dei, ad pfecta uirtutis opera tendit, & honores [illegible] talium exhibitos non respuit. Difficile est & laboriosum tenere mediū huius uirtutis, a quo quis facile deuiat, puta per præsumptionē, de qua Aristo. 4. Ethi. præsumptuosus. n. ad maiora tendit, quàm sibi couenīat, aut quærit honorari ex bonis fortunæ, quibus proprie honor nullus debeī. Ambitio. s. honoris & laudis imoderata cupiditas. Ambitiosus. n. amat primos accubitus in conuiuijs. Inanis gloria de qua Tul. Offi. quæ quærit in rebus huius mundi prosperis & iucundis. Paulus ad Gal. 6. nō efficiemini inanis gloriæ cupidi. Inde etiā orit iactantia. Iactator. n. maiora de se uerbis & factis fingit, q̄ sint in eo aut propter gloriā aut lucrū &c.

Magnanimitas.

Sagittarius nonum signum. Fabula apud Hyginum, Sagittarium dicunt nonnulli esse Crocum Euphenes Musarum nutricis filium. Vt ait Sostenus, eum domicilium in monte Helicone habuisse, & cum Musis solitum delectari, nonnunquam etiam studio uenationis exerceri. Itaque pro

merita diligentia magnam laudem assecutum. Nam & celertimum in syluis & acutissimum in Musis factum esse. Pro quo studio petisse musas à Ioue ut in aliquo astrorum numero deformaretur. Itaq; Iouem fecisse, ut cum omnia illius artificia uno corpore uellet significare, crura eius equina fecisse, quòd equo multum sit usus, Sagittas pro ingenio adiunxisse, ut ex his & acumen & celeritas esse uideretur. Caudam Satyricã in corpore fixisse, quòd nõ minus hic Musis, quàm Liber Satyris sit delectatus. Versus huius fabulæ. D

Crotus erat musis charissimus, elegantiori
Ingenio, atq; sequens animalia feruido labore
Puluerulentus equo, quæ fortibus obruens sagittis:
Castalidum crescens in amore, placebat ampliori
Virtutum cumulo, non carminis & politiore
Descripti rythmo usus defuit, & lyram sopitis
Corporibus placidæ requiei causa, per alta montis ibat,
Parnasi tundens digitis, caua saxa replicabant.
Dulcisonas uoces. Quid? Talia uirgines docebant.
Hæ tandem orassent cum numina Iupitris, nitenti
Sydere uestiret Crotum. Faciam inquit, & beatus E
Hospitium semper dicetur, & altior tonantis
Aula, polo his dictis hunc transtulit, utq; nota cunctis
Redderet arma, quibus ualuit, dedit arcum, equina membra,
Ingeniiq; aciem referentia robora in sagittis.
Et caudam Satyri, quo gaudia non minora Musis
Iuuat ex Croto causari & Arcades solebant
Quàm quæ capripedes dare saltibus ebriis Lyco.

Macro. de Sagittario.

Macrobius libro primo Saturnalium sic de sagit. scripsit. Sagittarius, qui omnium zodiaci domiciliorum imus atq; postremus est, ideo ex homine in ferã per membra posteriora degenerat, quasi postremis partibus suis à superis in inferna detrusus. Sagittam tamen iacit, quod indicat tunc quoq; uniuersorũ constare uitam radio solis uel ab ima parte uenientis. Iul. Fir. lib. [illegible] ca. 12. Sagittariũ ponit signum esse pulchre uocis, ueridicum, domum Iouis, & significare omnia loca irrigua, montes, & hortos, & quicquid in se aliquid amœnitatis continet. Idem item lib. 5. ca. 1. Quòd si in sagittario horoscopus fuerit, is plurimas artes & disciplinas consequetur, eritq; cordatus, ingeniosus & omniũ rerum scius. F

Iuli Fir de Sagittario.

Musæ quid Proclus. Iupiter Mnemosyne.

De Musis hic paucula annectere libuit. Proclus Diadochus in Hesiodicis enatrationibus, scribit Musas ideo tradi Iouis filias & Mnemosynes, quòd ad præcinctũ literaria uelut palestra tendentem, necesse sit intelligendi percipiendiq; potestate, atq; item retinendi precipue pollere & per Iouem significari cui attribuitur intellectus. Et per Mnemosynem: Memoriam à μνήμη uocabulo memoriam significante. Sunt igitur Musæ intellectus & memoria. Est aũt Memoria necessarium maxime uitæ bonum, & thesaurus eloquentię, ac tanquam lumen aliquod. Hanc in seipso eatenus florenter excelluisse scribit Seneca, ut non ad usum modo sufficeret, sed ad miraculum usq; procederet. Nam duo milia nominũ, inquit, recitata, quo ordine erant dicta referebam. Ducentos quoque uersus ab ultimo incipiens recitabam.

Memoria necessaria.

Seneca

Docilitatis partes memoria, oxytes, anchinœa.

Docilitatis sanè partes, ut ex Græcis tradunt aliqui, tres uidentur. Anchinœa, Memoria, Oxytes. Est aũt memoria eorum, quæ quis didicit, cõseruatio. Oxytes mentis intelligitur celeritas. ἀγχίνοια, id est, solertia ubi ex his quæ didicimus, etiam quæ non didicimus, uenamur.

Fons Lethe Mnemosynes.

Fingũt ueteres apud Trophonii specum fuisse fontem qui dicebatur Lethe cuius

A cuius aquam hauriebant descensuri, ut omniũ irreperet obliuio. Rursus & al-
teri erat, quem Mnemosynes, id est, memoriæ uocabant, ut hausta inde aqua o-
mnium recordarentur, quæ uidissent.

Fingunt præterea poetæ Musas ducere choreas. Volunt Platonici deũ opt. Musarum choreæ.
maximum teriam, tanquam chorum aliquem, diuini templi medium constitu-
isse. Nam cum mundum (ut Platonici uolunt) ubique construeret rationis ple- Platonici.
nissimum, quo clarius suũ referret authorem, in sphæra qualibet uiuentia ple-
raqúe collocauit, quæ non templum modo redderent excultissimum, sed sum-
mi opificis laudes assidue concinerent. Quod ipsum humanas itidem mentes
in meditullio positas facere uoluit. Hic igitur est illa ueteribus celebrata chorea
Musarum, quę ad Apollinis ipsius imperium recinit perpetuo, saltatq́. Ipse ue-
ro, ut ait Orpheus, Cœlum uniuersum cithara temperat canora. Apollo uero Orpheus.
hic alius non est, quàm deus, quem uniuersalem uocat Pythagoras, dictumq́ue
uult, quasi ἁπλόον, id est, simplicem ac unum. Vt aũt humana mens ipsius sum-
mi opificis laudes recinere & cælebres choreas ducere posset, dedit homini La- Labia & lingua.
bia & Linguã. Labia profecto, quę in homine præsignem ab cœteris rationem
habent, in brutis quippè dentium modo hæc tegumenta sunt, at nobis etiam in
B loquendi necessitate mirabile suggerunt adiumentum, indéque mollia, carno-
saq́ue ab rerum natura effictа sunt. Vt enim humana lingua duplici fungitur Humana lingua duplex habet offi.
officio aut munere, conceptus animi enuntiãdo, & saporum uim præsentien-
do, propterea q́ue ab cæteris disparatur, nec similis est, ita nec in labijs simplex
functio est, sed dentes quidem cum decore cõtegunt plurimo, tum locutionem
pręstant magis articulatam. Ea nanq́ue cõflatur ex literis, quarũ enuntiatione
plurimum obturbata, detruncata nec intelligibilis præstaretur, nisi ad hanc ra-
tionem labia, linguamq́ue conformasset artificis infinita prudentia. Eleganter
Apuleius dixit, Os hominis esse animi uestibulũ, orationis ianuam, cogitatio- Apuleius.
num uero comitium. Maxi. & opti. deus homini dedit linguam, incomparabile Lingua incomparabile donũ.
donũ, in quo sua bonitas infinita, inæstimabili munificentia nos, ut legitimos
filios est amplexata. Huius incomparabilis doni usus hic missos facio, pręter id
ut habet diuus Ambrosius in Hexameron, quòd lingua loquentis plectrũ est, Ambrosius.
qua omnis diuinæ maiestatis amplitudinem & sapientiam tuba clarius recine-
re debet & eius laudes iugiter decantare. Et ideo necessaria est laus oris, nõ qui-
dem propter deum, sed propter ipsum laudantem, cuius effectus excitatur in
C deum, ex laude ipsius. Iuxta hunc Dauidis uersiculum. Sacrificium laudis ho- Dauid.
norificabit me, & illic iter, quò ostendam illi salutare dei. Et inquantum homo
per diuinam laudem affectu ascendit in deum, in tantum per hoc retrahitur ab
his quæ sunt contra deum Esai. 48. Laude mea infrenabo te, ne intereas. Pro-
dest etiam laus oris ad hoc, quòd aliorum affectus prouocetur in deum. Vnde
in Psal. dicit. Semp laus eius in ore meo, Et subditur. Audiẽt mansueti & læten-
tur. Magnificate dominũ mecum &c. Adstipulantur ad nostrum propositum
stellæ nostri Sagittarij, quarum nõnullæ sunt de natura Iouis & Mercurij, qua Stellæ Sagittarij.
rum teste Iul. Fir. libro sexto capi. sexto, significatio decernit maxima religio-
nis insignia, legisq́ue peritum reddũt. Est autem laus dei religionis actus, ut do-
cet Sanctus Thomas, secunda secundæ, Quæst. 91. Collibuit tandem his iunge- Mirum de psittaco.
re insigne miraculum nostris uisum temporibus. Psittacus fuit Ascanij cardi-
nalis Romæ, aureis numis centum comparatus, qui articulatissime, con-
tinuatis semper uerbis, Christianæ ueritatis symbolum inte-
grum pronuntiabat, perinde ac uir peritus enuntia-
ret. Id præclarum & dictu rarissimum
est. Qui habet aures audiat,

♑ CAPRICORNVS decimum signum. De eo Hyginus hanc recitat fabulam, Aegyptij sacerdotes & nõ nulli Poetæ dicũt, Cum plures dij in Aegyptum conuenissent, repente uenisse Typhona acerrimum giganta, & maximum deorũ inimicum, quo timore permotos deos in aliã figuram se cõuertisse Mercuriũ factum esse Ibim, Appollinem auem, quæ Threicia auis id est grus, Dianã cato assimulatã, quibus de causis Aegyptios ea genera uiolari nõ sinere demonstrant, quòd deorum imagines dicuntur. Pana autem in flumen se deiecisse, & posteriorem partem effigem Piscis, alteram uero Hirci fecisse, & ita à Typhone profugisse, cuius cogitatum Iuppiter em admiratum, effigiem eius inter sydera fixisse. Metrice sic exponitur. D

Olim Niliferis partibus, deorum
Sancta cohors aderat, cum gigas nephandus
Typhon insidias omnibus parauit.
Huic inimicitiæ, maior & simultas
Cum dijs & summo perstitit tonante.
Pan deus Archadiæ cum uideret omnes
Per formas uarias in fugam coactos
Fit Caper & Piscis, perfidumq; lusit. E
Ingenium cuius Iupiter stupendum
Admirans astris fulgidis decorat.

Capricornus cœlestis. Solstitiũ quando. Aug.

Capricornus cœlestis signũ est zodiaci, ad quod cũ sol motu suo adierit causat solstitium brumale. Et hoc accidit nostra tempestate 11. aut 12. die decembris quod tempore natalis Christi fuit ad 25. diem eius, de quo plura utiliter scribit diuus Augustinus sermo. 12. 13. & 18. de natiuitate christi.

Macro.

De Capricorno Macro. lib. 1. Sat. sic. Capricornus ab infernis partibus ad supera solem reducens, capræ naturam uidetur imitari, quę dum pascitur, ab imis partibus semper prominentium scopulorum alta deposcit.

Iuli. Fir.

Iulius Fir. lib. 5. ca. 1. Si in Capricorno horoscopus fuerit inuentus, amicis puro excibit, id est, commouebit amicitiam semper affectu, erit subdolus, lætus & qui, cum nihil desit ad uitæ subsidium, tamen peregrinetur, & quibus uitæ alimenta præstiterit, ipsi existant semp ingrati, erit amabilis, parui animi. Ac digitis longis & prolixis semper precibus molestus &c. F

Macro.

Asserit Macro. animas per Capricornũ in cœlum reuerti, quod dictum tanquam inuolucrum supra de Cancro elucidauimus.

Caper, Capricornus Hircus animal describitur. Isidorus. Sanguis hirci mollit adamã. Plinius.

Caper, capricornus aut Hircus pro animali. Est autẽ Hircus ex lib. de naturis rerum capræ mas, animal bellicosum, animosum & robustum. In fronte autem illi & cornibus est maxima fortitudo. Isidorus, Hircus est lasciuum animal & semper feruens ad coitũ, cuius oculi ob libidinem in transuersum respiciunt. Huius animalis natura adeo calidissima est, ut adamantem lapidem, quem nec igni nec ferri materia domare ualet, solus huius cruor dissoluat atq; molliat. Plinius lib. 28. ca. 9. de Hirci sangnine sic scribit. Hircorum sanguini tanta uis est, ut ferramentorum subtilitas non aliter acuatur, aut indiretur, aut scabricia poliatur, uehementiusq; quàm lima. Idem Plini. eodem lib. ca. 13. Primum omniũ rabiem Hircorum si mulceatur barba mitigari.

Homies olent ut Hirci, in ætate quæ sufficit Veneri.

Homines qui rem Venereã agunt, aut qui ætate sunt quæ sufficiat Veneri male olent, hoc est, odorem Hirci reddũt, huius ratio. In actu Venereo non solum emittitur semen, sed etiam spiritus &c. In pueris autem non fit huiusmodi odor, quoniam puerorum spiritus humorem & sudorem cõcoquere potest & consumere, Virorum autem nequit, proinde sunt in his humiditates crudæ, indigestæ, ac ad corruptionem procliues, Ideóque sudores eorum & resoluti hinc

fumi

A fumi grauiter olent, neque enim calor latenter cõsumit, ut in pueris, sed extrudit potius & uapores cõtrar, idque in alis præcipue, atque inguinibus &c. Inde eruditi putant pueros dici Hirquitallos, ubi primũ ad utilitatem accedunt. Hirquitalli. Fitque Venereorum appetentia opportuna, ex hircorũ libidine aut odoris in-

In Prouerbio est, hircos pati facile ipsis intuentibus fœminas (suauitate. Hircos pati facile. inuri, omninoque, quod dicitur, fusque deque ferant. Ego eos taxo, qui cõniuent & dissimulant se non uidere, cum eorum fœminæ cum alijs rem carnis agunt, quos uoco Coniectores, gutemenlin, Eslichholer.

Posset per Capricornum hic fumi allegoria ethica & liberalitas intelligi, tran (seo tamen.

AQVARIVS VNDECIMVM SIGNVM. Hunc complures Ganymedem esse dixerũt. Troili regis Troianorũ & Callirrhoes filium, qui cũ in Ida monte uenaretur, ob nimiam pulchritudinem à Ioue adamatus, & per Aquilam parentibus raptus, inter astra est collocatus & deorum minister factus existimatur. Deinde Aquarius dictus est, quòd undas funderet. Hunc Nigidius Hydrochoon appellat. De quo Catullus de Coma Berenices, Protinus Hydrochoi fulgeat Oarion. Versiculi Thomæ Rhadini. Hydrochoos.

B Altisonans Iuppiter
Ardebat Ganymedis amoribus,
Qui forma superando iuuenculos
Iliades floruit.
Vnguibus hunc intulit
Cœlo prima auium faciem Iouis
Dum atris penna coloribus occulit,
Vt superis pocula
Ponat in alto æthere,
Fulget syderibus radiantibus,
Largo munere amantis, ubi omnia
Fœlicibus secula
Officijs transit

Aquarios legimus nuncupatos hæreticos quosdam, qui aquam offerebant solam in calice sacramenti, de quibus in Iure ponti. 24. q. 3. ca. quidam hæretici. Et totum caput ipsius Isidori libro octauo Ethimo. Aquarij hære.

C Apud Ciceronem in epistolis fami. à Cœlio cõcinnatis, uidentur esse Aquarij, qui aquam circumferunt uenalem. Nisi ego (inquit) cum Aquarijs & tabernarijs pugnarem. Aquarij.

Sunt & Aquarij, qui publicis aquis præficiuntur, hi quandoque dicuntur aquarũ curatores, possunt etiam uocari Castellani. Iulius Frontinus, Aquariorum fraudem nominat, quos aquas ex publicis ductibus in priuatorum usum deriuare deprehenditset. Et Aquiminaria: uasa apud Pomponium iureconsultum dicunt, ut sint ad abluendas manus instrumenta. Aquarioli dicuntur qui uxoris stupra æquo animo ferunt. Aquarioli.

De Aquario cœlesti signo, scribit Ouidius primo Fasto. Aquarius signum cœle. Ouidius.
Hæc ubi transierint, Capricorno Phœbe relicto
Per iuuenis curres signa regentis aquam.

Iul. Fir. Aquarius est signũ pulchre uocis, domus Saturni, significat loca fluentia, atque irrigua, fontes, maria, loca, montesque. Principes quoque callidos, dolosos, uersipelles, uates demũ, magos, sophistas, mantios & tabellarios, siue cursores. Macro. 1. Satu. Aquarius nõ ne ipsam uim solis ostendit? unde enĩ imber caderet in terras, nisi solis calor ad supera traheret humorem? cuius effusio pluuialis est copia. Iul. Fir. Macrobius.

Solis ingressus in Aquariū. Apud ueteres ex sententia Plinij, Ouidij, Porphirionis, Collumellæ, sol ingressus est Aquarium 16. calen. Febru. Hoc est 17. die Ianu. nostro tempore ingreditur 4. Idus Ianu. Hoc est 10. die Ianu. In hoc signo sole constituto horrendæ tēpestates & ingentia frigora esse solent, authore Por. Quare Hor. Aquarium aquæ tyrannum uocat. D

De Aquarum diuersitate, differentia, colore, sapore plura legitis apud Aristotelem, Vitruuium, Plini. Solinum & Pomponium &c.

Per Aquarium allego, accipitur ἐπιείκεια uirtus, latine æquitas dicta.

♓ PISCES SIGNVM duodecimum. Fab. ex Hygino. Pisces diogenites erit. Brachus ait quodam tempore venerem cū cupidine filio in Syriam ad flumen Euphratem uenisse, & eodem loco repente Typhonem gigantem, de quo supra diximus, apparuisse. Venerem autem cum filio in flumen se proijcisse & à gemellis piscibus suscepti, & ibi figuram piscium forma mutasse, quo facto periculo liberatos fuisse. Qui sanè pisces à merito translati feruntur in cœlū. Itaque postea Syros, qui his locis sunt proximi, destituisse pisces esitare, quòd uerea ntur eos capere, ne simili causa deorum præsidia impugnare uideantur, aut eos ipsos captare. Est autem unus ex his Boreus, id est, magis à zodiaco uersus septentrionem expositus, attingens Andromedæ brachium. Alter Notius, aut meridianus. Non intellige lector, quòd sit collocatus uersus meridiem à linea eclyptica, sed dicitur Notius respectu piscis Borei, eo quòd plus uergit uersus meridiem, sunt tamen per colligaturam atque caudis iuncti. B

Piscis Boreus Notius.

Huic fabulæ adhærent hi uersiculi.

Cum venus nato sociata flumen
Visere Euphratem cupiens, per amplum
Incederet alueum,
Typhona uidet grauem.
Horruit flaui capitis capillus.
Nate, qui uirtus mea semper extas,
Hostis noster (inquit) adest nephandus,
Ni sit fuga, pessimus
Interficiet nos.
Conciti intrant æquora, mutuata
Adiuuat piscis geminos figura.
Quos, pro bene præstito,
Circumdedit ignibus. F

Pisces signum zodiaci. Ouidius. De signo piscium Ouidius 2. Fast. abunde fabu. etiam recitando tractat, Incipit enim.

Iam leuis obliqua subsedit Aquarius urna,
Protinus ætheréas accipe piscis aquas &c.

Sol intrat pisces. Iuli. Fir. Ingreditur autem sol Pisces, secundum Ouidium, 15. calend. Martij, id est, 15. die Febru. Nostra tempestate 6. aut 5. Idus Febru. id est, 8. aut 9. die Februarij.

Iuli. Fir. Pisces sunt in cœlo, signū fœmi. duplex, humidū, aquosum, sed unus Piscis ad austrū fertur, alter ad Aquilonem. Domus Iouis, significat loca ruinosa, humida, Piscatores etiam & nautas.

Macro. Macro. lib. 1. Sat. In ultimo ordine zodiaci Pisces locati sunt, quos cōsecrauit Soli nō aliqua naturæ suæ imaginatio, ut cætera, sed ostentatio potentiæ syderis, à quo uita non solum aëreis terrenisque animalibus datur, sed illis quoque quorum cōuersatio in aquis mersa, uelut è cōspectu solis exulat. Tanta est uis solis ut abstrusa quoque penetrando uiuificet.

Hic de

A Hic de piscibus uaria & miratu digna addenda essent, sed remitto lectorem ad Plini. lib. 9. & decimum.

Duodecim signis uniuersalibus zodiaci imaginibus absolutis. Venio ad textum Procli, ubi scribit. In his duodecim, stellæ quædam sunt, quæ ob quasdam quas referunt notas, proprias appellationes meruerunt, siquidem sex numero quæ in Tauri dorso uisuntur, Pleiades nominantur.

Pleiades igitur, siue Atlantides, aut Vergiliæ, ex eo quòd in cœlo sunt cognitu facilimę, ab innumeris ferè prędicantur. Poëtæ eas nõ tacent. Virgi. 1. Aeneidos, & primo Georgi. Ouidius in pluribus locis. f. 3. Fasto. Et idem 5. Fasto. Et item primo de Ponto epistola ad Seuerũ. De iisdem Aratus in Phœno. Et post, Germanicus Cæsar, Rufus Festus. Bassus poeta in cõmen. in Ger. Mar. Mani. lib. 5. Item Hyginus lib. 2. & tertio de Tauro, Et de his sæpius Plini. lib. 18. ca. 24. 25. 26. 27. 28. 29. & 31. Et in sacris literis, scilicet, Iob 38. ubi diuus Grego. & S. Thomas cõmentando plura scribunt. Item Beda in libello suo de stellis. Et Ptole. de iis tracta. 1. quadri. cap. 9. Scriptores de Pleiadibus.

Sunt præterea harum stellarum hæ nomenclaturæ.

Athorace Ptole. lib. quadri. tract. 1. ca. 9.
Athoraye, Hali Aben Ragel.
B Pleiades, Plyades.
Atlantides.
Vergiliæ.
Vestis institoris, lege Plini. li. 18. c. 25.
Massa.
Gallicia.
Biurio.
Septistellium.

Harum interpretationes lege supra, Item & earũ nomina ex Arato recepta.

Hyginus lib. 1. cap. de Tauro sic scriptum reliquit. Eas stellas nostri Vergilias dixerũt, quòd post uer exoriuntur. Et hæc quidem ampliorem cæteris habent honorem, quòd earũ signo oriente æstas significatur, occidente autem hyems ostenditur, quod aliis non est traditum signis. Alludit Plini. lib. 18. cap. 29. Hyginus. Vergiliæ. Plinius.

Namq; Vergiliæ priuatim attinent ad fructus, ut earum exortu æstas incipiat, occasu hyems, semestri spatio intra se messes, uindemiasque & omnium maturitatem complexæ. Ad idem Rufus Festus, de Pleiadibus. Rufus Fest.

Nec minus arenti cum crine attollitur æstas
Er cum cana comas redit anno bruma rigenti.
Tempora designant, nam si se gurgite tollunt
C Vergiliæ, curuas in flaua noualia falces
Exercere dies, si condunt; æquore flammas
Tellurem presso proscindere tempus aratro

Pro horum intellectu conuenendum. Nostra tempestate stellæ Pleiades sunt in 22. & 23. gradu Tauri supremæ sphæræ, quæ Ptolemæi fuere in 1. & 2. gradu eiusdem Tauri. Coniungitur autem Sol quotannis iisdem 3. & 4. die Maij, postea diebus sequẽtibus, propter recessum Solis à Pleiadibus, dicunt oriri Heliace. i. ante Solem & tunc incipit æstas præambula aut initialis, de qua loquntur omnes cõmemorati authores, & insuuenit nostro tempore circiter 7. 8. 9. aut 10. diẽ Maii, uel, ut nouitius satisfaciam cũ Sol ingreditur Geminos. s. nostro tẽpore 11. die Maii. Habes igit̃ iuxta authorũ mentem, q̃ Pleiadibus Heliace exorientibus incipit æstas præambula aut initialis & quo id nostro tempore fiat. Pleiades in quo signo. Cõiunctio Solis cum Pleia.


Scito quòd quadruplex est æstas. Præambula, de qua iam disseruimus. Vera siue Astronomica, cũ Sol intrat Cancrũ, nostro tempore die 12. Iunii. i. proxima die post Barnabæ. Aestas adulta aut robusta, cũ Sol ingreditur Leonẽ, circiter 13 diẽ Iulii, ipsa die diuæ Margarethæ uirginis. Et æstas declinans quæ principiũ autumni præambuli, cũ Sol intrat uirginem ad 13. diem Augusti ubi Hippolitus martyr. Quadruplex æstas.

Præterea Pleiadũ occasus principiũ dat hyemi (intellige præambulæ). Attende cũ Sol suo cursu peruenerit ad 22. & 23. gradum Scorpii, Pleiadũ occasus.

quod accidit nostro tempore 5. & 6. die Nouembris, tunc Sol directe opponit D
Plyadibus, & hoc contingit in Semissi .i. in sex mensibus, hoc est, in semianno,
tunc Sole mane oriente Pleiades occidūt, & ad hos dies uel circiter, puta 5. 6. 7.
8. 9. 10. die Nouemb. uel, pro nouitiis, circa festū Martini incipit hyems initialis

Quadruplex Hyems. Scitoq; q quadruplex est Hyems, Præambula, iam de- (siue præambula.
terminata. Vera siue Astronomica, cū Sol init Capricornū 11. uel 12. die Decem-
bris ante festū Luciæ. Robusta aut adulta, quando Sol ingreditur Aquariū. s. cir
citer 9. diem Ianuarij. Et tandem declinans, initium ueris præambuli, cū Sol in-
Pleiades natura. grediutur Pisces die 8. ferè Februarij. Nec id prætereundum censeo, stellas
Prole. has esse de natura Martis & Lunæ, quod plane indicat Ptolemæus tract. 1. qua.
De oculis non curandis ca. 9. Quo fit, quoties Luna illas ipsas adierit omnis oculorū curatio est prohibi
ta. Testis est Hali Rhodan eodē tract. & ca. inquiens. Omnes Astrologi sunt cō-
Rhodan. cordes, quòd stellæ, quę habent complexionē Martis & Lunę, abscindunt pro
priè uisum, & hoc esse dico propter magnam cōtrarietatem, quæ est in hac uir-
Prolemeus. tute. Nota tu medice. Ptolemæus 7. dict. Alma. uerificauit dumtaxat qua-
Pleiadum stellæ quę in Tauro. tuor stellas Pleiadum & sunt in ordine stellarum Tauri 30. 31. 32. & 34. Idem sen-
Alphon. tit Alphonsus. Stellæ etiam Pleiadum sunt in mansione tertia Lunæ quę ab eis E
Hali Rho. nomen habet Athorayæ, de qua plura Hali parte septima cap. 101.

De Pleiadū positione. De positu harum stellarum uariæ sunt sententiæ, quas lege supra.

Miū de Pleiadibus. Tandem arcanum ualde hic Theologicū aperiendum est, Christo ad horam
sextam pendente in cruce, facies eius quam angeli uidere desiderant, fuit uersa
in orientem, & iam Sole obscurato & factis tenebris super uniuersam terram,
Orosius. de quibus Paulus Orosius ad Aurelium Augusti. lib. 7. ca. 3. sic. Eodemque ad
horam diei sextam Sol in toto orbe obscuratus, tetraque nox subito terris obdu
cta est, & sicut dictū est. Impiaq; æternā timuerunt secula noctem, & stella tunc

diurnis horis, uel potius in illa horrēda nocte toto cœlo fulsisse referat. Stetit igi
tur Aries supra caput nostri redemptoris. In quo Sol, ut supra diximus. Eodē mi
rificè obtulit se nostro saluatori Vniuersitatis liber. Obtulerunt enim sese Pleia
des existentes tunc in principio ferè Tauri. Versus eius dextram, partim ad me
ridiem & partim ad orientē. Dic obsecro, quid hæ stellæ redemptori nostro ob-
Ioan. 12. latæ significabant? profecto id quod idem dixit Ioan. 12. Ego, si exaltatus fuero
Augustinus a terra, omnia trahā ad meipsum. Vbi Augustinus sic scribit. Quòd Christus
hæc retulit ad naturæ integritatem, id est, spiritum, animū & corpus, & id quo F
uisibiles & contrectabiles sumus, qui enim dixit, capillus capitis uestri non
Septenarius numerus. peribit, omnia trahit post se. Septenarius enim numerus Pleiadum, maxime cō-
uenit homini. Testis est Aulus Gellius libro tertio, capite decimo. Hunc domi-
Macrobius. ni Theologi uocant numerum Vniuersitatis. Quem Macrobi. libro primo, de
Augusti. Somnio Scipionis uocat plenum. Accedit pulchrè Augustinus libro undeci-
mo, ca. tricesimoprimo, ubi inquit, Septenarius numerus pro cuiusque rei uni-
Prouerb. 24 uersitate ponitur. In exemplis Prouer. uicesimoquarto. Septies in die cadit iu-
Psalm. 118 stus, & resurget, quotienscumq; ceciderit. Et Psal. 118. Septies in die laudem di-
Lucæ 7. xi tibi. Id Psal. 33. exponit, semper laus eius in ore meo. Ad idem Lucæ septimo,
Virgi. de Maria Magdalena. Et Virgilius primo Aeneidos.

O ter quaterque beati,
Quis ante ora patrum Troiæ sub mœnibus altis
Contigit oppetere.

O ter quaterq; .i. oīno & prorsus, hæc omnia de se-
ptenario numero homini applicato, designant septē stellæ pleiadū Christo iam
iam pro redemptione humani generis laborante, quasi dicerent totum liberabis

Inter has stellas: Maia siue Mæa ab oībus proclamat ueneranda, (hoīem.
pudica, sancta, à Tullio sanctissima, egregiè significat beatissimā uirginē Mariā
matrē Christi sub cruce pudice & ueneranter stantem, unà cū alijs mulieribus.

Sequitur

A SEQVITVR IN PROCLO. QVINQVE VERO QVAE IN CAPIte Tauri cernuntur Hyades dicuntur.

Hyades

STOEFLERI INTERPRE.

Hyades. Varia earum nomina.

ANimaduertendum Hyades stellas inter particulares imagines recenseri, continentur enim in Tauro imagine uniuersali, habentque apud authores uarias nominationes. Appellātur enim Hyades, Succulæ, Palilicium sydus & Parilium.

Scriptores. Hyginus. Pherecydes. Museus. Aratus.

Scriptores de his hi sunt. Hyginus lib. 2. & 3. de Tauro, Pherecydes Atheniensis aut Atheneus, Museus, Aratus in Phœno. qui in latinum uersus sic loquitur. Propè pedes autem Aurigæ cornutum expansum Taurum scrutare, atqui ei ualde consimilia indicia ponuntur. Quale ipsi caput interdistinctū est, neque quispiam alio argumento coniectauerit caput bouis, qualiter id ipsæ stellæ utrinque circumductę consigurant? Etiam crebro earū nomen memoratur, neque adeo incelebres Hyades, quæ s. per totam frontē Tauri sparsæ sunt &c.

Iul. Fir.

Iul. Fir. lib. 8. ca. 6. de claris syderibus cū Ariete orientibus &c. de Hyadibus in hæc uerba. In Ariete parte 27. oriūtur Hyades, quicumque in ortu huius syderis natus fuerit, inquietus erit, turbulentus, popularis, & qui plebem turbulentis semper seditionibus exagitet, eius animos clamosis, ac furiosis contentionibus inflammans, inimicus quietis & pacis, atque intestina & domestica bella,
B furiosa mentis cupiditate desiderans. Sed hinc uarij quæstus ex assidua solicitudine sæpe nascūtur. Facit etiā hoc sydus bubulcos, opiliones, armentarios, ouiumque pastores. Hucusque Fir.

Mar. Mani.

Consimilem habet sententiam Marcus Mani. lib. 5. ca. unico, sic canens.

Sed cum bis denas augebit septima partes
Lanigeri, surgunt Hyades. Quo tempore natis
Nulla quies placet, in nullo sunt otia fructu &c.

Germa. Cæs. Plinius.

Germanicus Cæsar de Tauro. Fronte micant Hyades.

Eas Plini. lib. 2. ca. 42. uocat Succulas. Et lib. 18. ca. 26. Hyades, Succulas, Palilicium sydus. Ubi sic scriptum reliquit. 14. Cal. Maij Aegypto Succulæ occidunt uesperi, sydus uehemens, & tetra mariq; turbidū (& post pauca) Hoc est uulgo appellatum sydus Palilicium, quoniā 11. Cal. Maij urbis Romæ natalis, quo ferè serenitas redditur, claritatem obseruationi dedit, nimborum argumento, Hyadas appellantibus Græcis has stellas. Quod nostri à similitudine cognominis Græci propter sues impositū arbitrantes, imperitia appellauere Succulas.
C Et idem eodem libro cap. 31. de Succulis.

Bassus.

De Hyadibus plura Bassus in Germa. capite de Tauro. Et idem de Aequinoctio fermè assimilem habet sententiam iam supra ex Plinio conscriptam, præter id quòd Palilicium sydus uocat Parilicium.

Ouidius.

Item de Hyadibus Ouidius 5. Fastorum, sic cantat.

Ora micant Tauri septem radiantia flammis
Nauita quas Hyadas Græcus ab imbre notat. Et idem in sexto.
Postera lux Hyadas Taurinæ cornua frontis
Euocat, & multa terra madescit aqua.

Idem de festis Palilibus lib. 4. de quibus in subditis dicetur.

Aulus Gel.

De ijsdem Aulus Gel. lib. 13. ca. 9.

Ethyma Hyades.

Secūdo loco de Ethymis horū nominū dicemus, & primo de Hyadibus. Pherecydes, teste Hygino li. 2. de Tauro, Liberi nutrices esse demōstrat nūero septē. Harū nomina sunt hæc. Ambrosia, Eudora, Padilæ, Coronis, Polisso, Phyleto, Thyone, à Ioue inter sydera cōstitutę. Hyades aūt appellatæ sunt, ut ait Museus, quòd ex Atlante & Hya Oceani filia, sint 15. filiæ procreatæ, quarū 5. Hyadas appellatas demonstrat, quòd earū Hyas fuit frater à sororibus multū dilectus, qui cū uenans à Leone esset interfectus, quinque, de quibus supra diximus, lamenta-

tionibus assiduis permotæ dicunt̃ interijsse, quare eas ꝙ plurimũ deeius morte D
laborarint Hyades appellatas. Tiro. M. Ciceronis libertus (authore Gel.) dixit eas ab ὕειν appellatas. Nam cũ oriuntur & occidunt, tempestates, pluuias, largosq́; imbres cieut. Pluere aũt græca lingua ὕειν dicitur. Hæc quidem Tiro in Pandectis. Ad Tironẽ accedit Bassus in cõmentarijs in Germanicũ de Tauro. Adstipulat̃ Plini. & Ouidius supra. Licet Gel. uideat̃ nõnihil dissentire. Addit & Bassus Hyades uocatas, quia in modũ literæ y positę sunt. Nõnulli recentiores asserunt Hyades dici ab ὕω græco uerbo, quod latine sonat pluo, Hyades. n.

Seruius. (ut Seruio placet) stellæ sunt in fronte Tauri, quæ cũ oriuntur & occidunt, plu

Virgilius. uias faciunt Virgilius primo Aeneidos.

Arcturum pluuiasq́ue Hyades, septemq́ue triones.

Succulæ Eas latini uocant Succulas, à Succo (teste Basso de æquinoctio) propter. n. ortũ & occasum cũ sole, multos succos, imbres, pluuias inducunt, ut testes sunt prædicti authores. Veteres Romani Græcas literas nescierunt & rudes Græcæ linguæ fuerũt, ut stellas quæ in capite Tauri sunt, propterea Succulas appellarũt, ꝙ eas Græci ὑάδας uocãt, tanꝗ̃ id uerbum latinũ Græci uerbi interpretamẽ rũ sit, quia grecè ὗς, sues latine dicunt̃. Hactenus Tiro. Inde ὑάδας. i. Succulas no E stri opici dici putauerunt. Sed ab eo quod est ὕειν appellantur lege supra. Decepti sunt igitur ueteres in similitudine cognominis. s. ὕειν & ὗς.

Palilicium sydus. Parilicium. Pales. Varro. Palilia. Ouidius. Parilia.

Palilicũ sydus. Scito, Pales pastorum & pabulorũ est dea, quam alij Vestã alij Matrem deũ esse uolunt. Cui sacra soluebantur postꝗ̃ Hyades uesperi, ut diximus, occidunt. 11. Cal. Maias, quamuis sint qui 12. Cal. ea tradiderũt celebrari. Et teste Varrone à Pale Palilia dicta sunt, ut à Cerere Cerealia Ouid. 4. Fast.

Nox abijt oriturq́; aurora, Palilia poscor Alma Pales faueas pastorũ sacra canenti
Non poscor frustra, si fauet alma Pales Prosequor officio si tua facta pio &c.

Pales igit̃ ut iam diximus, dea dicebatur pastorũ, cui festa Palilia, aut Parilia dicebantur. Sed quibus ritibus & moribus pastores Palilia peregerint, indicat Ouidius in quarto plurimis uerbis à uersu.

Pastor oues saturas &c. Et deinde. Et inter sacrificandum cõmen-

Ouidius. dabant se & greges obtutibus Deæ Palæ. Ouidius.

Pelle procul morbos, ualeant hominesq́ue gregesq́ue
Et ualeant uigiles prouida turba canes &c. legito.

Palilicium Sydus unde. Palilicium igitur sydus dictũ est primo à festis Palilibus pastorũ quæ (ut dictũ F est) peregerũt post Hyadum occasum. Secundo Palilicũ aut Parilicium, quia 11. Cal. Maii fuit natalis urbis Romæ, ut testant̃ Solinus, Sempronius, Plini, Bassus, uide supra de signo Libræ. Iuxta etiam illud Propertii in 4.

Vrbi Festus erat, dixere Palilia patres
Hic primus cœpit mœnibus esse dies

Tertio quòd is dies, quo serenitas reddebatur, lucẽ parere uideret̃. Ad hoc facit Plini. supra & Bassus de æquinoctio. Quarto ut author est Festus, pro partu pecoris Palæ sacra facerent Inde

Ouidius Parilia & Parliciũ Sydus. Hoc bene docet Ouidius cum inquit.

Suq́; salax Aries, conceptaq́ue semina coniunx
Reddat, & in stabulo multa siragna meo. Hactenus de Ethymis.

Hyadum numerus. Tertio contuendũ, quòd nõnulli numerant septem Hyades, alij tantũ 5. Qui septem recensent, sunt inter se diuersi. Verior tamen est hæc sententia (à qua Hyginus in 3. recedit) in facie & circa oculos Tauri sunt 5, & in locis ubi nascuntur cornua, sunt singulæ & sic sunt in numero septem Hyades ut uult Pherecydes & Ouid. Alij tantũmodo quinq; supputant, ut indicat Hyginus supra Excluduntur n duæ quæ sunt in radicibus cornuũ. Hæ sanè quinq;, ut Bassus docet sunt sitæ in modũ y literę Accedit Museus supra. Et Georgi. Val. qui stellas fixas Ptole. de Græco traduxit in latinũ, inquit. Earũ quæ in facie dictæ Hyades Et exponit quinq;. Tralator uetus qui ex Arabico eas latinas fecit, uocat has

De locatione earum. quinq; Aldebaran, & forsan idẽ ꝙd Hyades. Quarto de locatiõe harũ insignis & gra. & earũ latitu, ac magnitu. dicendũ est. Tẽpe Ptole, si nũerauerìs 5, Hyades in facie Tauri fuere

hæ in

A Hæ in Tauro 9.10.11.12.gradibus, habentes latitudinem meridianam. Et ex his 4.tertiæ magnitudinis,& una omnibus lucidior in australi oculo, quæ propriè dicitur Aldebaran, primæ magnitudinis, & sunt in ordine stellarũ Tauri 11. 12. 13.14.&.15. Quòd si 7. Hyades esse decreueris, adde iam dictis, eas quæ sunt in origine, uel eductione cornuũ, quarum una est in ordine 16. super originẽ cornu meridiani tempore Ptolemæi in Tauro 17. ferè gradu, latitudinis meridianę & quartæ magnitudinis. Reliqua est in ordine 20. super radicem cornu septentrionalis in Tauro 15. quasi gradu, latitudinis septẽtrionalis, & 4. magnitudinis. Nostro autẽ tempore 5. Hyades in facie Tauri sic se habent, undecima (ut iam dixi) in ordine est in Tauro 29. gradu. Duodecima in ordine in Geminis 0. gradu. Tertiadecima in Geminis 1. ferè gradu. Quartadecima lucida ex forma uecæra, & propriè Aldebaran, in Geminis 2. gradu. Quindecima etiam in Geminis quasi 2.grad. latitudinibus & magnitudinibus manẽtibus inuariatis. Quotannis igitur quando Sol hæc signa & gradus adierit, tunc coit corpore cũ Hyadibus, & hoc usuuenit nostro tempore 10. 11. 12.13. & 14. die Maij. Quòd si 7. numeraueris Hyades, 16. in ordine hodie est in Geminis 7. gradu 20. aũt in ijsdem 5. ferè gradu.

Aldebarañ stella.

Quinto notandæ sunt naturæ harũ stellarum, & sequor Ptolemæũ tracta.1. B quadri.cap.9. sic, Quartadecima in ordine fulgens & propriè Aldebaran dicta complexioni Martis assimulatur. Cæteræ uero habent complexionem Saturni & parum Mercurij.

Naturæ Hyadum.

Sexto & demum aduertito. Quinarius Hyadum numerus in facie Tauri, & libro Vniuersitatis exaratus, hominẽ Christianum, dei simulacrũ, in eius laudem iugiter excitare debet, ut cum Dauide dicat, Lauda anima mea dominum, laudabo dominum in uita mea, psallam deo meo, quamdiu fuero. Et hoc ob nobilitatem, dignitatem, ac potestatem ipsius numeri quinarij, de quo etiam in sacris literis crebro fit mentio. Is sanè numerus omnia cœlestia & terrena complectitur. Quinque enim uiuentium traduntur genera. Primum locum sibi uendicante deo, sequentibus dæmonibus. Deinde heroibus, quarto loco hominibus, & quinto brutis. Et potissimũ ex eo, quòd is numerus, qui diuinus censet, multipharìam in homine inuenitur, puta in manuũ pedumque digitis. Item ipsius humanæ animæ quinque sunt potestates, scilicet, uegetatrix, sensuum potens, concupiscibilis, irascibilis & rationalis. Rursus, omnia quæ sub sensum cadunt C quinario numero continentur. Vnde factum est, ut sensus dumtaxat quinque sint. Addo ego quinarium numerum uulnerũ & stigmatum nostri redemptoris, de quibus Paulus ad Gal. 6. de cætero (inquit) nemo mihi molestus sit. Ego enim stigmata domini Iesu in corpore meo porto. Quæ profecto bonus Christianus in corpore suo per afflictionem & in corde per ingem memoriam & gratiarum actionem portare debet.

Allegoria Hyadum.

Quinarij numeri dignitas.

Quinq; genera uiuentium.

Quinq; sensus

Quinq; Christi uulnera.

SEQVITVR IN PROCLO.

Stella uero quæ pedes Geminorũ præcedit, Propus quasi præpes uocatur.

Propus.

Hic obiter contuendum est, quòd stellæ fixæ sunt in duplici manerie. Non nullæ enim sunt, quæ intrant formas siue imagines, hoc est, seruiũt ad earum compositionem. Quemadmodũ supra diximus Arietis signum, formam aut imaginem habere 13. stellas, Tauri 33. Geminorum 18. Cancri 9. &c. eo quòd tot stellæ effigiant, aut figurant huiusmodi signum, aut imaginem, & dicuntur stellæ formarum. Sunt præterea, & passim aliæ stellæ extra aut circa formas siue imagines, nõ seruientes ad alicuius imaginis compositionem, aut figuratio-

STOEFLERI INTERPRE.

Propus.

nem, & appellantur stellæ extra formas, uel quæ non sunt in forma aut informes, ut sunt circa Arietem 5. Circa Taurum 11. circa Geminos 7. Est igitur Propus, de qua author, stella extra formam Geminorũ & informis, præcedens pedem tum Gemini antecedentis, tum sequentis, quare haud iniuria dicitur Propus, id est, prepes, sed quia uicinius accedit pedi dextro Gemini antecedentis. Describunt astrologi eam his ferè uerbis. Quæ antecedit summo pede antecedentis Gemini. Et est 19. in ordine stellarum Geminorum (intellige de stellis intra & extra figuram). Est enim prima informis circa Geminos. Posita tempore Ptolemæi in Geminis 4. fermè gradu. Hodie in 24. eorundem. De ea stella præter nostrum Proclum, Ptolemæum, & Alphonsum, nullos offendo scriptores. D

SEQVITVR IN PROCLO. QVAE VERO IN CANCRO NVBECVLAM referunt, Præsepe uocant, at duæ quæ iuxta Præsepe collocatæ sunt: Aselli dicuntur.

STOEFLERI INTERPRE.

Cancer imago uniuersalis habet duas particulares.

SCito, Cancer imago uniuersalis, cõtinet in se duas particulares, scilicet, Præsepe siue nubeculam, & Asinos. Pro his annotandum authore Hygino in 2. Basso in cõmen. de Cancro. Cum aduersus Gigantes dij bellum agerent, Liber pater, Vulcanus & Satyri asinis insidẽtes profecti sunt ad pugnã. Quod genus uiso tumultu magno & diro cum murmure rugissent, Gigantes eorum uoce territi fugerunt, & cõfestim dij de Gigantibus triumphauerunt, & iccirco unà cũ præsepio suo astris sunt illati, & in signo nobilis Cancri positi. E

Plinius.

De his imaginibus scribit Plini. lib. 18. ca. 35. De prognosticis tempestatum, in hæc uerba. Sunt in signo Cancri stellæ paruæ Aselli appellatæ, exiguum inter illas spatium obtinente Nubecula, quam Præsepia appellant.

Bassus.

Nubeculam Bassus in descriptione stellarum Cancri uocat Nubilũ, dicens. Habet aũt stellas tres obscuras, quæ appellantur Nubilum, quòd circa eum uidetur, Præsepiũ dicitur. De Asinis & Præsepio Rufus Fest. ca. de Cancro quẽ

Rufus Fest.

Vetus tralator Alma.

Tralator uetus Alma. dict. 7. uocat Nubeculam implicitarem nebulosam, cum de Cancro (inquit). Media implicitatis nebulosæ, quæ est in pectore, & dicitur Præsepe. (legito,

Ptolemæus.

Et nota. Ptolemæus tract. 1. quadri. ca. 9. §. de Cancro, uocat Præsepe iuxta unam traductionem Meelef, cum dicit. Illius aũt opus, quæ in eius locatur pectore, nubisq́ue gerit similitudinem, uocaturq́ue Meelef, Lunæ & Martis operibus æquatur. Alia ibidem traductio nominat Præsepe Pesebre, cum inquit. Et illa quæ in suis pectoribus, quæ assimilatur niui, & est dicta Pesebre, habent uim sicut est illa Martis & Lunæ. F

Synonima.

Geor. Valla uocat Præsepe pharne, φάτνη enim græcum, sonat latine præsepe. Ex his infertur hæc esse synonima, Præsepe, Meelef, Pesebre & Pharne.

Asini, aselli.

Duæ præterea stellæ in Cancro, à Ptolemæo in Alma. & quadripartito, Alphonso, Hygino libro 3. Rufo, Basso uocantur Asini. Plinius uero, Hyginus in 2. Iulius Fir. libro 8. ca. 9. & alij nominant Asellos.

De ordine stellarum nebulo. & situ in signis

Nec id est silendum, quòd stellæ nebulosæ sunt tres, scilicet, prima, secunda & tertia in ordine stellarũ Cancri, prima est nebulosa, 2. & 3. sunt in quarta magnitudine. Ptolemęi tempore fuerunt omnes in Cancro, prima in eo, gradu 10. Secunda, in 7. ferè. Tertia, in 8. Nostra tempestate. Prima est in principio Leonis. Secunda, in 27. gradu quasi Cancri. Tertia, in 28. eiusdem.

Præsepe bifariam acci.

Sunt qui has tres stellas uocant Præsepe, ut author hic & Plinius. Alij, puta Ptolemæus in Alma. & quadri. & Bassus, ac Geor. Valla dumtaxat primam, scilicet, nebulosam, uocat Præsepe aut Præsepium.

Sunt

A Sunt autem hæ stellæ de natura (ut dictum est) Lunæ & Martis, quare iuxta doctrinã Hali Rhodan traditã supra de Pleiadibus, nociuæ & molestę oculis. Quocirca, & si Cancer oculorum curationi sit commodus, postquàm tamen Luna nostro tempore 20. gradũ eiusdem, uel circiter adierit, fugienda est oculorum medicatio, eo quòd Luna iam incipit prædictis stellis appropinquare, & ut summatim dicatur, à 20. gradu Cancri, aut circiter, usqȝ in finem eiusdem & per totum Leonem sequentem, principaliores oculorum curæ sunt uitandæ. Rhodan accedit Iulius Fir. lib. 8. ca. 22. Octaua (inquit) pars Cancri si in horoscopo fuerit inuenta cæcos faciet. In hac enim parte Nebula est. Ecce. De stellis Asinis aut Asellis notandum, quòd hæ stellæ Ptolemæi temporæ repertę sunt in Cancro 10. & 11. quasi gradu, in 4. magnitudine, hodie locantur in Leone 0. & 1. gradu, & sunt in ordine stellarum Cancri 4. & 5. & sunt, eodem Ptolemæo authore, de complexione Martis & Solis.

De natura stellarum nubecularum. De cura oculorum. Asini in quibus signis & gradu & eorũ ordo ac natura.

De asinis plura & mira apud Plini. libro 8. cap. 43. per totum.

De Asinis cornutis, idem libro 11. cap. 37. & 46. sunt enim Indici Asini.

In Celtiberia Asini sunt ingentis precij, uenduntur enim quadragenis milibus numorum.

Mira & plura de Asinis.

B In Africa post imbres aratur terra uili Asino, iuncta anu, libro 17. cap. 5.

Asinus & ex eo medicinæ libro 28. cap. 10. in 16. locis. Et de Lacte Asinino, eodem libro cap. 9. in pluribus locis.

SEQVITVR IN PROCLO. Prænitens autem sydus, quod in corde Leonis notatur, simili cum loco nomine Leonis cor dicitur, à nonnullis regia stella, quòd qui sub ea nascuntur, regiam natiuitatem sint nacti.

Cor Leonis.

STOEFLERI INTERPRE.

PRincipè obseruandum est. Leo teste Ptolemæo habet 27. stellas, inter quas plures magni splendoris, puta una in ceruice, secundę magnitudinis, altera in eius corde, primę magnitudinis, de qua author. Tertia in eius dorso, secundæ magnitudinis. Quarta in extremitate caudæ, primæ magnitudinis.

Annulus ex ungula, aut cruribus nigredinem nõ habentibus, ab epileptico gestatus, prohibet ipsum ne cadat.

Stercus eius in omni cursu sanguinis administratur. Odoratur enim ad fluxum sanguinis narium fortem, & exprimitur humiditas eius in nares, & retinetur.

C Secundo contuendum, quòd nostri propositi stella uarias habet nomenclaturas Chaldaice enim uocatur Calb Eleced. Calb, id est, cor. Eleced, id est, Leo. Græcè βασιλικὸς, id est, regia uel regalis. Latine Cor, aut Pectus Leonis, Regia siue Regalis.

Diuersa nomina.

Tertio de ea scribunt hi. Ptolemæus libro 7. Almage. de Leone. Iuxta ueterem tralationẽ, quæ est super cor & dicitur Rex. Iuxta Geor. Val. in corde dicit Basilicus. Idem quadripartito tracta. primo cap. 9. de natura stellarum Leonis, secundam unam traductionem, sic. Stella lucida in corde posita, quam uocant Regiã, quemadmodum Iupiter & Mars operatur. Secundũ aliam, Lucens quę est in corde Leonis, quæ dicta est Regialis, haberum, sicut illa Martis & Iouis. Vbi cõmen. Hali Rodan. Hæc est cor Leonis, cui sapientes antiqui nomen posuerunt, Regale, eo quòd magis est circa zodiacum cæteris magnis stellis fixis, & eam propter hoc in prima magnitudine ordinauerunt, quamquam in secunda magnitudine sit pro certo.

Ptolemæus.

Ea stella est una de stellis Beibenijs existentibus de natura Martis & Iouis, ut sunt cor Scorpij, Canis maior &c. de quibus pulchre scribit Hermes in

Hermes.

libello de stellis Beibenijs in hæc uerba. Et si inueneris aliquam ex istis Beibenijs in ascendente uel decima, in natiuitate alicuius, magister erit militum. i. dux militiæ, & erit magnus in suis actibus, nominatus in longinquis terris, accipiẽs ciuitates, & terras, & arreos, donec fuerint sub sua potestate, & ei obedierint, distribuens ea prout uult, & omnes obediẽt illi, & faciet homines lucrari. Liberalis, laudatus ab omnibus, fortis in regno, sapiens in suis negotijs, amator omnium, & confidit in omnibus, non diligit litigiosos, & succedit ei in omnibus bene quæ uolet, sensatus, diues, multæ pecuniæ, amat quòd laudatur, & amat quòd bene loquatur de eo. Et morietur bona morte, & erit famosus. Hactenus Hermes. D

Iuli. Fir. — Iuli. Fir. lib. 6. ca. 1. de regijs signorũ stellis, de stella clara, scilicet, corde Leonis sic scribit. Quinta pars Leonis habet stellam lucido splendore fulgentem. In hac stella si crescens lumine Luna fuerit inuenta, horoscopus, aut medium cœli partiliter præsidens cardini, regna & maxima potestatis decernit imperia.

Plinius. — Plini. lib. 18. ca. 26. 8. Calend. Febru. stella regia appellata Tuberoni in pectore Leonis occidit matutino. Et ca. 28. de eadem. Regia in pectore Leonis stella.

Bassus — Bassus de Leone. Illa autem magna & clara quæ in pectore eius est appellatur Tuberone.

Quarto, tempore Ptolemæi Leonis cor fuit in Leone tertio fermè gradu. Nostro tempore in 22. eiusdem, septentrionalis latitudinis decem minutorum, primæ magnitudinis, de natura (ut diximus) Martis & Iouis. E

Marsilius Fici. Imago Leonis contra morbũ renum. — Quinto, obuiam mihi uenit Marsilius Ficinus lib. 3. de Vita cœ. com. loquẽs de imaginibus fabricandis pro uarijs morbis medendis. Pro renum morbo curando, in sententia sic habet, Leonem auro imprimebãt, lapidem in forma Solis pedibus reuoluentem, sole in corde Leonis medium cœli obtinente, à Petro Aponensi, comprobatam & experimentis cõfirmatam, sed hac conditione, ut Iupiter, aut Venus medium aspiciat cœlum, planetæq; noxij cadant, infortunatiq; sint. De huius imaginis fabrefactiõe expličtius diximus supra de signo Leonis.

Spica virginis Protrygetes

SEQVITVR, SED QVAE IN VIRGINIS SVMMA SINISTRA manu hæret, fulgida sanè stella, Spicam nominant. Stellula uero, quæ iuxta Virginis dextram alam figitur, Protrygetes dicitur. F

STOEFLERI INTERPRE. Spica uirginis Virgo componitur 26. stel. Harum stellarũ uaria noĩa.

Contuendũ, Virginis effigies, authore Ptolemæo dict. 7. Alma. & Alphõso, 26. stellis formatur. Inter quas duæ sunt præcæteris nominatę, scilicet, Spica & Protrygétes.

Præterea, diuersa idiomata duabus his stellis uaria assignant nomina. Spicã enim Arabes, Chaldæi, aut Saraceni, uocant Azimech in hermis, ut legitur 7. Alma. de virgine Azimech, id est, spica uel Arista. In hermis (si non fallor) virgo. In quadri. de ea sic legimus. At opus stellæ, quæ dicitur Azimech Alaazel à veneris uitibus non recedit, & mercurialibus aliquantisper assimulatur &c. Azimech id est, spica, Alaazel: forsan virgo. Hermes nominat eã Alhaiselh. Credo hæc nomina in nostris latinis codicibus multum deprauata, propter ignorantiam idiomatum. Græce στάχυς latine spica, à latinis Spica siue Arista virginis. Vetus Alma. tralator. Quæ est (inquit) super palmam sinistram, & dicitur spica, & est Azimech in hermis. Georgi. Valla. sic. Et in sinistra extrema manu: dicta Arista. Et quantum intelligi datur, spica dicitur uerus Vindemiator. Cæsar Ger. De virine fulget spica manu maturis ardet Aristis.

Ptolemæus. Hermes. Geor. Val. Cæsar Ger.

Altera stella græcè appelatur Protrygetes, Latine Anteuindemiator. πρό, id est, ante. τρυγητής, id est, vindemiator. τρυγητός, id est, vindemia. τρυγάω, id est, vindemio.

A demio. Protrygetem nominat Geor. Valla in asterismo Virginis cũ dicit. Quæ borealis earũ, dictaq; Protrygetes. Item & Author noster. Mendosus est igitur Hyginus libro 3 de stellis Virginis, cũ legitur. In utrisque pennis binæ, quarũ una stella est in dextra penna ad humerum defixa Protryget uocatur. Rectius Protrygetes. Vetula traductio Ptolemæi in Alma. nominat eam præcedentem Vindemiatorem, his uerbis. Septentrionalis earũ, & dicitur præcedens Vindemiatorem. Aratus in Phæn. de Virgine & eius stellis, latine sic loquit. Præ alijs Arcturus obuoluitur stella lucida. Verũ ambobus sub pedibus obseruato bubulci, virginẽ, quæ quidem manibus gerit spicam splendidã (& post plura) Cuius sup ambobus humeris circũuertitur stella. Ad dexterã alam, Preuindemiator aũt uocatur. Tanta quidem magnitudine taliq; insidens splendori, qualis etiã magnæ sub cauda lucet Vrsæ. Ardens profecto illa, ardentes etiam ei cominus sunt stellæ &c. Germanicus Cæsar hanc stellã Præuindemiatorem (cui Aratus multũ splendoris tribuit) comparat stellis vrsæ maioris, cũ de stellis Virginis loquitur. Helicen (inquiens) non clarior ambit &c. Loquitur profecto hyperboice & per excessum. Sunt sanè in vrsa maiori plures stellæ secundæ magnitudinis, sed Præuindemiator est in tertia magnitudine.

Germanicus Cæsar.

Rufus Fest.

B Rufus Festus, de virgine loquitur ad mentẽ Arati de stella, quæ est sub cauda vrsæ maioris & hoc optime quadrat. Vigesimaoctaua, n. stella vrsæ maioris informis, est in tertia magnitudine, quemadmodũ Præuindemiator. Sed quòd plures virginis stellas, puta 5.6.7.10.13.14.15. sub tam magna claritate & splendore describunt, arbitror factũ esse in laudem & honorem Virginis, quæ modo Iustitia, modo Ceres prædicatur, quod pulchre canit Rufus.

Contemplare sacros subiectæ virginis artus.
Quam te quam memorem? Siue est genitor tibi summus.
Iupiter ex Themide in terras demissa parente.
Seu patris Astræi aureum genus &c.

Ptole. Almucedeme Alacaf.

Hanc stellã uocat una tralatio Ptole. in qua. Almucedeme Alacaf, dicens. Stella aũt lucida in eius ala septentrionali gesta, quã Almucedeme Alacaf appellant, ut Saturnus & Mercurius operaẽ. Alia tralatio sic habet. Et lucens quæ est in ala sua septẽtrionali, quę est dicta Anterior inuoluẽdo se, habet uim sicut (illa Saturni & Mercurij.

Anterior.

Bassus. Anteuindemiator.

Bassus in. §. à Solstitio ad fidiculæ occasum &c. appellat eam stellam Anteuindemiatorem, cũ inquit, Assyrijs stella, quę Anteuindemiator appellatur, exoriri mane incipit (intellige 11. Calen. Septembres)

C uindemiæ maturitatem promittens, cuius argumento erunt acini colore mutati (& post pauca) Anteuindemiator Aegypto nonis oritur. (Et nonnullis interpositis sequitur) 17. Calen. Octobres Aegypto Spica, quam tenet virgo, oritur matutino.

Spica.

Hæc Bassi uerba, & alia plura, in forma ex Plinio libro 18. ca. 31. sumpta sunt ubi tractat de uindemia, & autumni temporibus. Dico ex Plinio bene castigato, haud quaquam ex Pliniis nostra tempestate disseminatis. In quibus omnibus mendose legitur: Vindemiator. Sed legendũ est, Assyriis stella quæ Anteuindemiator, otiri mane incipit. Item Anteuindemiator Aegypto nonis oritur. Nequaquam Vindemiator Aegypto nonis oritur. Vide mi lector in quatuor uerbis duras mendas. Neque legi potest Vindemiator, pro stella, qua incipiat uindemia. Nam eodem capite habet Plinius, quòd antiqui nunquàm existimauere uindemiã maturam ante æquinoctium autumni, quod (eodem teste) fuit ferè octauo Calendas Octobres, uicesimaquarta die Septembres. Sed Vindemiator corrupti Plinii, Assyriis oriri incipit mane 11. Calendas Septembres, id est, uicesimaquarta die Augusti, per integrum fermè mensem ante æquinoctiã

Synonyma. & postea in eodem capi. sequitur, Iustum vindemiæ tempus ab equinoctio ad vergiliarum occasum dies 44. Ecce. Ex his colliguntur huius stellæ synonyma hæc, Protrygetes, Preuindemiator, Almucedeme, Alacaf, Anterior & Anteuindemiator. D

Scriptores de Spica. Hyginus Bassus Iul. Fir. Scriptores de spica sunt omnes supra memorati, scilicet, Ptolemæus, Hermes, Cæsar Ger. Rufus Festus, Plinius. Quibus adduntur hi, Hyginus in tertio. Et Bassus de virgine, ubi in utroque mendose legitur: in dextra manu, sed legendum est sinistra.

Iulius Fir. lib. 8. ca. 11. de claris sideribus cum virgine orientibus & occiden. In virginis parte decima oriuntur spica, quicunque sub hoc sydere natus fuerit, erit mirabilibus officiis semper applicatus, uel ad agrorum cultum, pacientia laboris adsuctus, qui nouis seminibus, per annos singulos, nouitatem etiam frugibus pariat. Et qui ad uitæ subsidium, multas fruges in horreis condat. Faciet etiam præclara stellarum testimonia, Pistores dulciarios, conditores & similes uiros &c. Adstipulatur idem eodem libro ca. 24. De Myriogenesibus virginis. Si sub ipsa spica horoscopus fuerit inuentus: Pistores faciet, qui inter collegas suos habeat principatū. Accedit assimili sententia Mar. Mani. libro 5. ca. unico, in. 5.
At cum per decimam consurgens torrida partem
Spica, feret præsens nascentis tempus aristas.
Aruorum ingenerat studium, rurisque colendi &c. Legito. E
Hermes de eadem multa in libello de Beibenijs.

Scriptores de Protryge. De Protrygete stella scribūt hi, quos supra recensui, scilicet, Ptolemæus, Aratus Hyginus, Germanicus, Rufus, Bassus, Plinius, Author noster.

De locatione stellarum. Deinde spica quarta decima stella in ordine stellarum virginis inuenta est à Ptolemæo in virgine 17. pene gradu, in prima magnitudine, de natura Martis & Mercurij. Nostro tempore in Libra 16, quasi gradu. Protrygetes asst aut præcedens vindemiatorem, est in ordine stellarum virginis 13. tempore Ptolemæi in virgine 12. gradu in tertia magnitudine, De natura saturni & Mercurij. Hodie in Libra, secundo fermè gradu.

Postremo hic de uino per allegoriam dicendum esset. Item de vindemię legibus & incœptione eiusdem. Sed de his præcæteris scribit Plinius libro 14. 15. 17. 18. & alijs. F

SEQVITVR, AT QVATVOR STELLAE QVAE IN SVMNA Aquarij dextra uisuntur, vrnæ nomen habent.

urna, siba, amphora

STOEFLERI INTERPRE. Vrna. Tres particulares imagines. Cito authore Ptolemæo libro 8. Alma. Aquarium esse imaginem uniuersalem, de formatam quadraginta quinque stellis. Et in ea includi tres imagines particulares. Vnā nominatam: vestis, in leua Aquarij. Alterā quam aquæ effusionem uocant, de quibus posterius dicemus. Tertiam Vrnam, aut Amphoram appellant, de qua Proclus hic in textu, & continet quatuor stellas scilicet Nonā in ordine stellarum Aquarij, quę etiam est in Brachio eius dextro, & duplici gaudet officio. Duodecima, quę etiā est in manu eius dextra. Tertiadecima & quartadecima, quæ locantur (ut habet uetus Tralator) in pyxide. Georgio Vallæ in

Pyxis Cotyle De locatione harum stellarū Cotyle. Harum nona tempore Ptolemæi fuit in Aquario decimo quasi gradu, tertiæ magnitudinis. Duodecima in Aquario tredecimo ferè gradu, tertiæ magnitudinis. Tertiadecima in eodem sexto gradu, quartæ magnitudinis. Quartadecima in eodem 7. gradu, quintæ magnitudinis. Nostro uero tempore. Nona est in Aquario 29. gradu. Duodecima in Piscibus tertio gradu. Tertiadecima in Aquario 26. gradu, Quartadecima in Aquario 27. gradu. De earum cōplexionibus

A nibus nihil scribit Ptolemaeus, sed quantum conijcere licet, accedunt nonnihil ad uires Saturni & Mercurij.

Hic notabis omnia simulacra impressa & manu picta, quo ad vrnā esse menda. Aduerte, uetus interpres Vrnam uocat Pyxidem. Est enim πυξὶς Graecum nomen. Vas è buxo factum, buxus, id est, Graecè πύξος, transfertur tamen ad alias materias.

Georgius Valla posuit Cotyle, Graecè κοτύλη. Cotylos: & Cotyle, uas aut poculum concauum. Nam omne cauum Cotyle dici potest. Sunt nonnulli qui Cotyle esse uolunt Heminam, id est, semipoculum uel dimidium uas. Est etiam Cotyle iunctura coxae cum natibus, & in utroque significatu hic accipi potest. Duae enim hae stellę, scilicet, 13. & 14. sunt in Cotyle, id est, in uase uel urna, sunt etiam in coxa dextra ipsius Aquarij, & in hoc significatu (me iudice) sumpsit Geor. dicit enim. In dextra Cotyle continuę duę. Et nullam penitus facit mentionem alicuius uasis, uel urnae.

Hemina.
Cotylos le.

Incidimus in uasorum mentionem, haud indignum arbitramur nonnulla uasa potoria recensere, quibus nostri temporis uini ingurgitatores & bibaces, ob lasciuiam, luxuriem, petulantiam & immodicam effrenationem pro perdendo B uino utuntur. Et ut missa faciamus consuetudinaria pocula & honesta (si usus accederet honestus) quaecunque sint illa, siue ex auro, argento, stanno, ligno aut argilla fabrefacta, abuntur nostri potatores nonnullis uitreis poculis, praecipue aestus tempore, quae Germanice Angster nominant, in fundo fane sunt ampla, in rotundum formata, surgentia in collum longum & strictum. Vnde forte Angustrota dici possunt. Et sunt in multiplici differentia. Aliqua habent colla omnino erecta, quibus etiam maiores nostri cū moderatione & honestate sunt usi. Nostro tempore, ut bibacitati locus sit, aliqua habent colla longa admodum & curua, uulgo Storckenschnebel, ob curuitatem Gyalae dicta. Aliqua habent colla gyrata, aut circumflexa, vmbgewunden, & in collis plura foramina, dicta Dinon. Accedunt his Dactilota, rotunda uasa, digitorum formis per ambitum insignita, uel habentia per circuitū eminentias quasdam, ne è manibus decidant. Item Amphora utrinque habentia ansas. Et poculorum aliud Elaphas cerui imitans effigiem. Cantharī nō modo figlini, à figulo artifice, sed etiā Callisterei & Lignei. Legimus quandoq; Cantharia. Carchesia uocari putant, propter asperitates mihi quadā imagine. Ceras, i. cornu aut bouis aut buC bali in ordinē uenit. Et Scythia pocula, forte quod angusti ora in imo sint. Et Tinae, quibus adhaerent urneolae aut urceoli. Ac Moroecepoma: stultorum poculum, μωρὸς stultos, ἔκπομα poculum, & Monachoëcpoma monachorum poculum, & id genus plura, quibus omnibus insatiabilis potatorum ficta sitis extingui non potest, sed mero aestuantes ebrietate interdiu & noctu uexantur, nescientes Coptica uasa, & Cythrides ebrietatem fugantes. Hic ucterum ingenium mirandū satis annectere libuit, qui officio figuli, ex argilla aromatibus praeparata fingebant uasa, ut uino cibisque inde sumptis nonnihil delectationis accederet, cuiusmodi ex Copto urbe Aegyptiaca, nomi Thebaidos aduehebantur & Rhodiacae sunt Cythrides. Nam inde haustum uinum, praeter gratam iucunditatem, minus laedebat, ebrietatem enim discutit. O quanti haec pocula emenda essent nostris potatoribus.

De uasis potorijs.
Angster.
Angustrota.
Gyalae.
Dinon.
Dactilota.
Amphora.
Elaphas.
Cantharī.
Cantharia.
Carchesia.
Ceras.
Scythia.
Tinae.
Moroecepoma
Monachoëcpoma.

Vidimus nostro tempore uiros optimos, parcè uino utentes incidere in ebrietatem, quibus, nō ingurgitatoribus succurrere uolentes, cum incidimus in uasa potoria, in hunc ferè modum. Redigatur brassica in puluerem, consimiliter rostra hirundinum, item myrrha conteratur quoad potest, haec omnia argillae immisceantur & interatur, fiantq; figlina arte pocula, è quibus bibitū uinum,

ebrietatem prohibent. D

SEQVITVR PARTICVLA VLTIMA HVIVS PRIMAE PARTIS hæc, Quæ uero à Piscium caudæ partibus sitæ deinceps sunt, Græce λίνοι, Latine lineæ, uel, ut quibusdam placet, lineolæ nuncupantur. Sunt itaq; in austrina linea stellæ nouem, in septentrionali quinq;. Sed præfulgens sydus, quod in summa linea conspicitur, Græce σύνδεσμος, latine Nodus nuncupatur.

Lini, lineæ Lineole.

Linee

STOEFLERI INTERPRE.

PRincipio aduertendum, Piscium signum utile, de quo supra diximus, constituitur ex duobus piscibus copulatis, aut colligatis per lineam, aut filum quoddam. Et habet totum signum, authore Ptolemæo 8. Alma. & Alphonso, 34. stellas, & in eo cõtinetur particularis quædã imago 14. stellis ornata. Cuius quidem & etiam Nodi eiusdem apud authores uaria sunt nomina, omnia tamẽ synonyma. Aratus in phœ. de his loquitur in hæc uerba. Ab ambobus uero ipsis (intellige piscibus) tenduntur quasi uincula, è caudis utrinq; sequenter in unum coeuntibus. Et hæc quidem una stella connectit, claraq; magnaq;. Quã etiam utriq; colligaturam subcaudinam uocant. Et idem alibi. Vincula autem caudina, quibus pisces extremi tenentur, ambo coeunt, à caudis descendentes. Ecce Aratus uocat hanc particularem imaginem, uincula, & uincula caudina quia à caudis Piscium principium sumunt. Nodum autem nominat: colligaturam subcaudinan. Vetus Tralator Almagesti nominat Filum aut Fila, & Nodũ. Cõsimiliter interpretes quadra. citant Filum, Nodum nominant ligaturam & ligamentum. B

Pisces signum utile.
Particularis imago 14. stel.
Nomi diuersa.
Ptolemæus
Alphonsus
Aratus
Vincula caud.

Hyginus lib. 3. de piscibus sic scribit. Hi Pisces quibusdam stellis, ut lineola ab Arietis pede primo coniunguntur (& post pauca) Nodum uocat commissuram, quam Aratus, quum allegat, uocat Syndesmos. Et adducit Hyginus Ciceronem in sententia sic loquentem. Cœlestem Nodum non solum esse Piscium, sed etiam totius sphæræ. Nam circulus meridianus, qui à pede Arietis ducitur etiã ibidem per ipsum æquinoctiale tergit, quibus circulis uicinus est Nodus. Quare uidetur connodare semisphæram meridianam cum septentrionaria. Et hæc olim uera fuere.

Hyginus
Lineola.
Nodus.
Cõmissura.
Cicero.

Cæsar Ger. nominat uinculum & Nodum; his metris.
Non illis liber cursus, sed uincula cauda
Singula utrunq; tenent, uno coeuntia nodo. F
Et Rufus Fest. de piscibus sic canit.
Sed tamen hi late stellis ex ordine fusis,
Nectuntur caudas, & lenta trahuntur utraq;
Vincula per cœlum, coeunt quæ cingula rursum.
Et rutilo confixa quasi super igne tenentur,
Cœlestem memorat quæ solers Grecia nodum.

Rufus.

Item Bassus de piscibus: appellat uincula, Alligamentum lineum. Et idem in. 5. à solstitio ad fidiculæ occasum, Nodum uocat commissuram Piscium. Hæc sanè nomenclatura sumpta est, ex 18. lib Plinij ca. 31. cum inquit, 11. Calend. Octobris Cæsari commissura piscium occidens.

Bassus.

Geor. Val. filum uocat Linũ, dicit enim. Ad Linum prima à cauda. Et Nodũ coniunctionem cum subiungit. Quæ in coniunctione duorum linorum, λίνος enim Græce, Latine uinculum lineum. Accedit Geor. noster Proclus de lino. Et cũ idem dicit, Græce λίνοι, Latine lineæ, non uult, quod Græce λίνοι, Latine lineæ significet. Cum λίνοι Græcum non significet Lineas. Sed γραμμὴ Græcum, Lineam designat, & Grammata: Lineas, Sed id uoluit, ubi Græcus dixit λίνοι, Latinus

Geor. Val.

A tinus profert Lineæ. At Nodū aut Cōiunctionem appellat Græcè σύνδεσμος .i. nodus uel coniunctio. Sunt igitur nomina Fili synonyma hæc, Filū, Fila, Vinculū, Vincula, Vincula caudina, Linea, Lineolæ, Linū & Lini, ac Alligamentū Lineum, Cingula, ubiq; intelligito Pisciū. Nodi uero synonyma hæc sunt. Nodus Pisciū, Colligatura subcaudina Pisciū, Ligatura, Ligamentū, Coniunctio, Syndesmos.

Scriptores de his sunt iam supra recitati. s. Aratus, Ptolemæus, Hyginus, Cicero, Germanicus, Bassus, Rufus. Omnes stellæ harum linearū sunt numero 14. & in hoc concordat Author cū Ptolemæo & Alphonso. Sunt aūt in ordine stellarum Pisciū 9.10.11.12.13.14.15.16.17.18.19.20.21.22. Et fuere omnes hæ tēpore Ptolemæi in Piscibus, demptis quinq; s. 18.19.20.21.22. quæ fuerūt in principio Arietis. Hodie oēs sunt in Ariete à primo gradu in 22. usq;.

Author noster collocat nouē primas stellas in Linea austrina .i. in Linea transeunte à cauda piscis Austrini uersus meridiem. Reliquas quinq; ponit in linea septentrionali, hoc est, in Linea transeunte à meridie in caudam Piscis borei. Et in hoc non nihil dissentit à Ptolemæo & Alphonso, qui decem primas supputant in linea austrina. Vnā s. 19. uocant Nodū, reliquas s. 20.21.22. locant in lineā septentrionalem. Item 19, id est, Nodus & 22. sunt tertiæ magnitudinis, reliquæ quartæ & sextæ.

Primæ decem lineæ meridionalis sunt authore Ptole-
B mæo de natura Saturni & parū Mercurij. Sed tres lineæ septentrionalis sequūtur complexionem Saturni & Iouis. Decimanona, lucens, quæ Nodus dicitur, Martis gerit naturā & Mercurij modicū. De linea siue lineis possent hic multa satis utilia recenseri, quibus oībus missis duo dumtaxat proponam. Primū quid hoc uelit prouerbiū, Lineam saltē ducere. Plini. lib. 34. ca. 10. scribit de Apelle cōsummatissimo pictore. Cui fuit perpetua cōsuetudo, nunq; tam occupatam diem agendi, ut non lineam ducendo exerceret artem. Quod ab eo in prouerbiū uenit, quòd nullus etiamnū quibuscunique negotijs occupatus, diem abire sinat, quin suæ artis quippiam exercitij habeat. Quod satis probat Ouidius libro secundo, de Arte amandi. Prouerb. Lineam saltem ducere. Plinius.

Sed mora tuta breuis, lentescunt tempore curæ,
Vanescitque absens & nouus intrat amor.

Secundū, quid sit id Lineam poscere. Quintilianus lib. 11. sic habet, Transire in diuersa subsellia, parū uerecundum est. Nam & Cassius Seuerus urbanè aduersus hoc facientes lineam poposcit. Ambiguum esse uidetur quid sit in hac
C parte Linea. Dicunt doctissimi, Longurium intelligi. Sic enim longiores perticas (Teste Varrone) aut robustiora ligna, quæ in stabulo equis interponunt, ne se mutuo feriāt, aut in pugnam cōsurgant, appellari obseruatū est. Sic linea potest dici signum uel regula, qua secernitur inter loca uel sedes, & potest esse signum creta factum, uel ex ligno, asseте &c. Ouidius primo, de arte, loquens de Circensibus spectaculis currentium equorum, sic canit. Lineam poscere. Quintilia. Longurius. Varro. Ouidius.

Et bene te cogit, si nolit, linea iungi
Quà tibi tangenda est lege puella loci &c.

Hic nō abs re in mentem uenit caput 42. libri secundi Plinij, ubi idem numerauit 72. cœlestes imagines, nomina tamen eorū tacuit. Nos, ut author illustrior redderetur, omniū nomenclaturas recitauimus, tum uniuersales cū particulares, quod supra uisu erit facile. Inter eas aūt quæ in signis Zodiaci continentur, sunt nonnullæ particulares nondum expositæ. Quocircà ne cœptus ordo linquat, eas ipsas paucis absoluemus. Ex signo igit̄ Sagittarij tres particulares excerpunt̄. Quarū prima est Telū, Sagitta aut Iaculū. Scito lector in cœlo Geminū inueniri Telum. Vnū haud longe ab Aquila, in Lacteo circulo uersus septentrionē collocatū, de quo in subditis. Aliud in Sagittario, de quo hic. Cuius pars Plinius illustratur quoad imagines zodiaci. Telum, Sagitta, Iaculum

prior etiã lacteo immersa est uersus meridiẽ. Et duabus tantũ stellis formatur, in ordine stellarum Sagittarij Prima & Septima. Prima tempore Ptolemæi fuit in Sagittario, quarto quasi gradu, tertiæ magnitudinis, de natura Martis & Lunæ. Hodie in eodem Sagittario gradu 24. & ob eius complexionem Martiam & Lunarẽ est stella nocua oculis, sicuti supra de Pleiadibus docuimus. Septima aũt Ptolemæi tpe fuit in Sagittario, gradu 13. quartæ magnitudinis, habẽs uim Iouis & parũ Mercurij, hodie inuenitur in Capricorno tertio propemodũ gradu. D

Arcus Sagittarij. Secunda particularis est Arcus Sagittarij. Cuius maior pars in lacteo iacet circulo ad meridiem & ornatur duabus stellis, quæ in ordine sunt 3. & 5. Sunt tamẽ qui & quartã huic arcui addunt, à quibus dissentio. Tertia tempore Ptolemæi fuit in Sagittario 9. gradu, tertiæ magnitudinis, hodie in 28. quasi gradu eiusdẽ. Quinta autem in eodem 7. ferè gradu, quartæ magnitudinis, hodie in 26. penè eiusdem. Et sequuntur ambæ naturam Iouis & Martis.

Fascia linteolum Sagittarij. Tertia uocatur Fascia aut Linteolũ capitis. Contendunt alij Leonis aut ferę esse pellem, ex humeris Sagittarij emergentem. Hanc uetus interpres nominat Contactũ. Geor. Val. modo Attactum, modo Contactũ, & sex gaudet stellis, quæ in ordine stellarũ Sagittarij sunt 12, 13, 14, 15, 16. & 17. Fuere hæ tempore Ptolemæi in Sagittario à 21. fermè gradu in 29. quartæ & sextæ magnitudinis. De complexione Iouis & parũ Mercurij. De Telo & Arcu loquuntur propemodũ omnes, qui de Sagittario scribunt. Præcipuè tamẽ hi tres Aratus in Phœno. E

Aratus. sic. Arcum quando Sol incendat, & rectorem Arcus, sub uesperã nauem reduci-

Cæ. Germa. to, sidens non amplius nocti &c. Cæsar Germanicus, sic.

Belligerum Titan etiam cum contigit Arcum.
Ducentemque ferunt sinuato spicula neruo
Iam clausum ratione marc est, iam nauita portum
Infestam noctem fugitat longasq; tenebras &c. Item Rufus Fest. sic canit.
Par metus ex pelago tibi sit quoq; sole Sagitta
Cum leuis afflatur, cum lux in arundine flagrat,
Ignis mundani, cum tela extrema coquuntur.
Cumque Sagittiferi torret uapor aureus arcus.
Tum quoque si piceam spectens surgere noctem,
Informem terris tellurem ut ucsitat alis.
Littus ama &c. F

Vestis Pannus. Præterea Aquarius uniuersale signum, ultra Vrnam particularem imaginem, de qua supra disseruimus, duas habet alias. Prima est in eius leua manu, à Geor. Valla uocata Vestis, à uetere tralatore Pannus, tribusq; completur stellis 6. 7. 8. in ordine stellarum Aquarij. Et operantur ad modum Saturni & & Mercurij. Prima tempore Ptolemæi fuit in Capricorno 18. quasi gradu tertiæ magnitudinis. Hodie in septimo gradu Aquarij. Secunda ad tempus Ptolemæi inuenta in decimo sexto gradu Capricorni, quartæ magnitudinis, hodie in gradu sexto Aquarij. Tertia Ptolemæo obseruante in decimo quinto gradu Capricorni, nunc in quarto Aquarij. Quòd si rectos in cœlum oculos dixeris, duas

Duplex Vestis intueberis Vestes. Vnam Vergilias, id est, institoris Vestem, de quo supra. Alteram Aquarij de qua iam diximus.

Fusio aquæ. Decursus aquæ. Casus aquæ. Fluxus aquæ. Effusio aquæ. Amnis aquarij. Secunda uarias recipit appellationes. Vetus Alma. Ptole. interpres dicit. 8. & Aratus in Phœ. uocant eam Fusionẽ Aquæ, Decursum aut casum Aquæ. Geor. Val. fluxum aquæ. Hyginus in 3. Bassus & Iuli. Fir. effusionem Aquæ. Marcus Mani. lib. 1. Amnem Aquarij. Constituit authore Prole. & Alphonso ex 20. stellis, incipiens iuxta ordinem stellarum Aquarij à 23. stella, finiens in 42. Tempestate Ptolemæi omnes repertæ in Aquario, nostra in Piscibus, dempta ultima. f. 42. quæ

A 42. quæ in Aquario locaẽ. Omnes iuxta Ptolemæũ in quarta & quinta magnitudine, præter 42. pręfulgentem primæ magnitudinis. Omnes de natura Saturni & Iouis modicum.

Collibuit hic (omnibus aliorum sententijs missis) apotelesma Iulij Fir. lib. 8 ca. 29. adiungere. In aquæ (inquientis) effusione, qui nati fuerint, à prima ætate, diuites erunt, & multorum bonorum possessores, sed patrimonium paternũ uaria profusione dilapidabunt. Erunt autem liberales, sed his erunt multi frequenter ingrati. In ætatis tamen processu, maxima & patrimonij & dignitatis augmenta consequentur, ac inimicos suos sibi uidebunt omnifariam subiugatos. Habes nunc optime lector complementum omnium imaginum Plinianarum, ad Zodiacum ipsum spectantium. Et hactenus de prima parte huius ultimi capitis Procli.

SVPEREST PARS SECVNDA QVAE SIC EXORDITVR. SEPTENTRIonalia sunt, quæcunque ad Septentrionem sitũ habent. Sunt autem hæc. Vrsa maior, Vrsa minor, Draco, qui inter Vrsas locatur &c.

Vrsa maior

B SEruato ordine authoris initiũ nobis est Vrsa maior. In primis igitur aduertendum. Hanc Hæsiodus ait esse Calysto nomine Lycaonis filiam, eius qui in Arcadia regnauit, eamque studio uenationis inductam ad Dianam se applicuisse, à qua non mediocriter esse dilectam, propter utriusque consimilem naturam. Postea autẽ à Ioue compressam. Et (ut habet Amphis Comœdiarũ scriptor) Iupiter simulatus effigiem Dianæ cum virginem uenantem, ut adiutans persequeretur, amotam à conspectu cæterarũ compressit. Calysto uerità Dianæ suum dicere euentum, quod diutius cælare non potuit. Nam iam utero ingrauescente propediem partus, in flumine corpus exercitatione defessum cum recrearet, à Diana cognita est non seruasse uirginitatem, cui dea pro magnitudine criminis nõ minorem retribuit pœnã. Erepta enim facie uirginali in Vrsæ speciem est conuersa. Nõnulli dixerunt, cum Calysto ab Ioue esset compressã, Iunonem indignatã in vrsam conuertisse. Quæ cum in sylua ut fera uagaretur, à quibusdam Aetolorũ capta, ad Lycaonem pro munere in Arcadiam cum filio est deducta. Ibi dicitur inscia legis in Iouis Lycęi templum se coniecisse, quã
C cõfestim filius secutus est. Itaqúe cũ Archades insecuti interficere conarentur, Iupiter memor peccati, ereptã Calyston cum filio inter sydera collocauit. Eamque Arctum, filium autem Arctophylaca nominauit.

Fabula Vrsæ maioris. Hesiodus.

Hanc fabulam Thomas Rhadinus his metris descripsit.

Omnipotens quondam de virgine Nonacrina
Iupiter incaluit.
Cogit amor cœlo descendere, fœmineamque
Induere effigiem.
Oscula dum figit, subeunt certamina tandem,
Victor ad astra uolat
Dum sentit furtum Iuno Saturnia coniunx
Et soror, ingemuit.
Tendit ad ima furens, arreptam crine soluto
Sternit humi trepidam.
Dumqúe preces fundit, nigris horrescere uillis
Mollia membra uidet.
Oraqúe quæ tantum placuerunt candida amanti
Turpia rictus habet.

Aliam fabulã infrà cũ de Vrsa minori disseremus, exponemus.

Secundo loco nomina satis uaria de vrsa hac maiori sunt aperienda hæc, ἅμαξα μέγα Græcè. i. Plaustrum maius, Septentrio maior, Arcturus, Arctos maior, Calysto, Elice.

Nomina Vrsæ maioris.

ἅμαξα Græcum latine sonat plaustrum, μέγα magnũ, plaustrum magnũ, ob differentiam minoris

Hamaxa mega uel currus. Plaustrum magnum.

Et quid? quod fuerat formatum corpus ad unguem
Fœda fit ursa dolens.
Ingratum mò quoties causabat mœsta tonantem
Immemorem'que sui.
Quam cum per syluas errantem cerneret, astris
Inseruit miserans.

Hyginus.

de quo ī subditis, de quo Hyginus lib. 2. de arcto minori sic scribit, Maiorem arctum complures plaustro similē dixerūt & ἅμαξαν Græci appellarunt. Cui hæc memoriæ prodita est causa. Initio qui sydera peruiderūt, & numerū stellarum in unaquaq; specie corporis constituerunt, & non arctum, sed plaustrū nominauerunt. Ex septem stellis duæ, quæ pariles, & maxime in uno loco uiderentur, pro bobus haberentur, reliquæ autem quinque figuram plaustri simularent, itaq; & quod proximū huic est signum, Booten nominare uoluerunt. De quo infra plura dicemus. D

Arctos maior. Arctos maior, uel ut Hygino placet, maxima, id est, vrsa maior. ἄρκτος enim Græcè, latine ursus uel ursa, de quo fabula iam est recitata.

Septentrio maior. Septentrio maior, nos uti asp arctos septentriones dicimus. Varro, Triones rusticorū uocabulo boues uocitatos scribit, & quasi quosdā terriones, hoc est arandæ terræ & colendæ idoneos. Quod ergo antiqui ἅμαξαν, hoc est plaustrū E dixerunt, nostri ueteres à bobus iunctis septentriones uocauerūt, à septem stel-

Ioan. de Sa bu. lis quibus iunctis quasi triones figurantur, legito Ioan. de Sacrobu. in libello

Ouidius. sphæræ tracta. 2. in principio. Ouidius 2. Meta. fab. 6.

Gurgite ceruleo septem prohibete triones,
Syderaq́ue in cœlum stupri mercede recepta
Pellite, ne puro tingatur in æquore pellex

Ouid 1. Meta. fabu. 2.

Scythiam septemq́ue triones

Virgilius. Horrifer inuasit boreas. Virgi. primo Aeneidos.

Boetius. Arcturum, pluuiasq́ue Hyadas, geminosq; triones. Boetius lib. 2. metro. 6.
Quos premunt septem gelidi triones.

Elice. Elice uocata ab urbe Arcadiæ, quam authore Plini. lib. 2. ca. 92. mare absorbuit, in qua Calysto nata perhibetur & ab ea hoc sydus Elicen uocitatū. Sed si rite legeris Plini lib. 4. cap. 5. Elice oppidum fuit Achaiæ & non Arcadiæ. Viget me hic uehementer unū quòd nō nulli etiā in sacris literis doctissimi & in numerū sanctorū relati: Arcturū asserunt esse Vrsam minorē. Cū apud sanctū Iob ca. 38. sic legit. Nunquid cōiungere ualebis micantes stellas Pleiades, aut gyrū Arcturi poteris dissipare. Hanc hu- F ius capitis particulā diuus Thomas Aquinas his uerbis dilucidiorē reddere pollicetur. Cōsideratur in corporibus cœlestibus uniformitas motus primi mobilis, ex eo q; reuoluitur totū cœlum, & omnes eius stellæ semel in die & nocte super polos mundi, hic aūt motus sensibilius percipitur ex stellis propinquis polo septentrionali, quæ sunt nobis ppetuę apparentiæ, propter eleuationē poli super nostrū horizontem, inter quas stellas maxime notatur cōstellatio Arcturi, quæ est Vrsa maior, cuius stellæ manifeste apparent moueri in gyro circa polū mundi. Et quantū ad hoc subdit. Aut gyrū Arcturi poteris dissipare, ut. s. nō circumeat polū, hactenus Aquinas. Cuius sententia manifesta est arcturū dici vrsam maiorē. Accedit huic sentētiæ diuus Grego. lib. 29. ca. 28. & 29. scribens in ca. 38.

Iob. 38. ipsius Iob, ubi ca. 28. sic habet. Arcturū, qui nocturna spatia illustrat, nō occasurū. Et lucidius ca. 29. sic. Est in Arcturo quod cōsideratius possumus intueri. In septē quippe stellis uoluit, & modo quidē tres ad sūma eleuat, atq; ad ima quatuor inclinat, modo quatuor supius erigit & tres inferius premit, hæc Gre. His uirorū sententijs neq; adeo, neq; in diuersum eo. Nunq; tñ memini me legisse apud aliquem astrologum, aut poetam, Arcturum sumi pro vrsa uel Maiori uel Minori. Non raro tamen legi Arcturū accipi pro Boote, aut eius stella lucida ad genua

A ad genua aut coxas locata, informi. Sunt tamen qui arcturũ interprentur Arcti caudam, ab ἄρκτος, id est, ursa, & ura οὐρά, id est, cauda: quasi tres stellæ in cauda ursæ, sed id modicum releuat.

Scriptores de utrisque Vrsis sunt hi, Ptolemæus lib. 7. Alma. & tracta. primo quadri. Aratus in Phæno. Hyginus lib. 2. & 3. Plinij libro 2. Marcus Mani. libro primo. Cæsar Germanicus in Aratum. Et Bassus in cõmen. Rufus Festus, Cicero, Alphonsus, Geor. Val. Virgilius, Ouidius, Flaccus & cæteri poëtæ. Non nullas horum sententias posteaquam de vrsa minori dixero, adiungam. Scriptores.

Quarto, authore Ptolemæo Vrsa maior 27. micat stellis, quæ eius tempore sitere in Geminis, Cancro & Leone. Nostro autem in Cancro, Leone & Virgine. Et habent omnes uim Martis. Sed in præsentiarum omnes eius stellas missas facio, demptis his quæ Plaustrum constituunt, numero septem, ex quibus quatuor in ordine stellarum Vrsæ maioris 16. 17. 18. 19. plaustrum aut eius rotas præ se ferunt. 16. 17. & 19. secundæ sunt magnitudinis. 18. uero tertiæ. Vigesimaquinta etiam secundæ magnitudinis, Alioth dicta, temoni præest. Vigesimasexta autẽ & Vigesimaseptima duobus bobus aptantur. Hæc ferè iuxta sententiam Hyginij sunt dicta. Verũ Germanicus tres stellas caudæ temoni attribuit, reliquas rotis plaustri. Stellæ Vrsæ maioris. Naturæ. Alioth.

B

SEQVITVR VRSA MINOR.

VT fabulæ sequentes captu sint faciliores, hanc præmittendam censui. Saturnus primus deus, oraculo certior factus, se filiũ habiturũ, per quẽ è regno expelleret, statuit omnẽ prolem masculam se interempturũ. Præcepit uxori Opi, ut quicquid pareret sibi præsentaret, quæ Iouem pariens pulchritudine eius delectata, alendum Nymphis Dictæi montis Cretæ cõmendauit. Quæ Saturno sciscitanti de fœtu, lapidem pannis inuolutum obtulit, quem mox deglutiuit. Iupiter uero à Nymphis nutritur in antro montis. Et adhibiti sunt etiam Ioui Curetes, id est, Corybantes, Idæi, siue Telchines. Et ne fortè uagitus deflentis à Saturno audiretur, cymbala illos, & tympana & clypeos & arma pulsasse, ad quorum etiam sonitum aduenisse apes, & infantis ori mella instillasse, cuius beneficij gratia Iouem post cœli imperium adeptum, indulsisse apibus, ut sine coitu generarent. Vrsa minor.

C Aratus utriusque Arcti fabulas in unã colligit, quem & sequuntur Germanicus & Rufus, in hanc fermè formulã. Duæ autem vrsæ ipsum polum boreũ circumtenentes, unà currunt, eo quòd uocantur Plaustra. Quæ, scilicet, capita quidem ad lumbos semp habent inuersim, semper uero resupine circumferuntur. Vicissim in humeros uersæ (si credere dignum) E Creta uero illæ Iouis magni beneficio, cœlum ascenderũt, quia ipsum olim infantientẽ Dictæo in odoro: montem propè Idæum antro imposuerunt, atque nutrierunt per annum, Dictæi Curetes quando Saturnum fallebant. Qui hanc quidem Cynosuram cognomine dicunt, alteram uero Elicen. Elice quidem uiri Achiui in mari signãt, quò oporteat naues dirigere. Altera uero Phœnices fisi, persulcant mare. At Elice quidem clara est, ac obseruatu parata, multa lucens prima nocte. Altera uero obscura quidem, sed nautis aptior, minori enim tota circumuersatur orbe, hac quoq; Sidonij rectissime nauigant. Ex hac Fabula Arati habetur Cynosuram & Elicen Cretenses fuisse Iouis nutrices, ob quod sunt cœlesti donatæ honore.

Arato belle accedit Cæsar Germanicus his metris.

Axem Cræteæ dextra leuaque tuentur,

D

Siue arcti, seu Romani cognominis vrsæ
Plaustrum, uel facies stellarum proxima uera
Tres temone rotisq́ue micant, sublime quaternæ
Si melius dixisse feras, obuersa refulgent
Ora feris, caput altetius super horrida terga
Alterius lucet, pronus rapit orbis in ipsos
Decliuis humeros. Veteris si gratia formæ,
Cresia nos tellus aluit, moderator olympi
Donauit cœlo, meritum custodia fecit.
Quòd fidei comites prima in cunabula magni
Fuderunt Iouis attonitæ, cum furta parentis,
Aerea pulsantes mendaci cymbala dextra
Vagitus pueri pati ias ne tangeret aures.
Dicta exercere dominæ, famuli Corybantes,
Hic Iouis altrices Elice, Cynosuraq́ue fulgent,
Dat Grais Elice cursus maioribus astris,
Phœnicas Cynosura regit, Sed candida tota
Et liquido splendore Elice nitet haud prius ulla
Cum Sol oceano fulgentia condidit ora,
Stella micat cœlo septem quà Cresia flammis.
Certior est Cynosura tamen sulcantibus æquor.
Quippè breuis totam se cardine uertit.
Sidoniamq́ue ratem nunquam spectata fefellit

E

Rufus Fest. Virgilius — Consimilem ferè sententiam habet Rufus, quem legito.
Item de his Vrsis Virgilius primo Georgicorum.
Maximus hic flexu sinuoso elabitur anguis
Circum, perq́ue duas in morem fluminis Arcto,.

Lucanus. — Arctos Oceani metuentes æquore tingi. Lucanus octauo Phar.
Sed qui non mergitur undis
Axis inocciduus gemina clarissimus arcto.

Ouidius. — Ille regit puppes. Ouidius tertio Fastorum.
Esse duas arctos, quarum hæc Cynosura uocatur

Flaccus. — Sidonijs, Elicen Graia carina notat. Flaccus.

F

Sidonijs Cynosura regit fidissima nautis,
Et Grais Elice multum obseruanda magistris.

Agatosthenes in Asiaticis carminibus Cynosuram dicit Iouis fuisse nutricem, unam ex Idæis nymphis, à qua in Cretæ oppido Histoe Nicostratus cōstituit portus, & circa eū locum Cynosuram fuisse, & agri maiorem partem Cynosuram appellatam. Ad hoc accedit nonnihil fabella Thomæ Rha. sic.

Fabella Vrsæ minoris. — Cum paruum Cynosura Iouem nutrisset, amoris
Gratus eam flammis cinxit olympiacis.
Quæ nunquam lymphis septem mersisse triones
Cernitur, oceano lumina blanda negans.

Quare uocetur Phœnice. — Sed hic nō indigne quæritur, quare Cynosura aut Vrsa minor dicatur Phœnice. Respondēt Hyginus lib. 2. de arcto minori. Thales, qui diligenter de rebus cœlestibus exquisiuit & hanc primus Arcton appellauit, natione fuit Phœnix ut Herodotus Milesius dicit, quare Phœnices hanc studiosius perspiciendo, diligentius nauigare existimantur, & uere eā ab inuentoris nomine Phœnicen

De stellis Vrsæ minoris in quibus signis & natura. — Habet autem hæc Vrsa minor septem stellas, Septriones, aut (appellant. Plaustrū, ut prædiximus, nominatæ, quæ tempore Ptolemæi, fuere in Geminis & Cancro

A & Cancro. Nostro autem æuo sunt in Cancro & Leone. Ex his prima, quæ est super extremitate caudæ, Polus appellatur, per quem locum ipse mundus existimatur uersari, & est Tertiæ magnitudinis. Duæ sequentes in cauda, & duæ rotæ primæ, sunt in quarta magnitudine. Duæ sequentes rotæ, sunt in secunda magnitudine. Et ut testis est Ptolemæus tracta. primo quadri. habent hæ stellæ uim Saturni & parum Veneris.

Memoria. Albumasar. Iulius Fir. Aristoteles. Cicero. Memoriæ præcepta.

Sunt nonnulli uiri, etiam doctissimi, qui Vrsæ minori attribuũt Memoriam quæ pars integralis est Prudentiæ, ob id quòd eius stellæ sunt de natura Saturni & parum Veneris. Albumasar libro septimo intro. uoluit Saturnũ sanè cogitationis, multæq; memoriæ reputari cũ siccus existat. Quod plane testatur Iul. Fir. libro secundo capite decimo, cum inquit. Saturnus quidem Siccus, multæ cogitationis, altæque memoriæ. Hanc enim naturam potentiæ memoratiuæ conuenire Aristoteles in libello de Memoria & Remini. docuit, cum humidos male, siccos bene memoratiuos asseruit. Placuit (non abs re) hic particula adiungere memoriam stabilientia. Cicero libro secundo Rheto. quatuor docuit Memoriam fortificantia, aut roborantia. Primum est, ut eorum, quæ uolumus memorari, quasdã similitudines assumamus cõuenientes, nec tamen
B omnino cõsuetas, quia inconsuetorum magis memoramur, & sic in eis animus magis & uehementius detinetur, ex quo fit quòd eorum quæ in pueritia uidimus, magis memoremur. Ideo autem necessaria est huiusmodi imaginum aut similitudinũ adinuentio, quia intentiones simplices & spiritales facilius ex animo elabuntur, nisi quibusdam similitudinibus corporalibus quasi alligentur, quia humana cognitio potentior est circa sensibilia. Vnde & Memoria ponitur in parte sensitiua.

Secundum est, ut ea, quæ memoriter tenere uolumus, consideratione ordinata disponamus, ut ex uno memorato facilius ad aliud procedatur. Vnde dixit Aristoteles de Me. & Re. quòd à locis aliquando reminisci uidemur. Huius autem causa est, quia ab uno in aliud ocyus proceditur.

Tertium est, ut sollicitudinem ponamus & affectum ad ea, quorum memorari uolumus, quia quãto aliquid animo magis imprimit, tanto difficilius elabit. Hinc ibidem Cicero, Sollicitudo conseruat integras simulachrorum figuras. Cicero.

Quartum est, ut ea, quorum memorari intendimus, frequentius meditemur. Quia ut ibi habet Aristoteles in eodem libello, Meditationes Memoriam saluant. Quia ibidem, Consuetudo est altera natura. Aristote.

C De Vrsis terrenis multa & miratu digna scribit Plinius in multis libris præcipuè tamen libro 8. ca. 36. Vrsi terreni.

Quibus addo hæc duo. Primum, Vrsa ubi se perpinguem senserit, ac pleniore corpore, morbi loco ducit ipsum hunc statum. Quapropter latebras quærit, ubi tam diu conquiescit, donec inutile pinguedinis onus resideat, uelut declinatum. Pergit autem, ac in latibula sese insinuat, non pedibus utique, sed dorso resupinata, corpus protrudendo, ne supersint uenatoribus ad indagandum, uestigia. Hæc est ursæ uersutia. Vrsæ uafricia.

Secundum, Vrsi manus esse inter esitandum prædulces, insigniq; suauitate, traditũ est. Sic anteriores eius animantis pedes nuncupant, quòd eorũ sit functio duplex; incedendi & apprehendendi. Huius rei rationẽ reddit fermè Plutar. in libello, quorũ, euentuumque naturalium causas perquirit, & philosophico perpendit examine. Quòd percoquentia corporis alimentũ carnem præstent quacumque alia suauiorem longe. Concoquit autem omne quod difflat, id est, flatu turbat, id uero est quod mouetur, quodque exercetur, sicuti Vrsus partem hanc agitat plurimum, tum incessus ratione, tum ad prehendendi. Vrsi manus prædulces. Plutar.

SEQVITVR DRACO QVI INTER VRSAS LOCATVR. D

STOEFLERI INTERPRE. Fabula.

DRaconem alij appellant Serpentem, alij autē Anguem. Draconis fabulæ sunt plures, hic eā quæ cum Thoma Rha. quadrat, retexam, hunc Draconē à Gigantibus Mineruæ obiectum cū eos expugnaret, Mineruam uero arreptum Draconem contortum ad sydera iecisse, & ad ipsum axem cœli fixisse. Ita q̄ adhuc eum implicato corpore uideri, ut nuper ad sydera perlatum. Hanc memoratus Thomas sic cecinit.

Pallados armatæ studium superare Gigantes
Extitit (ut fama est) proprijs extrudere terris,
Nata Iouis summi de uertice fortior extans,
Victrix iam miseros cum debellasset in armis,
Serpentem obijciunt, raptum quem sydera adegit
Contortum in gyros, nostro & circum dedit axi.

Scriptores. Iuli. Fir.

Scriptores de Dracone sunt ferè omnes supra memorati, qui de Vrsis scripsere, quibus additur Iuli. Fir. qui libro 8. ca. 17. sic habet. Anguis extremus est qui inter duas Arctos positus est, in modū fluminis, quod sinnosis flexibus labitur. Quicunq; sub hoc sydere nati fuerint, Marsi erunt, uel qui uenenis, ex herbarum pigmentis confectis, salutaria soleant hominibus remedia comparare. E

Stellæ Draconis.

Habet præterea Draco authore Ptolemæo lib. 7. Alma. 31. stellas, passim constitutæ eiusdem tempore, in Libra, scorpione, sagittario, capricorno, Aquario, Piscibus, Ariete, Tauro, Geminis, Cancro, Leone, uirgine. Hodie sunt in his, scilicet scorpione sagittario, capricorno, Aquario, Piscibus, Ariete, Tauro, Geminis, Cancro, Leone, uirgine, Libra. Sunt de magnitudine 3. 4. 5. 6. Fulgentiores ex his

Magnitudo.

sunt octo, tertiæ magnitudinis, scilicet Tertia, quæ est supra oculum. Quinta quę est supra caput & appellatur Rastaben. 24. & 25. declines ad septentrionē. 29. quæ est post ultimam inflexionem. 30. quę accidit fini caudæ, & 31. quæ est in extrema cauda. Et sunt hæ fulgentiores stellæ de natura saturni & Martis.

Pli. de Dracōe. Draconites lapis.

De Dracone terreno plura apud Plini. pluribus libris scilicet lib. 29. ca. 4. & 6. lib. 25. ca. 2. libro 8. ca. 13. 17. lib. 10. ca. 72. 74. lib. 37. ca. 10. Transeo.

Sed hoc est consyderatu dignum, Draconites siue Dentrites, siue Draconius uel obasianus, qui etiam kimedius uespertinus uocatur. Lucidus ac transparēs cristallini coloris lapis est secundum aliquos, nigrum colorem Albertus Magnus ponit, figuram quoq; piramidalem non lucidam habere dicit. Nonnulli lucidum esse: ut speculum cum nigredine. Multi hanc quærunt nec inueniunt. Transportatur ab oriente ubi magni Dracones sunt. Nam exciso capite Draconis, ipso adhuc palpitante extrahitur. Virtutem amittit si diu post Dracōis mortem in capite remanserit. Audaces uiri in partibus orientis Draconum speluncas explorant & in has gramen rebus somniferis medicatum imponunt. Dum Dracones ad speluncas redeunt, comedunt ex medicamine, & somno grauantur. Dormientibus uero caput abscindunt, & lapidem extrahunt Excelsa est uirtus in est, in effugando omne uenenum & maximè serpentum. Gestantem quoque inuictum ac audacem reddit. Ideo reges orientis talem lapidem habere gloriantur. F

Admirabile de Dracone.

Admirabilis amor Dracōis in puellam. Vetustissimis histori js proditum est, Apud Idumæam aut Iudeam cum Herodes præesset, Puellam decorā, succiplenam, uehementer à Dracone adamatam, qui commeans, amanter cum ea decumbebat. Illa, & si mansuetus & clemens appareuit, propter naturam tamen insociabilem, reformidans, ex loco abscedere longius proposuit, ac in tempus abesse, ceu bruto per absentiam illatura dilectionis obliuionem & euanescere. At

diuersa

A diuersa euenere omnia. Siquidem indies intendebatur affectio, augebaturq́ue amoris impetus, desiderioq́; dum contabesceret nimio, interdiu noctuque consuetam repetens cubilia, nec esse eius potiundi facultas, quod appetebat praecipuè. Conflictabatur ergo, uti infelix amator. Posteaquam uero exoptata rediit puella, deuolans is ad uisam protinus ac prorsum amatoriè, suspitioni plenus, tanquam neglectui habitus, atque eo nomine indignabundus, cauda complexus puellæ crura conuerberabat, sed obseruate ac uerentius modo, ira & amore compugnantibus.

Demum ne noxius error lectores molestet, Pensitandū, omnes figuras Draconis Vrsas cōtinentes in omnibus libris impressis, scilicet, Hygino, Germanico, Syderali, Abysso & alijs, esse corruptas, mēdosas, & cōmentarijs authorū minime respondentes. Vetustissimi enim libri figuras nō habent, neque unquam habuere. Eas primum recentiores & profecto sæpius perperam appinxere. Figura enim Draconis non est in hunc modum contorta, quemadmodū pingitur Immo nec eius stellæ in cœlo in hunc apparent modum. Neq; Vrsa maior (quę Elice) iuxta caput Draconis locatur. Neque minor (quæ Cynosura) iuxta caudam. Sed maior est propè caudam, Minor uero ad flexus aut spiras. Huius rei
B gratia depinxi figurā sequentem, ex ueris obseruationibus Ptolemæi sumptā, quam oculis obijcito & certior eris. Addidi etiam Arati uerba ueritatem indicantia, a quo sanè Arato ut è fonte omnium aliorum dicta emanarunt.

Error exploditur.

Has uero per ambas, qualis fluuij decursus uolutatur (horrendum ingens) Draco circumcirca distractus immensus. Verū ei (ex utraque parte spiræ) hærent Vrsæ cæruleo seruatæ oceano. Sed hic alteram quidem extrema emetitur cauda, alteram uero spira circumscribit, ei quidem summa cauda ad caput Elices quiescit Vrsæ. In spira uero Cynosura caput habet: Hæc autē circum ipsum gyratur caput, eiq́ue ad pedem uenit usque. Rursus uero retrofugus recurrit non quidem illa ex sola parte, nec; sola in capite splendet stella, sed duæ in temporibus, duæ uero in oculis, unus autem inferius extremitatem occupat genæ horrendi monstri, incuruum autē est caput, nutanti uero prorsus assimilatum est, extremam in Elicis caudam, omnino uero sunt ex directa & os & temporis dextra, extremæ caudæ. Illud fermè caput hac natat, ubi quidem extremi misscentur occasusq́ue & ortus sibi inuicem.

Aratus.

C

SEQVITVR ARCTOPHYLAX.

COntuendum, Arctophylacis nomen nonnulli asserunt post Homeri tempora inuentum. Nam is Plaustrum Arcton & Booten nominat, sed Arctophylacis nunquam facit mentionē. Arctophylax dictus quasi Vrsæ (intellige maioris) custos, φύλαξ, enim Græcè est idem quod custodire uel seruare Bootes à βοώτης Græco, quod latinè dicere possumus bubulcum. Id enim cœleste sydus more bubulci plaustrum maius sequi uidetur. De his duobus nominibus Rufus Festus, sic canit.

Arctophylax.

Arctophylax, siue (ut ueteres cecinere) Bootes.

Rufus Fest.

Appellatur etiam hæc imago: Arcturus, ab arcto vrsa maiori. Testis Bassus, de Boote cum inquit, Bootes qui & Arcturus, fertur esse custos plaustri, eo quòd plaustrum sequitur, id est, septentriones. In eo significatu accipitur sæpius à Plinio, puta lib. 2. cap. 39. Arcturi (inquiente) sydus non fermè sine procellosa grandine emergit. Et idem eodem libro cap. 49. & 71. Et libro decimo octauo

Arcturus. Bassus.

Plinius.

Accedit Iulius Firmi. libro octauo cap. 14. De claris (in pluribus capitibus, ris) syderibus cū Sagittario orientibus & occidentibus, his uerbis. In Sagittario

Iul. Fir.

parte quinta oritur Arcturus, hoc oriente signo, qui natus fuerit, erit talis D
qui amicorum secreta fideli taciturnitate custodiat, huic opes regiæ credentur, huic populi ærarium, huic ædes publicæ. Si uero hunc locum maleuolæ stellæ radiauerint, aut cura illi populi credetur, aut fient domus regis Ianitores, uel tale illis officium deputabitur, ut ijs in palatio, admittendi uel salutandi officia credantur. Haud dissimilem sententiam habet Mar. Mani. lib. 5.

Theguius. Arcturus stella. Germanicus.

Arabicè uero uocatur Theguius, quasi plorans siue uociferans. Est etiam Arcturus stella rutilans primæ magnitudinis informis, inter crura aut coxas ut Ptolemæo placuit sita. Idem sentit Bassus de Boote, quam alij, puta Hyginus Germanicus, Rufus, in zona aut cingulo Bootis collocãt. Germa. de Arctu. sic.

Sed proprio una micat sub nomine flamma,
Arcturum dixere sydus quà uincula nodant.

Fabula.

Variæ sunt apud authores huius simulacri fabulæ, quare & uariæ sequuntur huius depictiones. Vnam alijs uulgatiorem proponam. Quòd arctophylax sit Archas, calistonis & Iouis filius, quem dicitur Lycaon, cum Iupiter ad eũ in hospicium uenisset, cum alia carne cõcisum pro epulis apposuisse. Studebat enim scire si deus esset, qui suum hospicium desideraret. Quo facto non minori pœna est affectus. Nam statim Iupiter mensa proiecta domum eius fulmine E
incendit, ipsum autem in figuram Lupi conuertit. At pueri membra collecta & composita in unum, dedit cuidam pastori Aetholorum alendum, qui adolescẽs factus, in syluis cum uenaretur, inscius uidit matrem in Vrsæ speciem conuersam, quam interficere cogitans, persecutus est in Iouis Lycei templum, quò & qui accessisset mors pœna erat Archadum lege. Itaq; cum utrumq; necesse esset interfici, Iupiter eorũ misertus ereptos inter sydera collocauit, ut ante diximus, hic autem è facto sequens Vrsam perspicitur, & Arctum seruans Arctophylax est appellatus. Hanc Tho. Ra. metrice sic cecinit.

Arcton Parrhasiam puer Bootes
Ignotam iaculis sequens parentem,
Arcum ut sterneret acriter tetendit.
Exhorrens genitor scelus patrandum,
Iungens syderibus uetans beauit.

Scriptores.

Scriptores de Boote sunt hi Ptole. 7. Alma. Alphonsus in suis tabulis Astronomicis, Plinius ut supra. Iuli. Fir. supra Mar. Mani. ut supra, Aratus in hæc uer- F
ba. At post Elicen circumfertur auriganti similis Arctophylax, quem quidem homines cognominant Bootem. Eo quòd Plaustrum contrectare uidetur vrsæ atq; adeo totus perspicuus est; sub zona uero sibi ipse præ alijs Arcturus obuoluitur lucida stella, uerum ambobus sub pedibus obseruato Bubulci uirginem. Cæsar Ger. Tullius, Rufus Festus.

Stellæ. Azimech.

Stellas complectitur 22. authore Ptolemæo, quæ suo tempore fuere in virgine & Libra. Nostro tempore dumdaxat 4. primę sunt in virgine, reliquę omnes in Libra. Naturas harum Ptolemęus præterijt, de quo admiror, solius Arcturi informis stellæ, quàm uocat Azimech, Aramech, uel Colanza, naturam exponit scilicet Iouis & Martis.

Custodia.

Hic per allegoriam plura de custodia quinq; hominis sensuum utiliter proferre possem. Item de custodia uiri erga mulierem, transeo impræsentiarum.

SEQVITVR CORONA.

Corona duplex.

PRimo loco annotandum, Geminam coronã legimus cœlestem apud Aratum, Ptolemæũ & Alphonsum, puta septentrionalẽ & Austrinã. De septentrionali

A trionali hic loquemur. Ea Arabice appellatur Alfeta, Latine Corona uel Ariadne. Alfeta, Ariad-
Secundo loco Coronæ fabula hæc est, Theseus in Cretam profectus, Ariadnen Minois & Pasiphaes filiā in sui amorem allexit, dat aque illi fidē, quòd eam Fabula.
sibi uxorem duceret, ab ea edoctus est quomodo Labyrinthum intrare, Minotaurū superare, & filo ducto inde exire posset. Quapropter his peractis noctu cum Ariadne ingressus est Chium, aut, ut alii uolunt, in Naxon insulam nauigauit. Vbi Ariadne dormiente relicta, abiit. Cum uero expergefacta Ariadne discessum eius intellexisset, questu atque ululatu fœmineo omnia complens, à Baccho ea forte transeunte amata, & in coniugem ducta est, & in nuptiis eam Corona à Vulcano fabricata, claris micantegēmis ornauit, quā postea Liber Pater ob ppetuā memoriā astris intulit. Hanc fab. Tho. Rha. hisce metris absoluit.

Virginis quondam auxilio ferocem
Belluam Aegides hominemque uincens.
Perfidus Chium ueniens, tremendo
Littore liquit.
Aspicit Bacchus miseram, polumque
Deferens, lætus sociauit arctis
B Osculis, sistens lachrymas fluentes
Voce potenti.
Et memor longos foret ut per annos
Seculum gesti placidi, coronam
Accipit Minoidis, astra cœlo
Fulgida reddens

Tractatores de effigie Coronæ sunt hi. Ptole. 7. Al. & tract. 1. quadri. Alphonsus in suis tabu. Aratus, cuius hec sunt uerba. Ibi dē & illa corona, quam lucidum posuit signum esse Bacchus morientis Ariadne, humero sub uoluitur fatigati dolí. Humero quidem Corona uicina est &c. Germanicus Cæ. Bassus, Rufus, Iulius Fir. lib. 8. cap. 11. sic habet. In parte quinta uirginis oritur Co- Scriptores.
rona. Quicunque sub hoc sydere natus fuerit, erit uarius deliciarum uoluptatibus occupatus, ac muliebrium artium studiis deditus, florum & coronarum inuentor, & qui amœnis horrorum delectationibus adhæreseat, odores, unguenta, aromata stiosa cupiditate desiderans, corpusque suum continuo pulchritudinis excolens, & qui stupra & adulteria latenter exerceat, ad uirginum pulchritum, puerorumque cōcubitus, prona libidinis animositate festinans & currens, hucusque Iulius. Marcus Mani. lib. 1. cap. 4. & idem lib. 5. ca. unico in sententia pulchre accedit Firmico. Et Plini. lib. 18. ca. 28 31. Mar. Mani.
Tertio loco notandum. Corona authore Ptolemæo octo habet stellas, quæ suo tempore omnes fuerein Virgine, hodie omnes sunt in Scorpione. Et in ea Stella præfulgens.
C est stella præfulgens, secundæ magnitudinis, nomine totius imaginis Alpheta. Gnosia stella.
Eam stellam uocat Virgilius primo Geor. Gnosiam. Virgilius.
Gnosiaque ardentis decedat stella Coronæ. Gnosia Corona.
Rufus uero, totam coronam appellat Gnosiam, cum inquit.
Aspice ceu rutilis ubret lux Gnosia flammis,
Hæc quondam Bacchi monumentum fulget honoris.
Hæc Ariadnæi capitis testatur honorem.
Harum stellarum complexio tendit ad Venerem & Mercurium.
Quarto loco ad terrenas uenio Coronas. Est autem Coronæ urbs Peloponesi Messeniorum. Inde Coroneus sinus, Ptolemęus libro 3. capi. decimosexto, Coronæ terrenæ.
tab. 10. Euro. & Plini. libro quarto, cap. 5. · Corona Græcè dicitur στέφανος aut Coronæ urbs.
στέφος, à uerbo στέφω, quod est circundo. A nostris quondam Strophium à στροφάω Corona, Stephanos strophum.
quod est uertere, inde Strophiolum. Et à Corona Corolla, Coronula diminutiua. Item à ferendo ferta. Fuerunt apud Romanos diuersorum generum Coronæ in magno habitæ precio. De quibus hic haud dicam funditus, puta Triumphalis, Obsidionalis, Ciuica, Muralis, Vallaris, aut Castrensis, Naualis, Oualis & multæ aliæ particulares Coronæ aut Serta.

Hic primo contuendum, quis is fuerit, qui primus capiti suo coronam im- D
posuerit? Respondet Plinius libro 16. cap. 4. his uerbis. Ferunt primum omni-
um Liberum patrem imposuisse capiti suo ex hædera.
Secundo, antiquitus nulla nisi Deo dabatur corona. Ob id Homerus cœlo
tantum eas & prælio uniuerso tribuit. Viritim quidem ne in certamine quidem
ulli. Postea deorum honori sacrificantes sumpsere uictimis simul coronatis. No-
uissime & in sacris certaminibus usurpatę. In quibus hodie nō uictori dant, sed
patriam ab eo coronari pronunciatur. Inde natum ut etiam triumphaturis con
ferrentur in templis dicandæ. Mox ut & in ludis darentur.
Ad hoc est nobile caput Plinii, scilicet 2. lib. 21. in hæc uerba. Tenuioribus
utebantur antiqui, strophia appellantes, unde nota strophiola. Quin & uoca-
bulum ipsum tarde inde cōmunicatum est, inter sacra tantum & bellicos hono
res coronis suū nomen uindicantibus. Cū uero è floribus fierent, serta à seren-
do seruæ appellabant. Quod apud Græcos quoq; nō adeo antiquitus placuit.
Arborum enim ramis coronari in sacris certaminibus mos erat primū, postea
uariari cœptum mistura uersicolori, florumq; inuicem odores coloresq; accen-
derūt Sicyonij ex ingenio Pausiæ pictoris & Glyceræ coronariæ, dilectę admo
dum illi, cum opera eius pictura imitaretur, & illa prouocans uariaret, essetq; E
certamen artis & naturæ (& infra) Sic coronis è floribus receptis, paulo mox
subiere quæ uocantur Aegyptiæ ac deinde Hybernæ, cum terra flores negat
ramento è cornibus tincto. Paulatimque & Romæ surrepsit appellatio, corol-
lis inter initia propter gracilitatem nominatis, mox & corollarijs, postquàm è
lamina ærea tenui inaurata aut inargentata dabantur. Hactenus Plinius. Ex di-
ctis Plinij, Pausaniæ & aliorum manifestum est etiam apud gentiles coronarū
usum fuisse in eorum sacris. Præterea nostræ literæ sacræ utriusq; paginę plenę
sunt coronis, pro uario etiam significatu. Præcepit Deus Moysi, ut mensam ta-
Exod. 25 bernaculi inauraret auro purissimo & ornaret duabus coronis. Exodi 25. Et pri
mæ Mach. 4. legimus. Ornauerunt faciem templi coronis aureis. Et ca. 12. Apo.
scribitur. Mulier amicta sole quæ Lunam habebat sub pedibus eius, habebat in
Paul. 2. Thi. 4 capite suo coronam stellarum 12. Item gloria beatorum in cœlo: appellatur co-
rona. Paulus enim ad Timo. 4. Reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet
mihi Dominus in illum diem iustus iudex. Sed non coronabitur nisi, qui legiti-
me certauerit. 2. ad Thimo. 2. Apo. 2. Esto fidelis usq; ad mortem & dabo tibi co- F
ronā uitæ. Et prima Petri 5. Cum apparuerit princeps pastorū percipietis im-
Canti. 4 marcessibilem æternæ gloriæ coronam. Canti. 4. Veni de Libano, ueni corona-
beris. Et Dauid. Posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. Transeo
coronas uirtuosorum in hoc mundo. Coronas tribulationum &c.
Cæterum ad conuiuales uenio coronas. Floreas plerię; detestantur, laureas
Conuiuales coronæ. gratius acceptant. Illas putant puellares, colludentibus uirgunculis aptiores, ac
mulieribus, quàm philosophico congressu, hominumq; à Musis nō sequestra-
Coronarum detestatio. torum. Alij uero ex floris coronas improbant omnino. Nam Empedocles testa-
tur à lauri folijs prorsus abstinendum. Neq; enim decere aiunt, hominem orna
ri arborum deformitate, uiolenter, præterq; naturæ rationē direptis folijs. Cur
enim hæc data plantis opinemur, nisi fructuum tutelæ, atq; ut ipse quoq; frigo
ris uim, caloris q; pro ratione admittentes confoueantur, ut temporum mutati-
ones citra perniciem ferre ualeant? At exutas ulcerosum planè contrahere no-
cumentum, fieriq; indecoram denudationem. E diuerso florum non decerpto-
rum quæ nam esse utilitas posset, nisi odore pascaris, exhibeasq; oculis ex eorū
non imitabili uarietate uoluptatem iucundissimam Iucundissimam dico quia
simplicem, quia naturalē, nec ullo impendio nostro constantem. Adde, quòd si
non

A non præcerpseris, momento conflaccescunt, prorsumq; alioqui gratissimũ naturæ opus uidetur perire, nullo cuiusquàm emolumento.

Proinde qui ex folijs magis quàm floribus coronas contexuisse maluit, persimiles (inquiunt) Barbaris uidentur, quibus consutæ pelles gratiorem præbent uestium usum, quàm lanæ.

Sed his alij contradicunt, asserentes Corollam ex rosis esse Musarum. Succurrit profectò hac parte ueterum ingeniorum mirari diligentiam. Neq; enim simpliciter, sed summa uidentur ratione Coronas in conuiuijs instituisse. Siquidem Dionysium legimus, cum uinum comperisset, potentissimum utiq; medicamentum, simul iucundississimum, habitum inde fuisse non incelebrem medicum. Quòd item discumbentes, qui se forte imitarent plusculum, Hederea coronasset corona, quę insita frigiditate uini potentiam retunderet, minusq; inde afficerentur bibentes, ebrietatis ui restincta, hœderæ ui frigorifica. Cæterum eadem ratione in conuiualem admisisse creduntur lætitiã ex floribus Corollæ. Perdocent experimenta, qua ui sensus cõcutiantur, ubi hausti liberius meri ua por hõis arcem cœperit pulsare, quandoquidẽ initium inde habere sensus creditur. Propterea sapientiũ curiosa solertia, sciens esse in rerũ natura antipathiã id est, temperaturam, flores capiti circumponendos præcepit, quorum deflu-
B xus mirabiliter illud aduersus crassantis latenter ebrietatis impetum obsepiret, communiretque. Calidi siquidem poros seu meatus patentiores reddunt, frigidi uero sua potestate ita cõtemperant, ut scandentes repercutiant uapores, sicuti Rosa atque Viola. Substringit enim utraq;, reprimitque capitis grauitates. At Cypri flos, Crocus ac Baccaris in suauem uertũt soporem bibentes. Lenis quippè eorum defluxus est ac blandus, inæqualitatesque corporis ebriorũ & asperitates tranquillè diffundit. Porrò florum quorundam odoribus in ambitu cerebri fusis, sensorij repurgantur meatus, & quod humectũ est, attenuatur, lenitur sine cõmotione ulla caloris facultate digestum. Quin & frigidum natura suapte cerebrum refouetur.

Coronæ in cõuiuijs.
Dionysius.

Proinde floreas Corollas è collo propendentes Hypothymidas nuncupant, prita à uaporandi usu. Eodem quoque argumento unguentis ex floribus obliningere pectus moris fuit peruetusti.

Hypothymide.

Deinde crescente hominũ luxuria coronas uarijs floribus & herbis & ramis intexuerunt, quarum plures caput uehementer lædunt, ut sunt Coronæ de Al-
C lio, Astromo, abschlag, Herba Coriandri, de Castanea, Dactylo, Sauina, Auellana, Nuce cõmuni, Fabis &c. Sunt autem primum Coronæ repertæ ob dignitatem capitis, quòd in hoc initium sensuum & principatus consistit. Vt sunt de violis, Rosis, Croco, Cypri flore, Cytiso, id est, Trifolio maiori, Lilio, Hyacintho, Lauro, Hædera, Garyophilis.

Coronæ lædentes.
Coronæ utiles.

Demum annectendũ quid sit, Coronas Bibere. Hic recensenda est historia Cleopatræ reginę Aegypti & M. Antonij, quam colliges ex Plutar. Plini. ca.35. libri 9. & ca.3. & 21. Duo fuere maximi uniones per omne æuũ, utrumq; possedit Cleopatra Aegypti reginarum nouissima, per manus orientis regum sibi traditos. Hæc, cũ exquisitis quotidie Antonius saginaret epulis, superbo simul & procaci fastu, ut regina meretrix lauticiam eius omnem apparatumq; detractans, quærente eo quid astrui magnificentiæ possit. Respondet una se cœna centies sestertiũ absumpturam. Cupiebat discere Antonius, sed fieri posse non arbitrabatur. Ergo sponsionibus factis, postero die, quo iudicium agebatur, magnificam alias cœnam, ne dies periret, sed quotidianã Antonio apposuit, irridenti, cõputationemq; expostulanti. At illa corollarium id esse, cõsumpturamq; se ea cœna taxationem cõfirmans, solãq; se centies sestertiũ cœnaturam. Inferri men

Coronas bibere.
Cleopatræ & Antonij historia.

ſam ſecundā iuſſit. Ex præcepto miniſtri unum tantum uas ante eam poſuere D aceti, cuius aſperitas uiſq; in tabem margaritas reſoluit. Gerebatque auribus tum maxime ſingulare illud & uere unicū naturæ opus. Itaq; expectante Antonio quid nam eſſet actura, detractum alterum merſit, ac liquefactum abſorbuit. Iniecit alteri manum L. Plancus iudex ſponſionis eius, eum quoq; paranti ſimili modo abſumere, uictumque Antonium pronuntiauit, homine irato.

Capite autem 3. libri 21. ad noſtrū propoſitum ſic habetur. Scelerata Cleopatra apparatu belli Actiaci, gratificationē ipſius reginæ Antonio timēte, nec niſi prægustatos cibos ſumente, fertur ab ore eius luſiſſe extremis coronę floribus uenenoillitis, ipſaq; capiti impoſita, mox procedēte hilaritate inuitauit Antoniū ut coronas biberent. Quis iſtas timeret inſidias? Ergo cōcerpta in ſcyphum incipienti haurire oppoſita manu. En ego ſum (inquit) illa Chare Antoni quā tu noua prægustantiū diligentia caues, adeo mihi (ſi poſſim ſine te uiuere) occaſio & ratio adeſt. Inde eductū ē cuſtodia bibere iuſſit ilico expirantem. Ex his concluditur, quid ſit Coronas bibere: quid Coronaria aut Coronata uina, putacum conuiuones de Coronis poculis flores aut folia imponunt & poſtea iuxta conſidentium ſeriem percircuitum bibunt. E

SEQVITVR ENGONASIN.

Engonaſis. OB diuerſas hiſtorias plures præſertim uetuſtiores, nō aſſignant huic imagini nomen proprium. Contenduntenim nonnulli eſſe Herculem. Alii Cethea Lycaonis filium. Alii patrem Lycaonem eſſe uolunt, qui uidetur ut lamentans filiam in urſæ figuram conuerſam, genu nixus palmas aduerſas tendere in cœlum, ut eam ſibi dīi reſtituant. Alii aſſerunt eſſe Theſeum. Alii Thamyrim à Muſis excæcatum, ut ſupplicem ad genua iacentē. Alii Orphea, Alii Ixiona brachiis uinctis eſſe dixerunt, qui uiolentam uoluerit afferre, Alii Promethea in mōte Caucaſo uinctum. Horum omniū hiſtoriæ eō tendūt, quòd ex cauſa uidentur ingeniculaſſe & palmas ſupplicum more in cœlum extendiſſe

Aratus. uel ad pugnam paratos. Quocircà Aratus in Phœ. de hac imagine ſic ſcripſit. Hoc uero propè laboranti uoluitur uiro ſimile Idolū, quod quidē nemo ſcit manifeſto dicere, neq; cui incumbat ille labori, ſed ipſum uulgo Engonaſi uocant: F eo quòd in genubus laborās geniculanti ſimilis eſt. Super ambobus uero ei humeris, manus eleuantur. Diſtenditur certe hincinde quantū ad manuum paſſum, medie uero ſuper capite dextri lateris pedis ſiniſtri imum habet tortuoſi draconis. Huc uſque Ara. Engonaſis dicitur, id eſt, genu nixus, quia apud Græcos ἐν, id eſt, in: & γόνυ, id eſt, genu.

Accedit adhoc Hyginus lib. 2. & 3.

Et pulchrè Iulius Firmicus libro octauo capi. decimoſeptimo, de claris ſyderibus cum Piſcibus orientibus & occidentibus, in hæc uerba. *In extremis Piſcium partibus oritur Ingeniculus, qui à Græcis Engonaſin dicitur. Hoc oriente ſydere quicunq; nati fuerint, fugaces erunt, callidi, uarii inſtructi dolis, mendaces, & qui hominibus uariis inſidiis appetant, & effrenata ſemp animoſitate graſſentur. Cum teſtimonio uero Martis & Lunæ erunt funambuli, oribatæ, neurobatæ & qui talia pertractent.*

Marcus Ma. Ad idem Marcus Manilius libro primo.

Proxima frigentes arctos, boreamque rigentem
Nixa uenit ſpecies genibus ſibi conſcia cauſæ.
Et libro quinto, ſimilem habet ſententiam cum Firmico.

Germa-

A Germanicus Cæsar. Non illi numen non magni causa laboris· Cæ.Germa.
Dextro nanq; genu nixus, diversaq; tendens
Brachia supplíciter pansis ad numina palmis,
Serpentis capiti figit vestigia sæva.
Rufus Festus de Engonasi. Rufus Fest.
Illa laboranti similis succedet imago,
Protinus expertem quam quondam dixit Aratus
Nominis, & cuius latuit quoq; causa laboris,
Pannyasi, sed nota tamen ceu longior ætas,
Eruit excussis arcana exordia rebus &c.

Postea narrat de Hercule & pomis aureis Hesperidū, & quo pacto draconem custodem interfecit.

Vetula tralatio in Alma. habet Stellatio Algiethi, id est, incurvati super genu ipsius. Geor Valla traduxit Engonasin. Vetula tralatio. Algiethi.

Fabulā hanc annectere collibuit, ex Pherecide, Eratosthene & Paniasie existimo. Iuno, cum eā Iupiter in uxorem duceret, invenisse terram dicitur aurea mala ferentem. Cuius rei stupore permota, à terra petijsse ut huiusmodi arbores in hortis suis sereret, qui erant iuxta Atlantem montem. Satis quę ubi arbori- Fabula.
B bus, cum fructū ferre cœpissent, & filiæ Atlantis ex his mala frequenter decerperent, draconem in somnem adhibuisse custodem. Hercules uero cum ad mala aurea profectus fuisset, & poma tulisset, draconem interemit. Seneca.
Post hæc adortus nemoris opulenti domos
Aurifera uigilis spolia serpentis tuli.

Quapropter propter hunc laborem, & eximias uirtutes & res ab eo præclarissime gestas, tum quòd Iouis filius erat, à patre in cœlum translatus, ubi apparet Draco caput habens erectum, Hercules cum dextro pede genu nixus, sinistro pede capitis eius dextram opprimere conatur, dextra manu cum claua sublata ut feriens, sinistra proiecta cū pelle Leonis, quę inermis interfecit, ut his quàm maxime dimicans appareat. Huius fabulæ hæc sunt metra.

Excelsus genitor Iupiter Herculis
Erumnas superasse aspiciens graues
Natum, & terribiles, munera reddidit
Iustus pro meritis, cum domum olympicam
C Clari syderibus luminis obtulit
Cinctam, ut temporibus uiueret omnibus.

Scriptores huius sunt iam supra enumerati. Scriptores.
Habet autem authore Ptolemæo stellas 29. tempore eius omnes in Libra, Scorpione & Sagittario. Nostro tempore consimiliter de complexione Mercutij. Stellæ 29.

De Hercule allegoria satis cōmoda, puta ethica proponi posset, quam breuitati consulentes missam facimus. Allegoria ethica.

Id tamen hic annotandum decreuimus, plures fuisse Hercules etiam probatissimi historici asserunt. Nam tres & quadraginta asserit Varro. Primus tamen & omnium fortissimus fuit Aegyptius Thebanus, cui Lybius est nomen proprium, non Hercules. Testis est Berosus lib. 5. Anti. cum inquit, Hercules Osiridis filius cui nomen est Lybius. Adstipulat Cato in fragmentis sic dicit. In montanis Lyguribus sunt portus Herculis Aegyptij. Nam Lybarnum in his est à nomine simul & cognomine illius. Græci ubicunq; nomen Herculis audiunt, putant esse suum, à nomine sumentes argumentum, cum tamen ille neq; nomine Lybius, à quo deuicti Lybij, sed Alceus dictus sit. Neq; dictio Hercules sit Græca, sed Aegyptia. Nam illi Heraclio, id est, Iunonis gloria cognomen fuit. Accedit his Diodorus Siculus libro 4. Et Moses Gene. ca. 10. Sunt igitur huius Lybij cognomenta in Aegyptia lingua, hæc, Her, Hercol, Ar, Arno, Musarno. Plures Her. De nomine Herculis.

Her. Col. Hercol. Ar. Ari. No. Arino. Arno. Musa. Musarnus. Musarni. Musarna.

D

Her iam dicta lingua pellitum significat, quia induebatur simplici pelle Leonis quotidie. Col, etiã apud Hebræos totum significat. Hinc Hercol aut Hercul o muta in u. significat pellitum totum, quia pellibus ferinis toto corpore tegebatur pro armis, non dum armis inuentis in primo ortu generis humani ad propulsandas iniurias, ut habet Diodorus libro primo. Ar uero & Ari designat Leonẽ, ab insigni suo Leone, quia ab insigni sæpe denominantur duces, ut Macedo Lupus, Anubis canis, teste Diodoro libro primo. No autem famã celebrem significat. Arino & per sincopam Arno, id est, Leo celebris à uirtute & famosus & etiã à corporis robore, quia, ut ait Diodorus, propulsabat iniurias ab humano genere, ut pulchre declarat Berosus lib. 5 in. §. Hercules Osidiris filius, & de inde. Musa item disciplinã significat apud omnes gẽtes, inde. Musarnus dictus ob doctrinam militarem & initiationem militis, id est, doctor militię. Et eius milites Musarni, id est, discipuli Herculei. Inde fundauit metropoles Musarnas & populos Musarnæos. Testis Ptolemæus de Musarna urbe Carmaniæ lib. 6. ca. 9. & tabu. 6. Asi. & est sita ad mare Indicum. Et alia Musarna Gedrosiæ de qua idem eodem ca. 21. Tab. 9. Asi. Ibi Musarnæi. Et idem Lybius in Italia fundauit urbes Musarnas, quæ sunt hodie dirutæ.

E

Item Lybarnũ ciuitas de qua supra. Cato, quasi Lybij celebris Leonis ciuitas. De qua Ptolemæus lib. 3. ca. 1. & tabu. 6. Euro. sita sub Appennino monte in Lyguria. Et alia ibi reperiuntur indicia ut Herculis portus. Arna fluuius.

Alter Hercules, adagium.

Postremo adagium est, Hercules hic alter est. Id habet hanc rationem. Fuisse Bussequam Titormum, patria ut fertur, Aetolum, corpore staturosum, uiribus præcellentem, in eum ubi incidisset Milo Crotoniates, uirium fiducia elatior, ac sibi placens, percupiebat uisa proceritate insigni, illius periclitari robur. At is non sine ironia, posse se nihil magnum, asseuerabat. Mox tamen in Euenum fluuium descendens, reiecta ueste, permagnum arripuit lapidem, quem primo quidem ad se pertraxit, deinde & propulit, bisq; ac ter ipsum hoc effecit. Postea sustulit, sed non ultra genua, demum humero impositum ad quinquaginta ferè ulnas proiecit. At lapidem uix emouebat Milo. Cæterum nec eo contentus Bussequa, pergit in armentum, stansq; in medio ferocissimi omniũ, maximiq; tauri pedem corripit, furentemq; ac inde se proripere adnitentem frustra, retinet constantissimè. Nec satis, quinimo manu altera prætereuntis forte tauri alius pedem apprehendit audacissimè, ac comprimit ferociter. Id cum intueretur Crotoniates, in cœlum manibus sublatis. O Iupiter, inquit, en alterum prosemina sti nobis Herculem hunc. Hinc deniq; in prouerbium demanasse, hic alter Hercules.

F

SEQVITVR SERPENTARIVS.

Serpentarius. Ophiuchus. Anguitenens.

PTolemæus, Alphonsus, Cæsar Germanicus & plures alij, ex homine serpente inuoluto aut circundato, duas conflant cœlestes imagines, Hominem, Serpentarium, Ophiuchum siue Anguitenentem, appellantes. Aratus etiam & Proclus duas faciunt, Serpentarium, scilicet, & Serpentem.

Fabula Serpentarij. Aesculapius.

Primo Serpentarium, dein eius Serpentem absoluemus. Habet igitur Serpentarius multis omissis, hanc fabulam, etiam apud astrologos uulgatam. Aesculapius teste Ouidio & Diodoro, Apollinis & Coronidis filius fuisse perhibetur, traditus Chironi erudiendus. Hic cum esset inter homines, & tantum medicina præstaret cæteris, ut non satis uideretur hominũ dolores leuare, nisi etiã mortuos reuocare ad uitã nouisset. Fertur Hippolytũ Thesei & Amazonis filium aut (ut alij asserunt) Glaucum Minois filiũ ad uitam reuocasse, propter

quod

A quod peccatum, Iouem domum eius fulmine incendisse, ipsum uero propter artificij excellentiam, cum Apolline patre eius inter sydera Anguem tenentem collocasse. Huic fabulæ hæc subest ueritas, Aesculapium præstantissimum fuisse medicum. Hic deus petitus à Romanis, uigente pestilentia, è libris Sibyllinis, per decem legatos Epidauro: ubi colitur, anguem, qui se in nauim eorum cõiecerat, in quo ipsius numen esse constabat, deportauere, eòque in insulam Tyberis elapso, in eodem loco sedes ei constituta est. Author est Liuius libro undecimo. Cuius hæc sunt uerba. Cum ciuitas pestilentia laboraret, missis legatis, ut Aesculapii signum Romam ab Epidauro transferrent, anguem, qui se in nauim eorũ contulerat, in quo ipsum numen esse constabat, deportauere, eoq; in insulam Tyberis egresso, eodem loco sedes Aesculapii constituta est. Veritas de Aesculapio

Hanc fabulam Thomas Rhadi. paucis metriculis absoluit. Scriptores. Aratus.

Asclepius olim
Artis medicinæ
Autor, deus hũc ob
Illustre repertum,
Tale ob facinus
Cœli ignibus arsit

Scriptores de Serpentario sunt hi. Aratus in Phœno. in hæc uerba. Caput uero summũ obserua iuxta caput Serpentarii, ex illo namq; ipsum deprehendas licet splendidum Serpentarium. Quales sibi capiti subiacentes clari humeri apparent: hi quidem etiam plena Luna conspicui essent, sed manus non admodum æquales. Tenus namq;
B hinc inde exit splendor, attamen etiam illæ contemplabiles, non enim modicæ sunt, ambæ autem serpente fatigantur, qui quidem medium inuoluit Serpentarium. Hic uero instanter apteq; innixus, pedibus conterit magnam feram ambobus Scorpium, oculoq; & in pectore calcans rectus, sed ei serpens ambas uoluitur per manus, dextram modicus, sinistram uero supernè multus. Atque ei sanè Coronam attingunt supernæ genæ. Subter spiram autem magnam inquire Chelas, sed hæ quidem lumine indigæ, nequaquam splendidę. Hucusq; Aratus, & coniunctim utrasque describit imagines.

Iulius Fir. lib. 8. ca. 15. De claris syderibus cum Capricorno orientibus & occidentibus, sic habet. In primis partibus Capricorni oritur Ophiuchus. Hoc oriente qui nati fuerint, Marsi erunt, qui scilicet pestiferos angues, sopitis & mitigatis aculeis, opprimant. De eodem Marcus Mani. libro 1. ca. 4. Et idem libro quinto ca. unico fermè consentit cum Iul. Firmi. his metris. Iul. Fir. Mar. Mani.

Anguitenens magno circundatus orbe Draconis
Cum uenit in regione tuæ Capricorne figuræ,
C Non inimica facit serpentum membra creatis.
Accipiunt sinibusque suis, peploque fluenti,
Osculaque horrendis iungunt impune uenenis.

Germanicus Cæsar ferè cum Arato cõcordat. Rufus super addit fabulam Aesculapii. Tullius in fragmentis Aratis. Hyginus de eodem libro 2. & 3. Ger. Cæ. Rufus Fest. Tullius. Hyginus.

Ptolemæus lib. 7. & Alphonsus tribuũt Serpentario 24. stellas, tertiæ, quartæ & quintæ magnitudinis, tempore Ptolemæi omnes in Scorpione inuentæ, nostro uero in Sagittario, demptis 6. 7. & 8. quę Scorpionem tenent. Hæ omnes authore Ptolemæo tracta. 1. quadri. uim habent Saturni & parum Veneris. Ptolemæus. Alphonsus. Numerus stellarum serpentarij.

Propter connexionem imaginum & fabularũ, ad Serpentem ipsius Serpentarii accedo, qui Arabice Alangue uocatur. Inquit enim PROCLVS, SERPENS. Cur Serpentarius serpentem tenere dicatur, causa hæc traditur. Cum de Glauco suscitando Aesculapius cogitaret, uenisse ante eum serpentem, & baculum, quem manu gestabat, arripuisse. Quapropter ita percitum, baculo fugientem sæpius percussisse, tandemque interfecisse, uenisse mox eòdem alium serpentem, herbam ore ferentẽ, & in caput defuncti posuisse, quo facto mox utrunq; fugam corripuisse. Sic eam herbam ostensam fuisse Aesculapio, & hac Glaucũ PerPens. Alangue. Fabula.

ab inferis ſuſcitaſſe. Itaque Serpentem in Aeſculapij tutela & inter aſtra conſti- D
tutum fuiſſe, ex qua conſuetudine deriuatum eſt, ut reliqui medici ſerpentibus
uterentur. Huius fabulæ hæc ſunt metra.

Ptolemæus.

Prolis Apollineæ meditatus
Cum foret; ut medicamine Glaucum
Redderet his iterum capiendis
Flatibus aëreis, baculumque
Volueret in manibus, uidet anguem,
Verberibusque necat. Subito alter
Affuit, ore gerens uiridem herbam
Qua tetigit caput anguis, & ille
Viuus abit. Stupet atque docetur
Natus Appolline, reddit & auris
Ex ſimili medicamine Glaucum.
Hinc nitet Anguis in æthere clarus.

Tractatores de Serpente ſunt hi omnes quos ſupra citauimus.

Ptolemæus dict. 7. Alma. numerat Serpenti 18. ſtellas, in tertia, quarta magnitudine, dempta 12. quæ eſt quintæ. Suo tẽpore in Libra, præter 12. 13. 14. & 15. quæ fuere in Scorpione, hodie in Scorpione, demptis 13. 14. 15. 16. & 17. quæ Sagittarium tenent, & ultimã quæ in Capricorno locatur. Omnes de complexione Saturni & Martis.

Allegoria.

Circa duas has imagines primo aduertendum, Hi qui ſacris ſunt adiurati literis, allegoriam faciunt profecto utilem. Per Serpentarium intelligentes decli- E
nationem mali, quia Teste diuo Thoma Aqui. declinando à malo præceptis negatiuis propriè obtemperamus. Per Serpentem autem deſignant Religionem quæ hominem principaliter in deum ordinat, facienda & uitanda diſcernens.

Ophites lapis

Sed his miſſis, ad alia feſtino cõmemoranda, quæ dictis imaginibus proprius accedunt. Quare ſecundo loco contuendum, Ophites lapis de genere marmorũ, de quo Plini. lib. 36. ca. 7. & 23. ſerpentinas habens maculas, unde nomen accepit. Eſt enim ὄφις Græcè, ſerpens latinè. Binæ ſunt eius ſpecies. Mollis candidus, ac nigricans, quadã uiriditate aſperſus, croceis maculis. Vtriuſque uirtus eſt, collo ſuſpenſus ſedare capitis dolores ac opitulari percuſſis ex ictibus ſerpentum, præcipue ſuccenſus. Habet etiã potentiam abſtergendi & atterendi, quare potus cum uino albo & tenui calculos in ueſica atterit. Quidã phreneticis & lethargicis iubent adalligari candicantem.

Ophiodiri.

Tertio, occurrit quæſtiuncula. Qui ſint hi populi Ophiodiri nũcupati. Scito lector candide, Laconica teſte Strabone lib. 8. Geog. & Ptolemæo libro tertio, ca. 16. ta. 10. Euro. & alijs, regio eſt Peloponeſi. Cuius urbs Lacedæmon olim rebus domi foriſque geſtis omniũ præclariſſima. Inde Lacedæmones populi di- F
cuntur, quæ & Sparta nominata, inde Spartani. Lacedæmones igitur Spartani & Lacones idem ſignificant. Legimus Lacedæmonios à Pythia quandoq; nominatos Ophiodiros, eius appellationis, ex hiſtoria, authore Ariſtotele lib. admirabilium, hanc adducunt rationem. Quadam tempeſtate mira ſerpentũ multitudo in Laconia ſuccreuit, facta inde annonæ caritas eſt incredibilis, coactiq; indigenæ ſerpentes in eſcam humanã uertere, unde nomenclaturæ nouæ data occaſio.

Ophiogenes.

Quarto adſunt alij populi Ophiogenes dicti, de quibus Plini. libro ſeptimo cap. 2. in hæc uerba. Crates pergamenus ad Helleſpontũ circa Parium, genus hominũ fuiſſe tradit, quos Ophiogenes uocat, ſerpentũ ictus contactu leuare ſolitos, & manu impoſita uenena extrahere corpori. Varro etiã nunc eſſe paucos ibi, quorum ſaliuæ contra ictus ſerpentũ medeantur. Conſimilem quaſi habes ſententiã apud Strabonem lib. 13. Nominati Ophiogenes, quaſi Anguigenæ ſiue Serpentigenæ cognationem quandam cum ſerpentibus tenentes.

Pſylli.
Marſi.

His haud inepte addo Pſyllos & Marſos. Quare Plini. ubi ſupra, ſubiungit. Similis & in Africa gens Pſyllorum fuit, ut Agatharchides ſcribit, à Pſyllo rege dicti, horum corporũ ingenitum fuit uirus, exitiale ſerpentibus, ex cuius odo-

reſo-

A re sopirent eas. Mos uero liberos genitos obijciendi saeuissimis earum, eoq; genere pudicitiam coniugum experiendi, non profugientibus adulterino sanguine natos serpentibus. Et idem infra de Marsis, sic. Simile & in Italia Marsorum genus durat, quos à Circes filio ortos ferunt, & ideo inesse eis uim naturalem eam. Ad idem legito Plini. lib. 28. ca. 3.

Quinto loco cōmemoratis adijcere libuit Ophiophagos quos latine Anguiuoros dicere possumus, de quibus Pli. lib. 6. ca. 29. sic. Introrsus (intellige à sinu Maris rubri Troglodytici, quē Ptolemaeus sinū Arabicum nominat, uersus Nilum fluuiū) Candei, quos Ophiophagos uocāt, Serpentibus uesci assueti, neq; alia regio fertilior earum. Solinus cap. 46. sic scribit. Arabes longe, lateq; diffusi diuersis moribus uiuunt & cultibus, pluribus crinis intonsus, mitrata capita. Et infra. Cōmertijs student, aliena non emunt, uendunt sua. Quippe & syluis & mari diuites. Pars eorū, quibus asper est uictus, angues edunt, nulla illis animi uel corporis cura, propterea Ophiophagi nominantur. Ad idem Solin. cap. 44. Pompo. Mel. lib. 3. de Arabico sinu. Candei (inquit) habitant hi, quos ex facto, quia serpentibus uescuntur, Ophiophagos uocant. Ophiophagi.

Sexto nonnulla de Serpentinis hominibus miratu digna praeterire nequeo. Aristote. B In Aristotelis monumentis legimus, Puellam cœpisse initio paulatim uenenis enutriri, consuetudinem in naturam mutasse, ut his perinde uesceretur alereturq; sicuti cōsuetis cibis reliqui homines, ipsamq; educationis ratione uenenosam euasisse, ut sputo, & quouis humore alio perimeret appropinquantes, illis eo etiam exspirantibus qui cum ea coissent. Puella.

Auicenna scriptum reliquit, tempestate sua uixisse hominem, quem fugerent uenenata omnia, morientibus omnibus, quae forte mordicus cum apprehendissent, inde nil omnino laesum. Auicenna.

Albertus magnus totius Sueuiae decus narrat, in Colonia Agrippina se uidisse puellam, quae in trimatu parietibus araneas uenatura, quas uoraret, eoq; cibi genere oblectata insigniter aleretur. Haec huc usq; ad Serpentariū spectant. Nunc ad Serpentē uenio. Plura & propè innumera de his scribunt, puta Strabo, Plinius in multis libris, Solinus, Pompo. Me. & alij. Quibus omnibus missis, haec paucula adiungere collibuit. Polybius libro 1. de primo bello punico. Orosi. lib. 4. Gellius lib. 6. ca. 3. sic habent. Attilius Regulus imperator bello punico primo ad ripam Bagradae fluminis africae minoris ingentis C magnitudinis serpentem machinis bellicis interfecit, multa suorū militum clade, cuius postea corium Romam translatū 120. pedum longitudinem habuisse memoriae proditum est. Concordat Plini. lib. 8. ca. 14. Albertus. Polybius.

Strabo lib. 13. de ingente alio scribit serpente, in haec uerba. Aradii pars camporum prima à mari Macras uocatur, & Macracampus in quo Possidonius scribit uisum fuisse serpentem mortuum, iugeri longitudine, crassitudine tanta, ut equites ex utraque parte astantes se inuicem intueri non possent. Hiatu autem tanto, ut hominem equo insidentem reciperet. Exuuiarum squamam quamlibet clypeo maiorem. Plini. cap. decimo quarto, libri octaui, de eisdem sic. Megasthenes scribit in India serpentes in tantam magnitudinē adolescere, ut solidos hauriant ceruos taurosq;. Idem nonnullis adiectis legimus apud Solinum ca. sexagesimo quinto. Strabo.

Postremo apud receptos authores Strabonem, Herodotum, Plinium &c. legimus, Africa maximam habet serpentum copiam, adeo (ut Solinus scribit) fœcunda est, ut malis huius merito illi potissimi palma detur, ut aratuti praealtis ocreis indui, haud alio modo morsus uitare possint. Sed de his ad nostrū propositum satis.

D

SEQVITVR LYRA.

STOEFLERI INTERPRE. Lyra

Fabula.

NOnnulli etiam uetusti authores pro Lyra ponunt Vultutem cadentem. Sed quia de vulture cadente pro cœlesti imagine nulla mihi occurrit uel historia uel fabula, sequar Aratum, Hyginum, Iulium Fir. Mar. Mani. & recentiores Tralatores: Lyram affirmantes cœlestẽ esse effigiem. Habet igitur fabulã hanc, cuius maiorem partem colliges ex Ouidianis libris de transformatis 10. & 11. Tradunt enim cum aliquando Nilus egressus alueum suum totam inundasset Aegyptum, postea eo inter suos limites ingresso, uarias in campo animantes reliquisse, inter quas remansisse testudinem. Quam cum Mercurius reperisset, cõsumpta iam carne, sed superstitibus neruis, percussu sonum excitasse. Quocirca ad similitudinem illius composuisse Lyram, eam Orpheo tradidisse, eo quòd esset unius ex Musis, scilicet, Calliopes filius, tantæ autem suauitatis fuisse perhibetur, ut arbores, saxa, feras traxisse dicatur Orpheus. Huius uxor Eurydice morsu serpentis in prato iacentis perijt. Orpheus immaturam eius mortem quærens, Lyra accepta ad inferos descendit, omnem deorũ progeniem suo carmine laudauit, Libero patre excepto, hunc enim obliuione du- E ctus prætermisit. Quare indignatus Liber postea per Bacchas se uindicauit. Orpheus igitur carminis suauitate effecit, ut uxorem à Plutone ea acciperet conditione, ne illam, priusquàm ad superos reuersus esset, aspiceret, & ut ipse eam subsequentem præcederet. Verũ ueritus ne uxor eum nõ sequeretur, cum iam ferè ad superos peruenisset, eam respexit, quę illico ab oculis eius euanuit ad inferos reuocata. Qui cũ desperaret se iterum ea potiri posse, dolore quasi inconsolabili tenebatur. Threissas etiam mulieres, quæ Cicones uocantur, uatis amorem ardenter petentes aspernatus, quare multæ doluere repulsæ. Docuit Thraces puerorum amoribus indulgere. Id autem egrè ferentes Thraciæ mulieres, sacra Bacchi in Pangæo monte Thraciæ, illum cythara canentem ferasq; mulcentem discerpserunt, cuius caput & cytharã in Hebrum flumẽ proiecerunt. Quo facto Musæ collecta membra sepulturæ dederunt, Lyram uero stellis figuratã inter sydera collocasse, Apolline id permittẽte, & Ioue, Apolline id petente, admittente. De hac fabula Tho. Rha. sic canit.

Tho. Rha.

Olim Mercurius Lyram
Vati Threitio tradidit: Hic styga
Petens, plectra mouens, modis
Lætos flebilibus dum sociat modos,
Lymphatæ Ciconum nurus
Solantem Euridices tristitiam Orphea
Cernentes numeris, graui
Irarum cumulo pectora consita,
Saxis ora canentia
Bacchantes iaculis membra dissipant.
Phœbus condoluit: polo
Figens syderibus præradiantibus,
Ornat perpetuo Lyram.

Scriptores. F

Scriptores de cœlesti Lyra sunt omnes hi, quos supra de serpentario recensui. Ex his aliquot sententias nõ aspernandas adscribere placuit. Iulius Fir. de Lyra lib. 8. ca. 15. de claris stellis cum Capricorno orientibus & occidẽtibus sic scribit. In parte decima Capricorni oritur Lyra. Quicunq; hoc oriẽte sydere nati fuerint, æqui erunt, recti cupidi, & ad omne æquitatis officium apti, scelerũq; uindices, & quibus publica officia, quæstionesq; credantur. Si uero hũc locum Saturnus quacunq; radiatione respexerit, tortores erũt, carnifices, & qui malos homines prono studio persequantur. Mar. Mani. libro 1. ca. 4. de eadem sic canit.

Et Lyra deductis per cœlum cornibus inter
Sydera conspicitur, qua quondam cœperat Orpheus
Omne quod attigerat cantu, manesq; per ipsos

A Fecit iter, domuitque infernas carmine leges.
Huic cœlestis honos, similisque potentia causæ
Tunc sylvas & saxa trahens, nunc sydera ducit
Et rapit immensum mundi reuolubilis orbem.
Et idem de eadem belle scribit libro quinto ca. unico. Legito.

Habet Lyra authore Ptolemæo dict. 6. Alma. stellas decem. In 1. 3. & 4. magni- Stella lyræ.
tudine, omnes sua tempestate in Sagittario præter quintā & sextam, quæ fue-
re in Capricorno, nostra uero omnes in Capricorno. Vires habent Veneris &
(Mercurij.

Contuendum, tres legimus Orpheos, quorum primus Argo- Orphei tres.
nautica scripsit. Alius, qui de lapidibus. Tertius, de quo nobis sermo est. Is gene
ic fuit Thrax Oeagri & Calliopes filius, doctrina, melodiis ac poesi antecessit
omnes. Cantus quoq; suauitate saxa, feras, arboresq; dicitur allexisse, Theolo-
giæ gratia cui plurimum operæ impendebat in Aegyptum nauigauit. Vnde ex
eorum sacerdotibus plura ad Græcos præcepta & cæremonias contulit. Cum
Argonautis insuper Colchos profectus est, scripsit de fabulis, epigrammata, hy-
mnos. De quo plures multa scripsere, puta Diodorus, Diogenes, poëtæque,
præcipuè Ouidius 10. & 11. metamor.

B Sed hic in dubium uertitur. Quare ferè omnes poetæ de Orpheo scribentes
asserunt eundem cantus suauitate ac cytharæ (ad similitudinem testudinis à
Mercurio confectæ) melodiis non homines solum, sed feras, syluas, arbo-
res herbas & saxa mouisse. Solutio quòd in eo continetur poëtarum pulchra
phantasia, qua significatur quanta uis sit Musicæ disciplinæ. Musica enim ca- Musica.
pi omne quod uiuit, colligimus ex Pythagoricis & Platonicis, asserentibus
cœlum esse spiritum, motibus, tonisque suis omnia disponentem. Ex deci- Bruta cantu & melodijs mulatur.
moquinto Strabonis discimus, Elephantes cantu mulceri & tympanorum so-
no. Plutar. scribit brutorum pleraq; deliniri, afficiq; plurimum Musica. Sicuti
fistulis Ceruos. Vbi saliantur Equę, nomen solitum canūt, scilicet, Hippotho
ron. Cantu Delphinos moueri testis Plini. lib. 9. ca. 8. Soli. ca. 22. Cygnos Hyper Delphin.
borea cantus adducit. Aues fistulis alliciuntur. Insulę quæ sunt in Lydia, quæ Cygni.
Nympharum nuncupantur, in mediū stagnum à continenti procedentes, can- Insulæ Nympharum.
tu tibiarum primo in circulum motæ, dehinc ad littora reuertuntur. Megaris sa Saxa megarica
xum ad ictū pulsus cuiuscumq; fidicinat, author Martianus in 6. In Sicilia Ha-
lesina regione (teste Solino ca. 11.) fons est alias quietus, & tranquillus, cum si- Fons.

C letur, si insonent tibiæ, exultabundus ad cantum eleuatur, & quasi miretur
dulcedinem uocis, ultra margines intumescit. In homine autē peculiaris adesse Homo Musices studiosus.
uidetur ratio, quia modulatior sonus in corpus musicæ memoriam defert, cu-
ius anima in cœlo fuerit conscia. Propterea nullum habere tam immite pectus
tamq; asperum, quod non oblectamentorum talium teneatur affectu. Quare Orpheus.
Poëtæ dicentes Orpheū aut Amphionem cantu lapides, feras &c. traxisse, au- Amphion.
tore Lactantio lib. 1. diui. Insti. locuti sunt nō de facto esse, sed nomine tantū, re- Lactantius.
bus gestis quendam colorem addentes. Volentes ad ueritatem potius alludere,
ut intelligamus ferorum hominum animos ab Orpheo esse excultos &c. Simile
legimus de Amphione musico, qui lyra adeo dulciter canebat, ut saxa ad muros
Thebanos exædificandos sponte insilierint. Quod ideo fictum est, qui eloquij
suauitate homines rudes & incultis moribus ad obsequij ciuilis pellexit disci-
plinam, quod Horatius in arte poëtica apertè his docuit uersibus. Horatius.

Siluestres homines, sacer, interpresque deorum
Cædibus, & uictu fœdo deterruit Orpheus.
Dictus ob hoc lenire tigres, rapidosque Leones.
Dictus & Amphion Thebanæ conditor urbis

Saxa mouere sono testudinis, & prece blanda, D
Ducere quò uellet.

Homines se motibus delectant. Afferunt Peripatetici & alij authores recepti, insitum esse omnibus delectari naturalibus motibus. Cui sit argumento pueri, qui uix dum nati modulis permulcentur. Pugnanti item animos in bello tubarum carmine excitari cōspicimus. Nautas quoque atque remiges, insuper & penè omnes artifices manu operantes, uocis modulatione, labores facilius posse tolerare experientia docuit, & sicut corpora fessa laboribus requie alleuiantur, ita animos occupatos tentationibus. Iratos, seditiosos, phreneticos ac morbidos lenit, & letos facit Musica. Quod etiam ex sacris literis compertum habemus. Legimus enim de Saule rege, quòd post quàm spiritus ab eo recessit & exagitabat ipsum spiritus domini malus. Cum uexaretur, requiescere non potuit, donec Dauid cythara ludente, dulcissima eius harmonia refocillabatur Saul, & leuius habebat, recedebat enim ab eo spiritus malus.

Nautae. Artifices. Saul. Morbi curant. Martianus. Thales. Democritus. Hippocrates.

Scribit Martianus in nono Thaletem Cretensem cytharae suauitate morbos ac pestilentiam fugauisse.

Legimus etiam Democritum Abderitem, qui cum quasi insanus custodiae esset mancipatus, Hippocrati medico uisitanti dixisse, ut sese corporis affectus habet, ita pulsus cordis excitati motibus. E

Ismenia. De Ismenia tibicine celeberrimo historijs proditum est. Boeotios complures Ischiatico morbo uexatos modulis suauioribus curasse. Is cum captiuus ad regem Ateam, Scythicum hominem ferocem, barbarū, incultum ductus esset, iubēte rege tibia incinuit. Ac illum cū cęteri suauitate demulcti, summa prosequerentur admiratione, laudibusque efferrent plurimis, & uerissimis, incultum hūc barbarum iureiurando identidem comprobasse, Equestrem hinnitum sibi uideri iucundiorem, modulatioremque. Verum in barbaro & hoc quidem Scythia uox huiusmodi minus fore mira.

Archidamus. Derisit Musicae studiū Archidamus Spartiata, cum quidā Cytharoedi nimium laudarēt, dicentes, Psaltes eximius hic est. At inquit Archidamus, apud nos bonus cantor, bonus Cupediarius. Ceu nil prorsus intersit cupedijs ne ac lautitia conciliétur uoluptas, an modulatiore ex organis sono.

Ptolemaeus. Demum seruit Musica ueluti artium praestantissima diuinis rebus, & quod Ptolemaeus testatum reliquit, templis sonitus uarij placandorum numinū causa adhibentur. Haec nos deo coniungit, afflat fatidico spiritu, ut etiā futura panF

Alpharabius. damus. Allicit rapitque ad contemplationem coelestium. Quocirca Alpharabius Arabs philosophus, luculēterque Astrologus egregiè dixit. Per harmonias gratia contemplationis, & diuinarum scientiarum studia non mediocriter iuuantur. Quae ut uideri lucidius possint, duo de multis supponā exempla. Mantuanus poeta primo Aeneid. describēs, Didonis & Aeneae laetū consessum, sic canit.

Cythara crinitus Iopas
Personat aurata, docuit quae maximus Atlas.
Hic canit errantem lunam, solisque labores.
Vnde genus hominum, & pecudes, unde imber & ignes.
Arcturum, Pleiadesque Hyadas, geminosque triones.
Quid tantum oceano properent se tingere soles
Hyberni, uel quae tardis mora noctibus obstet. Et sequitur.
Ingeminant plausum Tyrij Troesque sequuntur.

Ecce concentus Musicus hominem ad coelestia eleuat.

Praeterea sacra regum habet historia, Eliseum prophetam cum tribus regibus prophetare uellet Psalten postulasse. Ibi autem dicitur quòd cum psalleret Psaltes

A psaltes facta est super eum manus domini, & ait prophetando ea quæ in eodem sequuntur capite. Quod non propter aliud actum esse expositores asserunt, nisi quòd excitatę melodijs menti spiritus propheticus infunderetur. Ecce dulcis musicæ harmonia ex homine uatem efficit.

Dic obsecro ad quid regius propheta tot corporis motibus, tot saltibus, tanta lætitia, suauitate, symphonia, cōsonantia, modulationumque æqua proportione tot psalmos, ore, & organis, puta Psalterio, Naula, Cytharaq; cecinit. Profecto ut hominum animos induceret atque alliceret in laudem, confessionem, cantationem cognitionemque dei opt. maxi. Dicito rogo in quem finem? ut post hanc miseram uitam, in cœlesti patria perpetuam musicam, id est, laudem dei, longe aliā ab hac nostra terrena resonare ualeamus. Hactenus de Lyra, & musicæ laude, eiusque cōmoditate. Volumus tamen ubique intelligi honestā, quæ ad bonos mores & uirtutes allicit, haudquaquam illam lasciuam, uoluptuosam aut Veneream musicam, quam pro uirili explodimus.

SEQVITVR AVIS.

Alites cœlestes.

B IMprimis contuendum. Astrologos priscos quatuor in cœlo alites effigiasse. Tres in septentrionem, Cygnum, scilicet, Aquilam & Vulturem. Vnum in austrum, Coruum. Quòd si Vulturem cadentem, de quo supra de Lyra, cōnumeraueris, colliges quinque.

Auis.

Quòd Proclus hic nominat Auem, quemadmodū etiam nouus tralator Ptolemæi, Geor. Val. Ideo factū credit Hyginus, quòd cōplures propter ignotā historiam cōmuni genere Auium Ornim nominauerunt. Est enim Græcè ὄρνις, latine auis uel ales. Hodie κύκνος græcè, Olor latine, aut gallina appellatur.

Cygnus. Fabula.

Secundo de Cygno aut olore hæc memorię prodita est causa. Iupiter captus amore Ledæ, quæ & Nemesis dicitur (ut refert Crates Tragœdiarum scriptor) neque ab ea, ut secum cubaret, impetrare potuisset. Astu procurat Venerem in Aquilam, sese in Olorem mutat. Fugiens igitur Aquilam, ut hostem, uolitauit ad uirginem, & in eius gremio se collocauit. Leda inscia, non aspernata blandientem, amplexum tenens, somno est consopita, quam dormientem Iupiter cōpressit atque auolauit. Et in memoriam facti Cygnus & Aquila inter astra locantur. Leda autem prægnans, ut quæ auium genere esset iuncta, actis mensi-
C bus ouum peperit, ex quo nata Helena cæteris corporis specie præstans, Huic fabellæ alludunt hæc metra.

Flammis eximiæ Iuppiter ardet
Ledæ: suscipiens corpus Oloris
Descendit gremio lætus amantis.
Et ludens modulas promere uoces
Gestit, sydereos clausit ocellos
Cantus, dumque sopor corpora laxat.
Compressam fugiens æthera scandit
Et qui non potuit gaudia multis
Ledæ grata modis sumere, nolens
Fit Cygnus, medium prorsus ad unguem
Quod circumspiciens nesciat, alto
Tandem syderibus fulget olympo.

Scriptores.

Scriptores de hac effigie sunt Aratus, Ptolemæus in Alma. & quadri. Alphonsus, Hyginus lib. 2. & 3. Iulius Firmi. Marcus Manili. Germanicus, Bassus, Rufus Festus.

Iul. Fir.

Firmicus libro 8, cap. 17. De Cygno sic habet. Quicumque hoc oriente sydere nati fuerint metallorum inuentores erunt, qui latentes auri & argenti uenas, & cæterarum specierū solertibus inquisitionibus persequantur, hi quoq; monetarij efficientur.

Mar. Mani.

Marcus Manlius capite quarto, primi sic canit.

Proxima sors Cygni quem cœlo Iupiter esse

Imposuit, formæ precium, qua cœpit amantem, D
Cum deus in niueum descendit uersus olorem,
Tergaq; fidenti subiecit plumea Ledæ,
Nunc quoq; deductas uolitat stellatus in alas.
Et idem de eodem in quinto plura.

Ptolemæus dict. 7. donat huic imagini 17. stellas in 2, 3, 4. & 5. magnitudine suo tempore in capricorno & Aquario. Nostro autem in Capricorno, Aquario, & piscibus. Habentes omnes naturam Veneris & Mercurij.

Aristoteles Plinius Cygnus. Quarto annotandū, de Cygno terrestri alite Aristoteles Plinius & alij plura scribunt, ex quibus hæc cōpendio excerpsi. Cygnus totus plumis albis, carne & pedibus nigris, de genere auium corū inter digitos habentium, habens sitam fortitudinem in alis, argutamq; uocem, mitis, pacificus, ab aquila infestatur. Cuius pugnam, quoad fieri posset, declinat, nūquam primum eius dem hostem aggreditur. Ob id ut circumspectus in stagnis quiescit, & in locis multarū arborum, ac arundinetis delitet. Irritatus autem ab Aquila magno pere resistit, & bellum subiens uictor euadit. In senecta leniter cū melodia uita soluitur, penna capite traiecta. Cantat autem ingruente fatali momento (ut ait Plato) nō ex tristitia, sed potius lætitia: propinquante fato, quod immortalem se sentiat, & ad Apollinem suum remigaturus. Nam Pythagoræ erat opinio immortalem eos habere uitam, Cicero Apollini sacros esse dicit ob uaticinium finis eorum. E

Cicero. Allegorica ethica. Macrobius Thomas Cygnus itaq; per allegoriam ethicam, uirum prudentem, circumspectū pulchrè designat. Est sane circumspectio de partibus integralibus prudentiæ, de qua Macro. libro primo de som. scipi. Et diuus sanctus Tho. secunda 2. q. 49. Oportet prudentem media congrua & honesta ad finem eligere. Parum enim esset prudenti per memoriam præterea reuoluere & cogitare, & per intellectum præsentia ordinare, nisi per rationem prouideret de futuris. Vt de fine, in quē

Boetius. Aristoteles. Ouidius. præterita & præsentia ordinantur, Teste Boetio 2. de phi. rerū exitus prudentia metitur. Et Aristoteles, A fine iustum est omnia appellari, Ouidius in epistolis. Exitus acta probat. Ad optatum igitur finem obtinendum requiritur circūspectio, qua prudens eligat huiusmodi media, quæ sint cōuenientia, opportuna & honesta ad finem consequendū, habeatq; prudens præ oculis semper Cygni circumspectionem. Circumspicit enim eximioris esse laudis, pace letari, & si semper bellare potens, non nisi coactus extinguat. Exempla sunt facilia, quare transeo. F

SEQVITVR SAGITTA.

Superioribus lectionibus cum de particularibus imaginibus sagittarij mētionem fecimus, duas ostendimus cœlestes sagittas. Vnam sagittarij explanatam. Alteram non longe ab aquila, de qua hic dicendum. Eius fabula apud Hyginum & alios plurimis uerbis est recitata. Quam in hanc formam desloraui. Veteres cum deorum cerimonias summa diligentia administrarent, totas hostias in sacrificijs adolere solebant. Quem sumptum cum pauperes ferre nō possent, Prometheus, qui ob miram ingenij excellentiā finxisse è terra homines existimatur, precibus à Ioue impetrauit, ut partem hostiæ concremarent, partem in suo consumerent usu. Itaq; cum seruarent ea consuetudo cœpisset, Prometheum tradunt duos aliquando tauros immolasse, quorum iecorina cum in ara adoleuisset, reliquam carnem ex utroq; Tauro in unum composita tergore alterius bouis texisse. Ossa uero separatim collecta reliqua pelle occulisse. Tū optionem Ioui dedisse, ut quam uellet partē absumeret. Iouem uero insidiarū ignarum, & utrumq; Taurum suo pelle tectum existimatem, cam forte partem elegisse

A gisse, in qua ossa sub tergore latebant, iratum uero fraude detecta, Prometheũ
in monte Scythiæ Caucaso ferrea cathena uinxisse, Aquilamq; addidisse, quæ
iecore eius assidue renascente perpetuo pasceretur. Ad hunc igitur Prometheũ
Caucasiæ rupi alligatum, cum forte Hercules ab Eurystheo ad hortum Hespe-
ridum missus, locorum ignarus diuertisset, uiamq; ab eo fuisset edoctus, Aqui
lam iecur eius assiduè depascentem sagitta peremit. Postea Prometheus in gra-
tiam Iouis receptus, à uinculis est liberatus, & Sagitta ob eius facinoris memo-
riam translata fuit in cœlum. Hæc fabula breuiuscule à Thoma sic canitur.

Hæc extitit Amphitryonis
Nati Herculis unde Sagitta
Dito ore Promethea quondam
Immitis auis rapuit ui.
Quæ sydere fulget in auras. Quam tosit edax Aquila, omni
Sedem iecur accipe amoris, Quo tempore præfuit huic

Tractatores de Sagitta sunt hi, Aratus his uerbis. Est item quædam ulterius — Scriptores de Sagitta.
iacta alia Sagitta. Ipsa absq; arcu, atque illi aduolitat Cygnus propius boreæ. — Aratus.
Plinius lib. 18, ca. 26. Marcus Manilius libro primo ca. quatto his metris. — Plinius.
Hinc imitata nitent, cursumque, habitumque Sagittæ — Mar. Mani.
B Sydera. Idem de eadem libro quinto. Bassus in cõmen. Rufus Festus, sic.
Quin norunt alia superum conuexa Sagittam,
Sed tamen hæc arcu teteti caret inscia neruus.
Ptolemæus 7. Alma, numerat Sagittę quinque stellas, omnes tempestate sua in — Ptolemæus.
Capricorno 4, 5, & 6. magnitudinis. Nostra ad finem ferè Capricorni. Vim ha- — Vis.
bentes Martis & parum Veneris.

Hic primo notandum, quis primus fuerit Sagittæ repertor. Id indicat Plini. — Inuentor Sagittæ.
lib. 7, ca. 56. cuius epigramma est. Quæ quis inuenerit in uita, inquit enim Ar-
cum, Sagittam Scythen Iouis filium: Alij Sagittas Persen Persei filium inuenis-
se: Lanceas Aetholos: Iaculum cum amento ferunt inuenisse Aetholũ Martis
(filiũ.

Deinde de Sagittis ueneno inunctis transeo. Nullum enim animal — Sagittas extrahentia.
solo homine excepto tela uenenis tingit. Sagittas autem è corpore extrahentia
sunt pluta. Plini. lib. 8. ca. 26. ubi notat, quas herbas animalia ostenderũt. Dicta — Dictamus.
mum (inquit) herbam extrahendis sagittis Ceiui monstrauere, percussi eo te-
C lo, pastuq; eius herbæ electo. Idem lib. 25, ca. 8. scribit de herba Seselis appella- — Seselis.
ta in sola Creta crescente, pulegio simili. Et de eadem lib. 8. cap. 32. ea ceruæ ante
partum purgantur. Et enixæ, uulneratæ Dictamo pastæ statim decidentibus
telis. De reliquis legito passim Plinium.

Postremo facetum dictum cuiusdam Spartiatæ, Ex Cicerone lib. 1. Tuscula- — Facetum dictum.
narum quæstionum, in hæc uerba. Fuit hæc gens fortis, dum Lycurgi leges ui-
gebant, è quibus unus, cum Perses hostis in colloquio dixisset, glorians, Solem
præ iaculorum multitudine & Sagittarum umbra non uidebitis. In umbra igi-
tur, inquit, pugnabimus.

DE AQVILA SEQVITVR.

CVm dij omnes uolucres inter se diuiderent, Aquilam in portione sorti- — Aquila.
tus est Iupiter, quòd altius cunctis uolantibus euolet, & inter omnes prin
cipatũ teneat. Quæ sola tradita est memoriæ, contra Solis orientis radios con-
tẽdere ualere, neq; terreri. Ganymedis nota est fabula. Is Trois regis filius fuit — Fabula.
formosissimus puer, quem cum Iupiter deperiret, dum in Ida sylua uenaretur, — Ganymedes.
iussit in cœlum ab Aquila portari, & sibi pocula ministrare. Et ob hoc factum

Aquilæ effigiem in cœlum translatam ferunt, quæ super Aquarium uidetur D
uolitare, quem Ganymedem esse plures testantur. Ideoque ostenditur Aquarius quasi aquam urna effundēs. Hanc fabellam eleganter descripsit Virgilius quinto Aeneidos.

Intextusque puer frondosa regius Ida
Veloces iaculo ceruos, cursuque fatigat
Acer, anhelanti similis, quem præpes ab Ida
Sublimem pedibus rapuit Iouis armiger uncis.
Longæui palmas nequicquā ad sydera tendunt
Custodes, sæuitque canum latratus ad auras

His concinne fauent metra Tho. Rhadi.

Missa ales Iouis est flāmæ quo succurrere amantis
Possit: dilatum Ganymedem altis ducat ephœbum
Cœlorum dombus: qui seruiat & pocula ponat
Saturni genito: patris simili propter amores

Aratus. Iul. Fir.

Scriptores de Aquila sunt hi. Aratus sic inquit Vicinè item et alius ales nō tantus magnitudine, tempestuosius irruente sanè mare egrediendo, nocte decidente, atque ipsum uocāt Aquilam. Iulius Fir. lib. 8. cap. 16. de claris sydetibus cū Aquario orientibus & occidentibus in hæc uerba. In duodecima parte Aquarii oritur Aquila. Quicumque in ortu huius syderis nati fuerint, ex cæde hominū & spoliis habebunt uitæ subsidia, feras etiā E
capient, pariter & domabunt. Erunt præterea fortes milites, qui summa uirtute prædiri, nudo etiam pectore hostes sequantur, multum ad laudem suam proficere credentes, si mortem secura animositate contempserint &c. Marcus Mani. libro primo ca. 4. Et 5. cap. unico ubi sic canit.

Mar. Mani.

Nunc Aquilæ sydus referam, quæ parte sinistra
Rorantis iuuenis, quem terris sustulit ipsa,
Fertur, & extentis prædam circumuolat alis.
Fulmina missa refert, & cœlo militat ales
Bissextam que notat partem fluuialis Aquarii.
Illius in terris orientis tempore natus
Ad spolia & partas surget uel cæde rapinas.
Cuique hominum dederint strages, dabit ille ferarum.
Nec pacem à bello, ciuem discernit ab hoste.
Ipse sibi lex est, & fert quocumque uoluntas
Præcipitat uires, laus est concedere cuncta.
Et si forte bonis accesserit impetus ausis, F
Improbitas fiet uirtus, & condere bella
Et magnis patriam poterit ornare triumphis
Et quia non tractat uolucris, sed suggerit arma,
Immissosque refert ignes, & fulmina reddit,
Regis erit, magniue ducis per bella minister,
Ingentisque suis præstabit uiribus usus.

Germanicus. Bassus Rufus Fest. Plinius. Ptolemæus.

Item de eodem Germanicus Cæsar, & Bassus cōmen. Et Rufus Festus satis belle. Atque Plinius in pluribus commentariis, præcipuè tamen libro decimo octauo, capi. uicesimo octauo & uicesimo nono.

Ptolemæus dictio. septima, ornat Aquilam nouem stellis, secundæ, tertiæ, quartæ & quintæ magnitudinis. Suo tempore omnes in Sagittario & Capricorno, nostro in Capricorno. Sequuntur complexionem Martis & Iouis.

Plinius.

Aduertendum, de Aquila propemodum innumera scribunt authores, puta de eius pugna, potentia, uisus acumine, nidificatione, incubatione &c. præ aliis legito Plini. libro decimo, capi. tertio, quarto & quinto, & in aliis locis. Nec eam sacræ tacent literæ, trahentes in dulces allegorias. Impræsentiarum hæc paucula miratu digna scribere placuit.

Et primo

A Et primo de Aëtite lapide, de quo Plini. libro 10. cap. 3. & lib. 36. ca. 21. Inedificatur nido (intellige Aquilæ) Aëtites ad multa remedia utilis. Nihil igne deperdens. Est autē lapis iste prægnans, intus cum quatias alio uelut in utero sonante, & uocatur Callimus. Sed uis illa medica non nisi in nido direptis. Nec sine illis parere aiunt Aquilas, quare à pluribus Aquileus appellatus, miræ uirtutis est. Asserunt Chaldæi, si uenenatum cibum habenti talis lapis porrigitur, deglutire nō poterit, amoto lapide: deglutiet. Volunt alij quòd debet poni in cibo. Venenosa fugat animalia: & ideo Aquilæ in nido ponunt, ut oua & pulli à uenenosis animalibus intacta præseruentur. Epilepticis subuenit. Amabilem, sobrium, gestantem efficit. De reliquis legito Plini. Albertum Magnum, & alios.

Aëtites.

Secundo, Elianus scribit, Aquilæ pennam rebus aliis consertam semper permanere incorruptam, tanquam huius auis etiam extinctæ reliquiæ dominentur. Plini. Aquilarum (inquit) pennæ mixtas reliquarum auium pennas deuorant. Negant unquam solam hanc alitem fulmine exanimatam. Ideo armigeram Iouis consuetudo iudicaunt.

Aelianus. Penna Aquilæ

Tertio, in hoc consentiunt Aristoteles, Auicenna & Plini. oppetere Aquilā non senio, nec ægritudine, sed fame, intantum superiore accrescente rostro, ut aduncitas aperiri nō queat. Verum super Aquilæ senio quid senserit diuus Au-
B gustinus, subnotare uoluimus. Psalmo 102. legimus. Renouabitur, ut Aquilæ, iuuentus tua. Quo in loco Augustinus, dicitur (inquit) Aquila, dum senio grauatur, rostri immodicè crescentis unco, non posse os aperire, nec cibum capere, unde languescens naturæ ui collidit rostrū ad petram, cuius attritu excusso quod redundabat, ad cibum redit, atq; ita renouatur, ut iuuenescat omnino.

Aqla senio & non moritur. Psal. 102. Augustinus.

SEQVITVR DELPHINVS.

Delphinus aut Delphin cœlestis effigies hanc habet fabulam. Neptunus (ut Artemidorus & Eratosthenes referunt) Amphytriten uoluit in coniugium accipere, quæ cum ob uerecundiæ magnitudinem & uirginitatis obseruantiam ad Atlantem confugisset, complures misit quæsitū, inter quos & Delphinum. Qui per uaria loca quæsitam tandem ad radices Atlantis inuenit, quā ille suis persuasionibus, ut Neptuno iungeretur, induxit. Quocirca Neptunus
C Delphino maximos honores in mari tribuit, in cœlum sustulit & inter sydera collocauit, non longe ab Aquilæ signo. Et ob hanc causam Neptuni simulacrū facientes, Delphinū aut in manu, aut sub pede constituere, tanquàm huic deo gratissimum. Plures de ueteribus huic imagini nouem tribuerūt stellas. Et ideo hoc signum: Musicum uocant, à nouem Musarum numero. Verum Ptolemæus, ut mox dicetur, numerat decem.

Delphinus. Fabula. Delphinus cur Neptuno appingitur. Signum Musicum.

Hæc fabella his uersiculis manifestatur.

Coniugem nunquam deus Amphytriten
Et maris rex, ducere consilentis
Absq; Delphini potuit rogatu.
Muneris cuius merito refulget
Igne ter trino, superos adorans
Artubus curuis.

De cœlesti Delphino scribūt complures. In primis Aratus in Phœn. Deinde Iulius Fir. lib. 8. cap. 15. in. 6. in octaua parte Capricorni Delphinus oritur &c. eius sententiam iam in Marco Mani. hauries. Qui primo libro astronomico ca. 4. sic canit.

Aratus. Iul. Fir. Mat. Mani.

Tum quoque de ponto surgit Delphinus ad astra
Oceani, cœliq; decus, per utrunq; sacratus.

Et Idem libro quinto, sic.

Cæruleus ponto cum se Delphinus in astra

D

Erigit: & squamam stellis imitantibus exit,
Ambiguus terræ partus, pelagoque creatur.
Nam uelut ipse citis perlabitur æquora pennis,
Nunc summum scindens pelagus, nunc alta profundi,
Et senibus uires sumit, fluctumque figurat.
Sic uenit ex illo quisquis uolitabit in undis,
Nunc alterna ferens in lentos brachia tractus,
Et plausa resonabit aqua, nunc æquore mersas
Deducet palmas, furtiuo remus in ipso.
Nunc in aquas rectus ueniet, passimque natabit,
Et uada mentitus reddet super æquora campum,
Aut immota ferens in tergum membra, latusque
Non onerabit aquas, summisque accumbet in undis.
Pendebitque super totum sine remige pontum &c.

Germanicus. Bassus. Rufus. Plinius. Ptolemæus.

De eodem Germanicus, Bassus, Rufus, Plinius libro 18. capi. 26. & 31.

Ptolemæus dict. septima Alma. donat Delphino decem stellas, tertiæ, quartæ & sextæ magnitudinis, suo tempore omnes in Capricorno. Nostro uero in Aquario, habentes uim Saturni & Martis. E

Aristoteles. Plinius. Solinus. Aelianus.

Delphini uelocitas.

Delphinus moritur in terra.

Adagiũ, Delphini in terra uis.

Delphini amor.

Attendendum, de terreno Delphino authores scribunt plura & ex his nonnulla creditu difficilia, scilicet, Aristoteles libro nono de naturis animalium. Plini. præcipuè libro nono capi. octauo. Et Solinus Plinij imitator capi. uicesimo secũdo. Et Aelianus, multa fortasse fabulosa. Et reliqui. Ex his hæc annotare collibuit. Delphinus piscis est uel potius maris bellua, quibus celeritas utique memorabilis est, adeo ut ὀκύτερος uolucre, acrior telo uideatur. Et ut Aristoteles inquit. Omnium uidetur animalium uelocissimũ, non aquatilium modo, sed & terrestrium. Supersiliunt etiã malos nauigiorum maiorum. Cæterum tam stupendę agilitatis animal, terræ tamen contactum non patitur, quin euectũ in harenam confestim moritur. Inde id adagium natum, Delphini in terra uis. Id in eos promptum uidetur, qui quod nesciunt, iudicant, & in quo minus ualent, toto conatu appetunt, nec se intra pelliculam continent. Nõ solum erga sobolem sed & erga socios charitatis signa ostendit. Est enim inter eos publica societas. Capto (historiam narro) à rege Cariæ, alligatoque in portu Delphino, ingens reliquorum conuenit multitudo mœstitia quadam, quæ possit intelligi miserationem petens, donec dimitti rex eum iussit, tum omnes simul recepto captiuo rediisse. Puerorum amore uehementer ducitur. Exemplo Plinij & Appiani libro quinto Aegyptiacorũ, ubi Apianus testatur se, multosque alios secum uidisse apud Puteolos Delphinum miro modo puerum amantem, à quo Simon uocatus, uenire ad eum solebat. Sæpius fragmentis panis, quẽ ob id ferebat, allexisse, & pennæ aculeos uelut uagina condens, ne dilectum sibi corpus laceraret, præbere ascensuro dorsum, receptumque equitis more insidentem per magnũ æquor triginta milia passuũ deferre. Ad quod spectaculum Roma, atque omnes Italia concurrebat. Postea uero cum idem ille puer à Delphino amatus morbo perijsset, Delphinum sæpe ad solitũ littus adnare uisum, ubi posteaquam puerum, qui in primo uado aduentum eius operiri cõsueuerat, nusquam uidit, desiderio contabuisse, & ipsum quoque esse exanimatum, ac in pueri sepulchro ab his, qui rem cognouerunt, humatum. Accedit his Aristoteles 9. naturæ animalium. In marino (inquit) genere plurima de Delphinis narrantur indicia morum placidorum, initium amores quoque in pueros & affectus libidinis. F

Sequitur

A SEQVITVR PROTOME HIPPI, HOC EST, PRIOR
equi portio, iuxta Hipparchum equus.

INter Astrologos solus Ptolemæus dicti. 7. Alma. & Alphonsus imitator, in cœlo duos collocāt equos, aut, ut rectius dicam, duas equorū partes. Vnus dicitur prior Equus, aut caput equi, cui Ptolemæus numerat quatuor stellas occultas, suo tēpore in Capricorno, nostro in Aquario, de eo præter cōmemoratos, alij uerbum nō faciunt. Alter Arabice Alpheratz, latine Equus secundus, Aerius, Volans, Pegasus, Equus dimidius, cuius prior pars patens usque ad umbilicum. De eo loquitur comunis astrologorum turba. Aratus & alij cōplures, hunc equum Pegasum Neptuni & Medusæ Gorgonis filium dixerūt, qui ad montē Helicona Bœotiæ euolans & pede saxum feriens πηγὴν hoc est fontem aperuit, à quo Pegasus est nominatus, & ab eo fons ipse Hippocrine, siue Pegaseus, siue Caballinus dictus. Et Pegasides Musę dictę sunt à fonte, qui πηγὴ dicitur Musis dicato. Pegasus in cœlum euolauit, ibique inter astra constitutus est. Fabella hæc metriculis his continetur.

Equus prior. Equus secundus. Fabula. Aratus. Pegasus. Hippocrine Pegaseus. Caballinus fons.

Hic sonipes fontem protulit in bijugo
Parnaso: sacrum uatibus & numeris.
B Inde polum uolitans ingreditur nitidus,
Et medius rutilat sydera picta habens

Tractatores de equo Pegaso hi sunt. Aratus à quo hęc excerpsi. Supra caput (intellige Andromedæ) ingens uolutatur equus. Et infra. Aratus.

Nec uero hic quadrupes est, ab umbilico namque extremo dimidio semiperfectus oritur. Hunc etiam aiunt in excelso Helicone, pulchram aquam produxisse largi equi fontis. Nec unquam Helicon summus distillarat fontibus, Verum equus ferijt, atque copiosa inde aqua effusa est ictu prioris pedis. Pastores aūt primi hunc potum appellarunt Equi fontem, atque hic quidem è rupe stillat. Nec modo ipsum à Thespiensibus uiris longe cernes. Huc usque Aratus.

De eodem Mar. Mani. libro primo cap. 4. & lib. 5. ca. unico, sic canit. Mar. Mani.

Piscibus exortis cum pars uicesima prima
Signatum terræ lumen fulgebit & orbi,
Aerius nascetur equus, cœloque uolabit.
Velocesque dabit sub tali tempore partus,
Omne per officium uigilantia membra ferentes,
Hic glomerabit equo gyros. Et infra.
C Vlibus ille etiam sanabit uulneta succis
Quadrupedum, medicas artis in membra ferarum
Nouerit, humanos & quæ nascentur ad usus.

Preterea Cæsar Germa. & eius cōmen. Bassus, & Rufus, Hyginus, Ptolemęus libro 6. Alma, or[redacted]um 20. stellis, in 2. 3. 4. & 5. quantitate, sua tempestate in Aquario & Pisci[redacted]ostra in Aquario, Piscibus & Ariete. Complexionem habentes Martis & Iouis. Germa. Cæ. Bassus. Rufus Fest. Ptolemæus.

Contuendum, de terrestribus equis complura scribunt, Aristoteles lib. 6. & 8. de naturis animaliū. Plini. lib. 8. ca. 42. Solinus cap. 57. Alber. Magnus, & alij. Ex innumeris hæc paucula. De Equis terrestriqus.

Principio de his qui primo equis sunt usi scribit Plinius lib. 6. ca. 51. sic. Equo uehi Bellerophontem, frenos & strata equorū Peletronium, pugnare ex equo (Thessalos inuenisse. Vsus equorū.

Præterea de Equorum sepultura Plini. lib. 8. ca. 42. & Soli. ca. 57. sic. Agrigenti complurium equorū tumuli pyramides habent. Alexandri Magni equus Bucephalus dictus, qui neminem quàm Alexandrū regio instratus ornatu recepit in sedē, alios passim rejciens. Idem in Thebarū oppugnatione uulneratus, in alium Alexandrū transire non passus, & ex multis Equorū sepultura. Bucephalus Alexādri equus.

periculis in prælio regem eripuit, multumq́; ei ad gloriam contulit, ad postre- D
mum trigesimum iam annum nactus, non ullo uulnere, sed ætate simul & labo
re æger factus in castris, unde mouerat, citra Hidaspem uitam finijt. Rex defun
cto ei duxit exequias. Vrbem tumulo circumdedit nomine eius. De qua Ptole-
mæus lib.7. Geo.ca.1. & tab.10. Asiæ.

Deinde Equę caput palo suspensum in horto erucas fugat, author Plinius libro 19. ca.10. de Morbis hortorum & remedijs.

Postremo, constat in Lusitania circa Vlyssiponem oppidũ, & Tagum amnẽ equas fauonio flante obuersas animalem concipere spiritum, idq́; partum fieri, & gigni pernicissimum ita: sed triennium uitæ non excedere. Testes Plini. lib.8. ca.42. & in alijs locis. Solinus ca.36. Varro ca.1. Secundo de re rustica. Columella lib.7. ca.25. Sylius lib.3. Virgi. lib.3. Geor. Lactantius lib.4. ca.12. diui. institutio.

SEQVITVR CEPHEVS.

ARabicè Cheichius, id est, inflammatus, incensus appellatus, latine Cepheus. Fuit is Aethiopum rex, authore Euripide, filius Phœnicis, cuius uxor Cassiopea, filia Andromedæ, quam ceto expositam notissimæ historiæ dixerunt. Hanc autem Perseum à periculo liberatam uxorem duxisse. Itaq; ut totū genus eorum perpetuo maneret, ipse pater beneficio Mineruæ astris est illatus unà cum uxore, filia & genero Perseo. E

De Cepheo id carmen habetur.

Post mortem æternis cœli dum trahit auras
Syderibus radiat bene iudicans

Aratus, Germa. Cæ. Bassus. Rufus Fest. Hyginus. Iul. Firmi. — Scriptores de Cepheo hi sunt, Aratus, qui pluribus ipsum & eius familiā describit Germa. Bassus, Rufus, Hyginus, Iuli. Fir. lib. 8. ca.15. de claris syderibus cū Capricorno orientibus & occidentibus, sic habet. In decimaquinta parte Capricorni oritur Cepheus. Quicumque hoc oriente sydere nati fuerint, graues erunt, austeri, & omni seueritatis authoritate metuendi, ac uultum semper ex morum integritate fingentes. Qui etiā Stoicam sectam uero sequantur affectu.

Catonum seueritas. Lollianus — Tales autem apud ueteres fuerunt Catones. Talis nostris temporibus Lollianus, qui seueritatis merito etiā ordinarij cōsulatus insignia cōsecutus est. Quòd si in hoc loco Venus & Mercurius fuerint attestantes, arte tragica carmina semper aut cupide legent, aut facunde facient. De eodem Mar. Mani. lib.1. ca.4. & libro quinto, ubi ferè cum Firmico quadrat, addens alia plura. Ptolemæus dict. 7. Alma. sup putat Cepheo 11. stellas, in 3.4. & 5. magnitudine, suo tempore in Piscibus & Ariete, nostro in Piscibus Ariete & Tauro, sequentes naturam Iouis (& Saturni. F

Annotandum iuxta allegoriam moralem, Cepheum [illegible] se [illegible] gerere simulachrum parentum in liberos. Humanā fan[illegible]ā, quę amore uacare nō potest, se, suaq́ue uehementius diligit, quàm extranea. Compertum habemus efferatiora animalia philotecna esse, id est, filiorum amantia, ut Tigris, Vrsa, Lupa. Eadem est hominum ratio.

Aristote. — Quocirca Aristoteles 8. Ethi. capi.12. egregiè dixit. Parentes diligunt natos ut aliquid sui, nati uero parentes, ut quid ex illis. Sunt igitur imprimis liberi à parentibus instituendi, ut magis dedecus & ignominiam metuant, quàm cōminationes & uerbera. Induci autem debent ab ineunte ætate, rei diuinæ curam respectumq́ue non negligere. Nam quid erit illis inter homines sanctum, quibus diuinitas despecta est? Præcipue uero quod in omni ætate abhominabile est, monendi sunt, non execrari diuina, neq; sacra nomina irrisioni habere. Nec sponte facile iurare. Nam qui temere crebro iurant, deierare cōsueuerunt. Proximè aūt senibus & natu maioribus plurimū

A reuerentiæ exhibere cōuenit, parentū eos quoq; pro pêloco existimare. Instituendi sunt præterea, quo pacto deceat admittere uenientes, quo abeuntes dimittere. Verecunde salutare maiores, minores humaniter colligere, amicos beneuolos familiariter conuenire. Sed ne uerba in Iliadem crescant (petit enim parentum in liberos cura altum campum) pro coronide duas grauissimorum uirorum sententias placuit subnotare. Augustinus de uera uiduitate, sic scriptū reliquit. Nec ideo laudo, quòd liberos habes, sed quòd eos uirtutibus erudire studes. Vt enim nascerentur, fœcunditatis fuit, ut uiuerēt fœlicitatis, ut bene educarentur uoluntatis. Cicero de officijs, optima (inquit) hæreditas à patribus traditur, quando uirtutum & bonorum operum exemplum exhibetur. Sicut igitur Aquila ualde diligit filios suos, & in locis altissimis facit eis nidum, ne coluber uiolet fœtum, ut ueneno queat nocere, sic pater suos filios à consortio peccatorum debet separare, ne ipsorum exemplo polluantur. Et sicut in nidis Aquilarum repetitur lapis preciosus, qui dicitur Aetites. Sic in filiorum uita uirtutes inueniuntur, quando à teneris annis mala prauaq; cōsortia filios uitare docent. Augustinus Cicero.

SEQVITVR CASSIOPEIA.

B CAssiopeiam Euripides, Sophoclesque & alij plures scripserunt, superegrediente elatione glorīatam olim fuisse, quòd Nereidas corporis pulchritudine superaret, pro quo facto inter sydera turpiter sedens in filiquastro constituta est, & uertentese mundo resupinato capite ferri uidetur. Huic fabellæ accedunt metra Thomæ Rhadini. Cassiopeia.

Vos quibus cordi est tantum proferre colenda
Iudicia, admoneo: uocc superba
Cessetis uosmet laudare: quòd alta petiuit
Vetitur Cassiope uertice uerso.

De Cassiopeia scribunt hi, Aratus in Phœno. Cuius sententiā sequitur. Cæsar Germanicus, sic canens. Aratus. Cæsar Germa.

Qua latus afflexum sinuosi respicis anguis,
Cassiopeia uirum residet sublimis ad ipsum,
Clara etiam pernix cœlo cum luna refulget.
Sed breuis & paucis decorata in sydere flammis. Et infra.
C Talis dispositis stellis ipsa horrida uultu
Sic tendit palmas ceu sit planctura relictam
Andromedam meritæ non iusta piacula matris.

De eadem Bassus cōmen. Rufus Festus, Hyginus lib.2. & 3. Iulius Firmi. lib.8. cap.16. de claris syderibus cum Aquario orientibus & occidentibus, sic habet. In Aquario, parte uigesima oritur Cassiopeia. Quicunque sub hoc sydere nati fuerint, erunt Aurifices, Bracteatores, Inauratores, Plasticatores, Margaritarij, & qui has omnes artes, ingeniosa conuersatione, & ex his maxima uitæ subsidia consequantur. Marcus Mani. lib.1. ca.4. Et idem libro 5. ca. unico, ubi belle acce Bassus. Rufus Fest. Hyginus. Iul. Fir. Mar. Mani.

Ptolemæus lib.7. Alma. numerat Cassiopeiæ 13. stel- (dit Firmi. 35. metris. las, in 3.4.5. & 6. quantitate, dum uitam egit in Ariete fuerunt, hodie in Ariete & Tauro. Complexionem Saturni & Veneris imitantur.

Pensitandum, ex libro Vniuersitatis (cū Alberto Mag. loquor) eiusdemq; imaginibus cōplures utiles allegorias, tum Christianæ fidei cōsentaneas, tū ad uarias uirtutes allicientes, tū physicis rebus accōmodas nō sine sudore exuximus. Impræsentiarū obiecta est nobis superbæ Cassiopeię imago, q̄ (ut diximus) ipudēter & turpiter in cœlo circūrotat. Qua primū admonemur, superbiā omni-

um uitiorum uenenosam reginam, uanamq; gloriam; pro uirili fugiendas desclmandasq;. Ea enim uitia deus opti. maxi. uehementer detestatur. Teste Salomone Prouer. 8. Arrogantiam & superbiam, & uiam prauam & os bilingue ego detestor. D

Salomon.

Dein exhortatur adolescentes, ephoebi, uiri, senes, & decrepiti, ut fugiat, id fermè ineuitabile malũ illecebrosum, arrogantẽ, superbamq; mulierem. Quæ (ut sanctissimis uiris proditum memoriæ scimus) noxium genus est. Ianua diaboli, uia iniquitatis, scorpionis percussio. Cũ proximat, stimulat, ignem accendit, flammigero percutit igne conscientiam pariter habitantis, & exhaurit fundamenta mentium. Si cum uiris fœminæ habitent, uiscantum non deerit diaboli. Scribit in prouer. Salomon, Mulierem foueam esse profundam. Et Propertius libro 2. in Elegia ad amicam de riuali.

Mulier mala.

Sed nobis facile est uerba, & componere fraudes,
Hoc unum didicit fœmina semper opus.

Cato senior mulierum arrogantiã accusans, quæ dominari studerent uiris. Omnes (inquit) homines uxoribus imperant, nos omnibus hominibus, at uxores nobis. Demum libet inferere breue quiddam, non bonas lacerando, sed à malo malas deterendo. Thesaurus est malorum mulier mala. Feris omnibus immitior mulier mala. Mare, ignis, mulier, tria mala. E

SEQVITVR ANDROMEDA.

ANdromeda uel Andromede hanc habet fabulam. Neptunus ira percitus quòd Cassiopeia formam suam Nereidibus præposuerat, uiro Cepheo adstipulante, belluam marinam immisit, quæ Aethiopiam uastaret. Quare consultus Iupiter Hammon, qua ratione Nereides placari possent. Respondit. Cephei, Cassiopeiæq; progeniem monstro esse obijciendam. Parentes propter id filiæ molesti, quòd in genitricis arrogantiam de formæ pulchritudine assentire noluit siue renuit. Ipsam igitur Andromedã in æditolo loco iuxta Ioppen Iudeæ oppidum expansis brachijs scopulis alligarunt, marinoq; monstro deuorãdam exposuere. Quam Perseus interfecto monstro liberauit, & in uxorem duxit. Quæ cum à Perseo liberata esset, neq; patri neq; matri uoluit commorari, sed continuo cum Perseo profecta est, & ob id Persea dicta, beneficioq; Mineruæ astris recepta est. Euripides etiam dicit inter astra collocatam, ut labor Persei æternus pateret, manibus eius extensis, quemadmodum ceto exposita est. Legito Ouidiũ 4. meta. fab. 18. De hac Tho. Radi. metrice sic canit. F

Traditam morti Andromeden solutis
Vinculis Perseus redimit, quæ amoris
Nullis grata reliquit
Persea terris.
Mater obstitit, genitorq; surdas,
Exhibet (facti memoratur) aures.
Hac re protulit alto
Pallas olympo.

Tractatores de Andromeda sit hi. Aratus in Phœno. In hęc uerba. Ibi namq; & illud obuoluitur triste simulacrum Andromedæ sub mare constellatum. Et infra. Etiam ĩi & illic secundum brachia propansa est. Vincula item ei admota sunt etiam in cœlo, retinentur autem illic expasse omnibus diebus manus. De eadem Cæsar Ger. Bassus, Rufus, Hyginus in 2. & 3. Iulius Fir. lib. 8. ca. 17. De claris syderibus cum Piscibus orientibus & occidentibus. In Piscibus, inquit parte duodecima oritur Andromeda. Quicumq; hoc oriente signo nati fuerint, cõtra homines crudeli semper feritate grassabuntur. Erunt enim, aut pœnarũ publicarum ministri, aut carcerũ custodes, aut carnifices, & quibus occidendorũ hominum officia credantur. Marcus Ma-

Germa. Bassus Rufus Hygi. Iuli. Fir.

A cus Mani,lib.1.ca.4.& idem lib.5.ca.unico,ubi postquàm plura de Andromeda &Perseo disseruit,tandem in sententia concordat cum Firmico. Marcus Man.

Ptolemæus lib.7. Alma.recenset Andromedæ 23.stellas,in 3.4.& 5.magnitudine,suo tempore in Piscibus & Ariete,nostro uero in Ariete & Tauro,sequitur naturam Veneris. Prole.

Nec id omittendum reor.De Andromeda scribere Strabonem lib.1.& 16.Item Plinius,lib.5.ca.31.& lib.6.ca.29.& lib.9.ca.5. Solinum quoque ca.47.quod legendum suadeo.Et Pom.Mel.libro primo capite de Syria in fine. Strabo. Plinius. Solinus. Pomponius.

Aduertendum Peripateticorum esse sententiam,opposita iuxta se posita magis elucescere,quocirca cum supra de praua muliere paucula quædam conscripsimus,non abre erit subtexere nonnulla de honesta muliere,cômonente ad id Andromeda fida Persei uxore. Verum supra cum de matrefamilias uerba fecimus,de gratijs bonæ mulieris disseruimus,quibus hæc annectere collibuit. Imprimis occurrit nobile caput sapientis uiri Ecclesiastici, ubi complura de præconio & laude honestæ mulieris cõscribit.Capitis sane 26. hoc est initium Mulieris boni beatus uir. Ex eo ad nostrum propositũ excerpsimus hanc grauem sententiam. Sicut Sol oriens mundo in altissimis dei, sic mulieris bonæ species De honesta muliere. Ecclesiasticus.

B in ornamentum domus eius. Gratia super gratiam mulier sancta & pudorata. Ad hoc plane accedit Aristoteles in Oeconomicis. Nec uestimentorũ nitorem (inquit) nec auri magnitudinem tantũ habere momenti ad mulieris, præconiũ quantum modestia ualeat,& approbati mores. Adstipulatur etiã Proper.lib.1. Non illis studium uulgo conquirere amantes, (Elegia ad Cynthiã. Aristote. Propertius.

Illis ampla satis forma pudicitia.

Ambro.lib. de uirginitate narrat de Pelagia uirgine,quæ cùm esset apud Antiochiam ætatis 15.annorum,& a prædonibus circumseptam se uideret, matre absente & sociabus,in aquam se proiecit,malens mori quàm uiolari & pudicitiam amittere,Et licet nõ deceat pro pudicitia seipsum interimere,nihilominus tamẽ laudandi sunt ueteres in hoc quòd pudicitiam in tantum amauerunt.Hæc Ambro. Valer. Max. lib. 6.ca.de Pudicitia, scribit de uirginio uiro plebeio,ne probro contaminaretur domus sua, proprio sanguini non pepercit. Nam cùm Apius Clandius decemuir filiæ eius uirginis stuprum, potestatis uiribus fretus, pertinacius expeteret,deductam in forum puellam occidit,pudicæq; interemptor, quàm corruptæ pater esse maluit. Est enim Pudicitia utrorum pariter & fœminarũ præcipuum firmamentum, Diuus Hiero.cõtra Iouinianũ recitat de quodã uiro,quòd uxore tantæ pudicitiæ duxit,ut omnibus cõtinentibus esset exemplum. Accidit igitur quòd uir suus quosdam cõfabulantes audiuit, dicentes, φ os fœtidum haberet. Quo audito ad uxorẽ accessit,ipsam redarguens,cur hæc sibi non intimasset. Quæ putabam (inquit) omnium uirorum ora sic olere. Ecce quanta mulieris pudicitia, quæ nunquam alterius uiri flatum sensit. Ambrosius. Valer.Maxi. Pudicitia. Hieronymus.

C

SEQVITVR PERSEVS.

Omitto impræsentia plures Perseos, puta Perseum Macedoniæ regem, Stoicum philosophum, Pictorem Apellis discipulum. Item Perseum doctissimum Romanorum.Ad Perseum Iouis filiũ uenio,Arabice Cheleub. Acrisius Argiuorum rex Danaen habuit filiam, cuius prolem ex responso Apollinis formidans,in turri relegauit. Vbi Iupiter in auri gutta per tegulas in uirginis gremiũ descendens,aut lapsus, ex quo prægnans est facta Quod pater grauiter ferens, uinctam in arca poni, & in mari proijci iussit, quo fluctibus obrueretur,sed arca in Apulum littus forte appulsa est, & a piscatore quodam Perseus.

inuenta, in qua cum Danaen & paruulum, quem enixa fuerat, infantem inuenisset, utrunq; Pilumno regi obtulit. Hic cum genus eius & patriam didicisset, eam sibi connubio iunxit, Et filium eius nomine Perseum Polydecti seriphi insulæ regi educandum dedit. Qui cũ adoleuisset, sumptis à Mercurio, à quo ob pulchritudinẽ diligebatur, talaribus & Petaso, galeamq;, in qua ex aduerso uideri non poterat, indutus, accepta præterea (ut nõ nullis placet) à Vulcano falce adamantina, iussu Polydectis aduersus Gorgonem profectus est, eam occidit, & caput eius secum detulit, quo Atlanti regi, quòd sibi hospicium negauerat, ostenso, eum in saxum mutauit. Cumq; uir is fortissimus deinde in patriam remearet, uidit forte è loco excelso Andromaden circa regna Cephei scopulo ob crimen matris, & Hammonis sententiã, alligatam, & ceto marino monstro expositam. Causa itaq; cognita, coniugium puellæ cũ parentibus pactus, puellam liberauit, cetoq;, qui ad deuorandam eam uenerat, acerrimo prælio & cõflictu interempto, ut Ouidius, & Marcus Mani. multis carminibus referũt. Belluæ huius, quæ ad deuorandã Andromedam uenerat, ossa (authore Plinio & alijs) ex oppido Ioppe Iudeæ apportata, ostendisse Romę inter reliqua miracula fertur in ædilitate sua Marcus Scaurus longitudine pedũ quadraginta, altitudine costarum Indicos elephantes excedente, spinæ crassitudine sesquipedali. Postquam igitur Perseus in patriã uenit, Acrisio interfecto, in regno successit, Mycenasq; ædificauit &c. D E

Asserunt quidam Perseum à Minerua missum, & ab ea clypeum uitreũ accepisse, per quẽ uidere, nec uideri ab alijs posset. Qui cum Gorgones dormientes inuenisset, caput Medusæ abscidit, & Mineruę tradidit. Quod illa in suo pectore aptauit, ut in bello terribilior esset. Perseum inter sydera, ut uindicẽ, propè Andromedam collocauit. Fabulam hanc paucis & uix digitulo tangit Thomas Radinus.

Aratus
Cæsar Ger.
Bassus
Rufus
Hyginus
Mar. Mani.

Quondam in lapides cum caput omnes
Medusæ homines uerteret, ense
Truncans genitus de Ioue Perseus
In stellifera sede locatur.
Sic iustitiæ pondera seruans
Cum syderibus fulget olympo.
Tandem Gorgonei uictorem Persea monstri,
Fœlix illa dies redeuntem ad littora duxit.
Isq; ubi pendentem uidit de rupe puellam,
Diriguit facie, quem non stupefecerat hostis.
Vixq; manu spolium tenuit, uictor q́ue Medusæ
Victus in Andromeda est, iam cautibus inuidet ipsis.
Fœlicesq; uocat teneant quæ membra cathenas.
At postquàm pœnę causam cognouit ab ipsa,
Destinat in thalamos per bellum uadere ponti.
Altera si Gorgon ueniat, non territus ire,
Concitat acrios cursus, flentesq; parentes
Promissu uitæ recreat, pactus hymenæum. Et reliqua.

Qui de Perseo scribunt sunt hi. Aratus, Germani. Bassus, Rufus, Hyginus li. 2. & 3. Plinius, Marcus Manilius libro primo capitulo. 4. & libro quinto capitulo unico sic canit. F

Ptolemæus 7. Alma. adsignat Perseo 26. stellas, magnitudinis 2.3.4. & 5. sita tempestate in Ariete & Tauro. Nostra in Tauro & Geminis, habentes naturam Martis & Mercurij.

Contuendum, qui Perseum in campũ allegoricum ducunt, per eum Virum bonum, iustum, æquumq; iudicem designare uolunt. De uiro igitur iusto, aut iustitia flosculos non nullos excerpam. Iustitia secundum iurisperitos sic diffinitur,

A nit, est constans & ꝑpetua uoluntas, ius suũ unicuiq; tribuẽs, hæc à Doribus di
cit Trutina. Cuiusmodi haud multos offendes, quãdo hęc rara auis est in terra.
Veterũ nobis monumenta ostendunt, Aegyptijs regibus ex præscripto le- Mos Aegyptiorum.
gis antiquæ moris fuisse, iudices mox futuros iureiurando astringere, ne si rex
quidem iniusti quippiã iniunxisset, à medio uirtutis declinaturos, haud in mi-
nimo à tramite æquitatis abituros. Quæ res oĩm censet excellentissima, qñ neq;
hesperus neq; lucifer ita radiat sicut uir iustus. Vt dixit Euripides atq; Aristote. Iustitia excellentissima.
Comprobant etiam, Iustitiã continere omnes uirtutes, ut in prouerbio dicere Continet oẽs uirtutes.
consueuimus, Iustitia in se uirtutes cõtinet omnes. Quare Plato in omni sermo
ne de Republica proposito, infundendum animis Iustitiæ amorem aduertit, sine
qua non solũ resp. sed ne exiguus quidem hominum cœtus, nec domus parua
Ire uero ad Iudicem (inquit Aristoteles) est ire ad ipsum ius. Iu (constabit.
dex enim esse debet ueluti animatum ius, hoc est, sanctus, inadulabilis, exorabi- Ire ad Iudicẽ.
lis, erectus, terrificus. Et Cicero in legibus. Magistratum esse scribit legem lo-
quentem. Legem uero mutum magistratum. Magistratus lex loquens.
Est etiam Iustitia nõ tantum præclarissima in numero serieque uirtutum, sed
insuper cognitu difficillima, ea propter non sine ratione omnium postrema cen Præclarissima
B setur. Eam enim perdifficilem indicat Isocrates cum inquit. Ego uero Iustitiã Difficillima.
nullo modo doceri posse, neque artem ipsius ullam prorsus existimo, ■ hi qui
mali sunt à natura instituti ad eam dirigantur. Item in seruanda Iustitia magna
est difficultas. Quare egregiè Demosthenes dixit. Omnium difficillimum esse
multis placere. Et Demochates, Magis homines malorum reminiscuntur, quàm Demochates.
bonorum ex magistratibus. Legito Ciceronem pro Flacco ubi exclamat O cõ-
ditiones miseras administrandarũ ciuitatum &c. Chrysippus interrogatus cur
non accederet ad remp. Quoniam si male (inquit) curarem, dijs displicerem: si
bene, hominibus. Est præterea Iustitia tota aliquo modo uirtus, & quasi aggre-
gatum quiddã ex uirtutibus cunctis quæ à moribus appellationẽ ducunt. Me-
rito cõsequens uidetur, ad scientiã eius ꝑcipiendã nosse prius uirtutes alias. Hãc
uero Legitimã statuunt, perfectamque, loquor de ea quæ in actione uersatur.
Accedit enim illi, quod summe arduũ censetur: Recte in alios agere. Ab Aristi-
de accepimus, cum ex eo quæreretur. Quid est Iustum. Respondet, id est, alie-
na nõ appetere. Arridet ad hoc Biantis sententia, Magistratus uirum ostendit.
Est nam Magistratus administratio quædam ad aliũ. Hinc & Iustitiam dici alie
C num bonũ, quoniam boni ratio alterius, & humanæ, ciuilisque societatis bonũ
respicit. In id tanquam in scopum uergit. Huc usque de Iustitia & Perseo satis
sit dictum. De Iustitia plura scribit Aristoteles quinto Ethicorũ, & alij. De Ca-
pite Medusæ & falce Persei inferius dicetur.

SEQVITVR AVRIGA.

HOc simulachrum Arabice Alaioch Græcè ἡνίοχος, latine Auriga, Auri- Auriga.
gator, Agitator currus uel retinentis habenas appellatur. Hunc Eratho- Alaioch.
sthenes demonstrat esse Erichthonium. Verũ duos legimus Erichthonios. Al- ἡνίοχος.
terũ regem Troiæ, filiũ Dardani quem hic præterimus. Alterum regem Athe-
niensem, è semine Vulcani genitum. Cui hæc aptatur fabula. Cum Vulcanus
Ioui arma fabricasset, concessit ei Iupiter, ut quicquid uellet, ab eo posceret. Ille
Mineruæ nuptias poposcit, quam cum nullis blanditijs posset allicere, nimio ar
dore libidinis, genituram in terram emisit, supra quam Minerua pudore terrã
pedibus cõiecit. Inde & ex estu libidinis natus est puer anguinos habens pedes
Erichthonius noĩatus, quasi contentio terræ. Nã Græcè ἔρις lis aut cõtentio est

& χθὼν terra, & χθόνιος terrenus. Erichthonius cum ætate iam adultus pedum deformitatem perspexisset, currum & equorum iugum inuenit, regnauitque Athenis. Virgilius tertio Geor. D

Primus Erichthonius currus, & quatuor ausus
Iungere equos, rapidisq; rotis insistere uictor.

Accedit Plini. lib. 7. ca. 56. Quæ quis inuenerit in uita. Erichthonius Atheniensis argentum inuenit & quadrigas. Eius fabulam autem orrum describit Ouidius in trans. lib. 2. fabu. 8. De eodem diuus Augustinus libro 18. de ciui. ca. 12. Quem Iupiter cum uidisset primum inter homines equos & quadrigas iunxisse, admiratus est ingenium hominis ad solis inuenta accessisse, astris receptũ memoriæ tradidit. In hoc simulachro sunt Capra & Hœdi, de quibus posterius dicemus.

Non nulli qui de syderibus scripserunt, hunc natione Argeum Orsilochũ nomine, primum quadrigarum inuentorem esse dixerũt, & pro inuentione syderum locum possedisse. Cui arridet fabella Thomæ.

Quadrigæ Orsilochus
Repertor, placuit
Viris & superis,
Modum quòd dederit
Vehendi egregium.
Ob hoc syderibus
Locari meruit
Manu lora tenens.

Aratus. Cæsar Ger. Bassus. Rufus. Hyginus. Mar. Mani. Iuli. Fir.

Authores de Heniocho aut Auriga sũt. Aratus Germanicus, Bassus, Rufus, Hyginus libro 2. & 3. Marcus Manili. libro primo & quinto. Iulius Firmicus lib. 8. ca. 17. de claris syderibus cum piscibus orientibus & occidentibus, sic. In piscibus parte uigesima oritur Heniochus. Quicumq; hoc oriente sydere nati fuerint, curiosi erunt, Aurigæ, Agitatores, equites, ueredarij, speculatores, nonnunquam etiam medici, sed qui herbis medelas hominibus ægrotis, pecoribusq; aptissime componant. Ptolemæus 7. dict. Alma. ornat Heniochum 14. stellis 1. 2. 3. 4. 5. & 6. magnitudinis, suo tempore in Tauro & Geminis. Nostro omnes in Geminis. Imitantur naturam Martis & Mercurij. B

Iustitiæ partes. Animaduertendum, per Heniochum allegoricè rectè intelliguntur integrales iustitiæ partes, scilicet facere bonum & declinare à malo. Hoc apertè docent eius stellæ, quas supra authore Ptolemæo 14. recensuimus, quæ sanè constituunt duos septenarios, quorum alter iuste seruit pro bono faciendo, alter pro declinando malo, quod hoc pacto dilucidũ erit. Septenarius enim numerus Platonicis simul & Pythagoricis receptissimus est. Qui hanc in primis proprietatẽ habet, quod solus neq; gignit ex se alium numerum infra decem, neq; à quoq; ipse gignitur. Quoniam igitur septenarius ab hac cõditione immunis est, à ueteribus Minerua est cognominatus, quòd sicut illa virgo ppetua sit, ac sine matre. Est igitur septenarius virgo, quia Minerua dictus. Est & iustitia uirgo integra & pura. Quare ueteres, Chrysippus & Proclus eius pinxerunt imaginem forma uirginali, aspectu uehementi, luminibus oculorũ acrioribus. Quæ secernitur (ut diximus) in duas partes. Rectè igitur Heniochus duobus septenarijs stellarum, Iustitiæ partes integrales designat, scilicet facere bonum & declinare à malo. Secundum autem diuum Thomam Aquinatem secunda 2. q. 79. dicũtur hæ partes iustitiæ integrales, quia utraq; earum requiritur ad perfectum actum iustitiæ. Ad iustitiam enim pertinet æqualitatem seruare & cõstituere, in his quæ sunt ad alterum. Constituit autem quis æqualitatem iustitiæ, faciendo bonum, id est, reddendo alteri quod ei debetur. Conseruat etiam æqualitatem iustitiæ, declinãdo à malo, id est, nullum nocumentũ proximo inferendo. Hæc ex Thoma. De his ambabus partibus cõiunctim loquitur dominus Deus ad Sathan Iob primo. Nunquid consyderasti seruum meum Iob, quòd non sit ei similis in terra, homo simplex & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo. Et regius propheta Psalmo 36. Declina à malo & fac bonum. Et prima Petri tertio. De F

(Chrysippus. — Thomas. — Iob. — Dauid. — 1. Pet. 3.)

clinet

A dinet à malo & faciat bonum. De prima parte S. Paulus ad Gal. 6. Bonum autẽ facientes non deficiamus, & eodẽ capite. Dum tempus habemus operemur bonum ad omnes. De secunda Salomon Prouer. 14. Sapiens timet & declinat à malo. Et Sapiens Ecclesiasticus ca. 21. Quasi à facie colubri fuge peccatum. Hæc hactenus de Hemocho.

SEQVITVR DELTOTON. Deltoton.

SVper caput Arietis nõ longè ab Andromedæ pedibus adiacet signũ quod Græci ob similitudinem Deltæ literæ Deltoton uocant. Latini autẽ ob similitudinem formæ Triangulum dicunt, & à Mercurio inter astra positũ. Ideo ut obscuritas capitis Arietis huius splendore fulgentior redderetur, & Iouis nomẽ gręcè Διὸς prima litera designaret. Hanc fabellã his uersiculis cõtemplemur. STOEFLERI INTERPRE. Fabula.

Syderibus triquetram figuram
In tribus, æthereis locauit
Sedibus, ex genitis tonantis
Qui celer est uolitans per auras,
Vt notulam Iouis exprimendo
Litera prima Διὸς facit quam,
B Gratior ut fieret patri natus est.

Scriptores de Deltoton sunt. Aratus in hęc uerba. Est uero adhuc aliud dispositum propè signũ, subter Andromedam, id aũt ad tria dimensum est Deltotum latera, æqualibus assimilatum duobus, tertium uero non tantum, tamen admodũ facile est inuentu, præmultis enim fulgidũ est. Quibus paululum Arietis australiores stellæ sunt. Marcus Mani. lib. 1. & 5. Cæsar Germanicus, Bassus cõmen. Rufus Festus, Hyginus. Ptolemæus dict. 7. Alma. donat ei quatuor stellas, alii omnes dempto Alphonso tantũ tres, sua tempestate in Ariete, nostra autem in Tauro, tertiæ & quartæ magnitudinis, omnes de natura Mercurii. Scriptores. Aratus. Mar. Manl. Cæsar Ger. Bassus Hyginus Rufus Ptolemæus.

Cognoscendũ, ueteres dixerunt triquetra figura, à recentioribus triangulus. Græcis τρίγωνος. Est autem Triangulus superficies plana tribus lineis, & tribus angulis contenta, & nominatur nonnunquàm à lateribus & dicitur Trilatera, quandoq; ab angulis & dicitur triangula, uel trigona. Et est (quantum ad nostrum sufficit tractatũ) quidam Triangulus Isopleurus, cuius omnia latera sunt æqualia, ab ἴσος quod est æquale & πλευρὰ latus. Et uocat Aequilaterus, ut hic Triquetra figura Triangulus. Isopleurus.



C Neq; is nobis seruit. Est præterea Triangulus Isoscheles cuius tantũ duo latera sunt æqualia quasi duobus æqualibus insistat cruribus, tertiũ habens inæquale, ab ἴσος æqualis & σκέλος crus siue brachium. Posset uocari Ędulaterus, ut de hoc loquũtur Aratus & alij. Id enim latus in quo sunt iuxta Ptolemæum tres stellæ breuius est cæteris. Isoscheles.

Dein sciendum, in omni triangulo (ut diximus) tres sunt anguli, qui tribus unitatibus numerantur, quare consequitur in omni triangulo ternarium numerum inueniri. Cum geometricæ figuræ habeant respondentes Arithmeticas, Ternarius igitur numerus à Platone & alijs magnopere extollitur. Est enim primus impar numerus, qui perfectior pari est, cum illum comprehendat, non ab eo comprehenditur. Sed illud longe præstantius, Principem deũ tribus coli, scilicet, Adoratione, Thuris sacrificio & Hymnis. Adoratio reuerentię cultũ exhibet. Thus suauissimæ cognitionis diuinæ distributionem complectitur, Hymnorum suauitas cœlorum refert concentũ, ut Pythagorici sanciũt, nec tacuit Mercurius. Et ut id à nobis fiat, ex tribus hemisphęrij punctis admonemur, mane, uespere & meridie. Proinde legibus sanciri plerisq; non sumus nescij, exoratum ab adorantibus spectandũ, quod à Pythagoricis est obseruatum. Nec spreuit Christiana ueritas, Trimegistus ad meridiem conuersus orabat, Moyses & Iudæi ad occidua. Ratio addi potest, quòd ab oriente motus est diurnus. At plãnetæ, inerrantiaque astra ab occasu uertiginis sumunt initia. Sed uiuificum lu- Ternarius.

men à meridie per circuli reditũ obliquitatem. Sed missis hic propemodum innu D
meris, cõcludo cum præstantissimis uiris. Ternarium numerum esse principiũ medium & finem in uniuersum omnis rei. Conclusionem hanc firmat Aristoteles primo de cœlo cum inquit, Quemadmodum aiũt Pythagorei, Vniuersitas ipsa & cuncta tribus definita sunt, finis namq; & medium & principium uniuersitatis numerum complectitur. Hæc autem trinitatis, id propterea à natura mutuantes tanquam eius leges, hoc quoque numero in deorũ utimur cæremonijs. Hinc credo nasci id, quòd numerũ ternarium diuinum uocamus. Accedit Aristotelicus cõmenta. 12. Meta. Cum refert antiquos philosophos posuisse in diuinis ternarium. Et Plato libro de ordine uniuersi. Numerũ quidem (inquit) ternarium omnes antiqui aggressi sunt dicere principium & finem omnis rei tam generabilis q̃ ingenerabilis. Id docet Boetius Meteor. nono Tertiũ unico hoc Principium, uector, dux, semita, terminus idem. (uersiculo.

TEXTVS PROCLI Bereni. crinis.

SEQVITVR. Et qui postea à Callimacho inter astra relatus est, Berenices crinis.

STOEFLERI INTERPRE

B

Cœlestes imagines, uniuersales, in septentrionem uergentes authore Ptolemæo principis astrologię, Procli & aliorũ, hactenus expositimus. Sequitur alia effigies, quæ Berenices crinis appellaẽ, de qua Ptolemæus & alij plures nihil scribũt. Quam primũ Callimachus poeta Cyreneus Olympiade 136, ante nostri saluatoris aduentũ annis 236, aut circiter, in modũ elegiæ descripsit. Quẽ Catullus poeta latinus secutus. Deinde Hyginus lib. 2. de Leone, & Bassus in Ne erroris nobis ansa tribuatur. Annotandũ primo, ẽ Berenices (cõmen: nomenclaturæ plures sunt ciuitates. Plini. lib. 5. ca. 5. in Pentapolitana regione nominat Bereniceñ, de qua Ptole. lib. 4. ca. 4. Tab. 3. Afri. Et Solinus ca. 40 olim uocatam Hesperidũ. Hanc Berenice muniuit quæ Ptolemæo tertio. i. Euergeti fuit nupta. Est alia huius nominis in Aegypto ciuitas, de qua Plini. lib. 2. ca. 75. & Ptolemæus lib. 4. ca. 5. Tab. 3. Afri. Et rursus alia in Aethiopia ad sinum Arabicum à Philadelphi matre nominata, de ea Plini. ca. 29. libri 6. & eodem capite alta huius nominis iuxta sinũ maris rubri dicta Panchrysos. Item Iosephus lib. 8 anti. ca. 6. recenset in sinu Aegyptiaco rubri maris aliã Berenicem, quondã Elana uocata. Ptolemæus lib. 5. ca. 17. tab. 4. Asiæ. Elanam nominat uillam & bene F Sunt in secundo loco cõplures Berenices mulieres. (quadrat cũ Iosepho. Plures sanè huius nominis fuisse de progenie Herodis testatur Iosephus lib. 18. anti. ca. 11. & 13. Et lib. 19. anti. ca. 5. Item lib. 20. anti. ca. 9. Et lib. 11. de bello Iudaico ca. 15. quas omnes missas facio. Ptolemęus Lagi primus huius nominis rex Aegypti, uxorem duxit Berenicem, ex qua genuit Ptolemæum Philadelphũ secundũ regem Aegypti, Arsinoem & Lysandrã. Philadelphus habuit bibliothecam nobilissimã in Alexandria DCC. circiter miliũ uoluminum. Habuit ux orẽ nomine Arsinoem, nõ sororem sed filiã Lysimachi, ex qua genuit Ptolemæũ Euergetem primũ, tertium huius nominis dictum Ceraunũ. i. fulmineum, & Berenicen. Is Euergetes duxit propriã sororem. s. Berenicen in uxorem. Inde enatus Ptolemæus Philopator, quartus huius nominis &c. Is Euergetes & uxor Berenice ad nostrũ seruiunt propositũ. Nam cũ Berenicen sororem in matrimoniũ duxisset, nec multis post diebus in Asiam cũ exercitu profectus fuisset, uouisse Berenicen tradũt, si uictor Ptolemæus redisset, se crinem detonsurã. Atq; eo uoto donatũ crinem in ueneris templo cõsecrasse, qui cũ postridie non aparuisset, ægrè id rege ferente, Conon Mathematicus cupiens inire gratiã regis, dixit Ptolemęo marito crinẽ inter sydera uideri collocatũ. Et quasdã uacuas figura septẽ stellas ostẽdit, eas crinẽ esse cõfinxit. De hac Berenice alia eius facta prætereo. Tertio

Berenices ciuitates.

Panchrysos.

Berenices mulieres.

Ptolemæi plures.

Bibliotheca memorabilis.

Conon mathematicus.

A Tertio aduertendum, septem stellas extra Leonis effigiem, ad eius caudam uersus septentrionem esse in triangulo fermè collocatas, quas Berenices esse comas Conon Samius Mathematicus & Callimachus dixerũt. Hunc Cononem Catullus in Elegia Berenices introduxit, cum inquit. Catullus.

Idem me ille Conon cœlesti numine uidit
E Bereniceo uertice cæsariem, &c.

De quo etiam locutus uidetur fuisse in Bucolicis Maro Ecloga tertia. Virgilius.

In medio duo signa Conon, & quis fuit alter,
Descripsit radio totum qui gentibus orbem.

Scito nonnullas stellas extra formam Leonis à Ptolemæo obseruatas ad Berenices comam applicandas. Sunt enim tres in numero stellationis Leonis 33. 34. & 37. Vetus quidem Alma. tralator, has tres stellas uocat Trichas. Græcè enĩ capilli dicuntur τρίχες. Fuerunt tempore Ptolemæi in Leone, nostro in uirgine: Geor. Valla recentior traduxit lucidius, Comam. Sunt igitur hæ tres stellæ de Coma, crine uel cæsarie Berenices. Sed quòd Conon, Callimachus & Catullus numerant septem nõ aduersantur Ptolemæo. Sunt namq́ue plures octaui orbis stellæ, paruæ tamen, à Ptolemæo minime obseruatæ. De Tricha Ptolemæus.

Incidimus hic in Comas siue Capillos, de quibus complura passim legimus apud Plinium. De affectatis hæc paucula, qui anxia quadam cura franguntur in gradus, coluntur q́ue studiosius. Hi (mea sententia) fuere præ alijs Germani & potissimum Sueui, de quibus Cornelius Taci. libro de situ & moribus Ger. Nunc (inquit) de Sueuis dicendum est, quorum non una ut Chattorum Tencterorum ue gens, maiorem enim Germaniæ partem obtinent, proprijs adhuc nationibus nominibusq́ue discreti, quanquàm in cõmune Sueui dicantur, insigne gentis obliquare crinem, nodoq́ue substringere. Sic Sueui à cæteris Germanis, sic Sueuorum ingenui à seruis separantur. In alijs gentibus seu cognatione aliqua Sueuorum, seu quod sæpe accidit imitatione, rarum & intra iuuentæ spatium, apud Sueuos usq; ad caniciem horrentem capillũ retro sequuntur, ac sæpe in ipso solo uertice ligant. Ad id pulchrum argumentum ex Suetonio in uita Caligulæ & capite de cura triumphi eius, ubi legitur. Cõuersus hinc ad curam triumphi &c. nõnullos ex principibus Gallorum legit & seposuit ad pompam, coegitq́ue non tantum rutilare & summittere comam, sed & sermonem Germanicũ addiscere, & nomina barbarica ferre &c.

B — De comis affectatis. Germani comæ studiosi. Tacitus. Sueui. Suetonius.

C Fuit quondam mos Germanis rutilare comas, id est, cura & studio flauas reddere atque alere, adhibitis pilis saponis, quas Matiacas uocarunt à Matiacis Germaniæ populis, quorum meminit Tacitus de Germania. Et Ptolemæus de eadem recenset oppidũ Mactiadum, sed de his alibi abunde diximus. Idem mos conualuit apud Romanas matronas ut capillos rutilarent, sicut tradit Valer. libro secundo capite de institutis antiquis. Capillos uenustandos excogitauit nimia medicorum sedulitas, qualia ab Archigene composita, quibus docet flauos & crispos capillos fieri salis spuma intermixta myrrha. Galenum transeo. Fugienda est immodica capillorum affectatio. Ambrosius in Hexamero libro sexto. Comam esse reuerendã in senibus, uenerandam in sacerdotibus, terribilem in bellatoribus, decoram in adolescentibus, comptam in mulieribus, dulcem in pueris. Tolle arboris comã, arbor ingrata est. Tolle humani capitis capillum, tota pulchritudo flaccescit. Ouidiana id comprobat sententia libro tertio de arte amandi.

Pilæ Matiacæ. Matiaci populi. Mactiadũ op. Vale. Maxi. Ambrosius. Ouidius.

Turpe pecus mutilum, turpis sine gramine campus,
Et sine fronde frutex, & sine crine caput.

Mulier etiã uenustissima, & si cœlo deiecta, mari edita, fluctibus educata, licet venus ipsa fuerit, omni Gratiarũ choro stipata, cinnama fragrans, balsama rorans, si calua processerit, placere nõ poterit.

TEXTUS PROCLI. Arcturus stella.

SEQUITUR. In iis rursus stellæ quædam ob notas quasdam integras, quas in se continent, proprias appellationes sunt sortitæ. Nam insigne sydus quod supra media Arctophylacis crura iacet Arctutus appellatur. D

STOEFLERI INTERPRE.

PRosequitur Proclus partiales quasdam stellas in aquilonem expositas, modo formis inclusas, modo extra formas eiectas, habentes proprias nomenclatutas & cõditiones. Et principe proponit stellam præfulgentem informem, uicinam tamen Arctophylaci. Aduertendum supra cum de imaginibus uniuersalibus septentrionalibus locuti sumus, de Arctophilace abunde diximus, eundem appellari Bootem, ac Arcturum. Effigitur Arcturus modo effigies cœlestis, modo singularis stella ad crura aut coxas Arctophilacis extra formam locata 23. in ordine stellatum Arctophilacis, tempestate Ptolemæi in Virgine, gradu 27. nostra in Libra gradu ferè 17. excellens omnes Bootis stellas in splendore & quãtitate. Est enim primæ magnitudinis de cõplexione Iouis & Martis. Cui (ni fallor) maior uis quàm alijs stellis Arctophilacis attribuitur. De influxu Arcturi pro imagine scribunt pura Plin. lib. 2. ca. 39. Arcturus, inquit, sydus nõ fermè sine procellosa grandine emergit. Et lib. 10. de eodem in multis capitibus &c.

Plinius.

TEXTUS PROCLI. Lyra stella.

SEQUITUR. Clara autem stella quæ iuxta Lyram posita est, totius signi nomine Lyra dicitur. E

STOEFLERI INTERPRE. Vultur cadens

SEcunda insignis stella est Lyra. Ea stella est in ipsa effigie Lyræ de qua in superioribus diximus, & à pluribus uocatur Arabice vvega, latine Vultur cadens. Est autem de fulgentissimis & primi luminis. Tempore Ptolemæi in Sagittario 17. gradu, minuto. 20. nostro in Capricorno gradu 7. de natura Veneris & Mercurij. Cui propter corporis molem & luminis excellentiam maior debetur afflatus. Quare ea quę supra de Lyra imagine ex Firmico citauimus, huic stellę tanquam antesignanæ attribuenda cõcludimus. Est præterea una de Beibenijs stellis, quasi cor ipsius Lyræ, dans dona grandia modum ex cedentia. Legito libellum Hermetis in .§. Veneris & Mercurij.

TEXTUS PROCLI. Gorgoneæ stellæ.

SEQUITUR. Quæ uero in Persei summa sinistra spectantur Gorgoneę nomen habent, sed quæ in summa eius dextera notantur, stellulę certe crebræ paruæque Falcem conficiunt.

STOEFLERI INTERPRE. Falx stella.

TErtio, Proclus hic indicat nonnullas Persei stellas, quæ quidem duas particulares imagines constituunt. Quarum altera quæ in sinistra eius uisitur caput Gorgonis Medusæ, aut caput Algol nominatur. Quare & eius stellæ Gorgoneæ appellantur, Altera in eius dextra cernitur, quam Falcẽ nominant. De ipso Perseo supra abunde tractatum est. Nunc de eisdem particularibus formis tractandũ. Pro prima igitur cõtuendũ, Gorgones fuere tres sorores eximię pulchritudinis quarũ nomina Euryale, Stheno & Medusa, Phorcifiliæ, genitæ ex Ceto monstro marino. Vnde & Phorcydes à patre cognoiatæ sunt. Hæ Dorcades, aut ut Plinio, Pompo. & Solino placet, Gorgones insulas Atlantici maris habitasse dicuntur. Vno tantũ oculo, quo uicissim, prout cuique necesse erat, utebantur, alioqui corporum forma & crinibus aureis insignes. Quapropter & ab agilitate nomen haben. Quippe Græci γοργὸν agilem dicunt, siue uelocem. Agrorũ præterea ubertate diuites erant. Et tam omni ex parte similes, ut una ab altera discerni nõ posset, nihil tamen accidere poterat, quod non esset Finibus extremis Libyes ubi feruida tellus (omnibus cõmune. Luca. lib. 9. Accipit Oceanum demisso sole calentem. F

Gorgones tres

Lucanus.

Squalebant late phorcynidos arua Medusæ. Medusam tradunt tantæ pulchritudinis, quòd cum sola circa littus uagaretur, Neptunus pulchri-

Squale. Medusa

A tudine eius captus, complecti eam uoluit, sed cum illa hoc animaduertens, fugere cœpisset, secutus est Neptunus usque ad templum Mineruæ, ibique uiolato delubro, cum ea concubuit. Quam iniuriã, cum graui & iniquo animo Minerua tulisset, Medusæ crines, quibus maxime Neptuno placuerat, mutauit in angues, deditque, ut omnes eã aspicientes in lapides uerterentur. Quod ob eximiam eius pulchritudinem fictum esse nonnulli existimant. Hanc postea naru maximam Perseus Mercurii talaribus & falcato ense (ut supra cõmemorauimus) acceptis, item scuto Palladis, ut ære repercusso effigiem eius uidere impune posset, ex improuiso, cũ ipsa, anguesque sopiti essent, adortus, uno ualidissimo ictu peremit, caputq; abstulit. Et cum per aera uolans super Libycas uenisset oras, guttæ sanguinis ex Medusæ capite cadentes in terram Libyam in uarios serpentes conuersæ traduntur à Poetis. Quod ideo fictum uidetur quia Libya uenenosis abundat. Hanc fabulam Thomas Radi. paucis absoluit.

Ense excisus
Gorgonis horrens
Sydere uertex
Emicat alto
Luce quaterna

Contuendum, authore Ptolemæo septimo Alma. In descriptione Imaginis Persei, Capiti Algol, id est, Medusæ tanquam particulari imagini tribuit quatuor stellas, & sunt in ordine 12. 13. 14. & 15. De quibus uetula tralatio sic habet (intelligito, tempore Ptolemæi) Lucida earũ quæ B sunt in capite Algol, & est duodecima, in Ariete gra. 29. mi. 40. secũdæ magnitudinis. Nostro in Tauro 19. gradu, 20. ferè minuto. Sequit in Ptolemæo. Sequens earum, & est 13. in Ariete 29. gradu 10. mi. quartæ magnitudinis. Nostro in Tauro 18. quasi gradu. Sequitur. Antecedens Lucidam, & est 14. in Ariete 27. gradu 40. minu. quartæ magnitudinis. Sequit. Antecedens hanc etiã & est 15. in Ariete 26. gradu 50. mi. quartæ magnitudinis, nostro in Tauro 16. gradu, 28. min. de natura Martis & Mercurij, ut Ptolemæus docet, cui me subscribo. Ecce descriptio Gorgonei capitis. Habet, ut nihil omittã, hæc effigies uaria nomina. Appellatur enim Rasdagol, Rasd. i. caput. Caput Gorgonis, caput Medusæ. Caput

Capitis Algol quatuor stellæ

Grauis hic occurrit sententia Ptolemæi lib. 100. propositionũ, (Dæmonis, uerbo 73. de qualitate mortis nati in hæc uerba. Cum fuerit corporaliter Mars iunctus capiti Algol, s. stellæ quæ est in Tauro, & nõ aspexerit fortuna gradum abscindentem, nec fuerit in octaua & dominus Anauba luminariũ oppositus fuerit Marti uel in eius quarto aspectu, nati truncabitur caput. Quòd si fuerit luminare in medio cœli, suspendetur. Et si fuerint mali aspicientes se, à Geminis C & à Pisce, abscindentur eius manus & pedes. Hæc ille.

Scito quòd stellæ hæ funereæ sunt secundũ diuum Thomam Aqui. opusculo de fato. Et licet necessitatem nõ habeant, mirum tamen audi exemplũ, quod recitat Hali Rhodan, dictũ Ptolemæi exponens. Accidit (inquit) ut quidam seruiens ostenderet mihi natiuitatẽ filij domini sui. Et inueni solem in medio cœli, & ipse erat dominus Anauba. Et Martẽ in quarto aspectu eius, Saturnũ etiam in angulo terræ, cuius ascendens Piscis, unde exterritus distuli iudiciũ, dicens oportet ut anteq; iudicem cõpleantur dies nutritionis. Creuit aũt puer, & cum ualde sollicitaret circa inuestigationem morũ suorum, nil audiui unde sibi timerẽ truncationẽ manuum ac pedũ ac infurcationem, cũ esset uerecundus & mansuetus. Cumq; peruenisset ad 30. annum, ingressi sunt quidam domũ eius fugientes, eo quod accusati essent de dolo, qui præerat Aegypto, & deprehensi sunt in domo illa. Et ipse cũ illis amisit manus ac pedes & infurcatus est. Et ego uidi illum absq; manibus & pedibus & infurcatũ. Hactenus Hali. Hic perpendito quanta (sit potẽtia cœli.

Nota exemplũ memorabile de magna ui cœlestis influxus.

Capitis Gorgonis allegoriã impræsentiarũ missam facio.

Altera particularis effigies Persei in manu eius dextra, & est falx siue falx adamãtina, ensis falcatus, gladius incuruus, à Græcis ἅρπη appellata. Luc. in 9.

Harpe.
Lucanus.

Et subitus præceps Cyllenida sustulit Harpen, D
Harpen alterius monstri iam cæde rubentem.
Et de Harpe Bassus cōmen. de Perseo. De Falce Iul. Fir. libro octauo ca. 29. Et Marcus Manilius. libro quinto.

Obseruandum, nonnullis placet falcem apparere sine syderibus. Vt scribit Hyginus libro tertio, & his accedunt cōmunes falcis depictiones. Alij unicam ei stellam tribuunt, ut Hyginus & Bassus, & sic imaginem non constitueret. Alij, quibus ego adstipulor, asserūt tres stellas dextri brachii, modo pro brachii descriptiōe, modo pro falcis depictione seruituras. Et sunt tres primę in ordine stellarū Persei, tpe Ptolemæi in Ariete & Tauro nostro in Tauro. Prima nebulosa, secunda & tertia quartæ magnitudinis de cōplexione Martis & Mercurii.

TEXTUS PROCLI. SEQVITVR At illustre sydus, quod in Aurigæ sinistro humero cernimus Capram nominamus, duas uero exiguas stellas, quæ in summa eiusdem Aurigæ manu figuntur, Hœdos dicimus.

STOEFLERI INTERPRE. HAec est postrema particula imaginum & stellatum septentrionalium. Et cōtinet duo. Primo claram stellam Capram nominatam, quam Auriga in humero sinistro portat. Secundo effigiem particularem, s. Hœdos, capræ filios. De Capra siue Capella pro astro plures sunt fabellæ, unicam deregam. Mellissus rex Cretensis antiquissimus habuit filias duas Amaltheā, & Mellissam, quę Iouem infantem nutriuerūt. Amaltheæ capella fuit, cui Gemini Hœdi fuerūt, & propterea lactis ubertas. Huius igitur uberibus Iouem nutriuit. Germanicus in Arato. B

Capra & Hœdi stellæ.

Vna putatur
Nutrix esse Iouis, si uere Iupiter infans
Vbera Cretææ mulsit fidissima capræ,
Sydere quæ claro gratum testatur alumnum.
Hanc Auriga humero totam gerit.

Itaq; Iupiter propter beneficium matris, & matrem & Hœdos dicitur inter sydera collocasse. Hos autē Hœdos Cleostratus Tenedius dicitur primus inter sydera ostendisse.

Cleostratus Tenedius.

Iulius Fir. De Capra Iuli. Fir. lib. 8. ca. 6. de claris syderibus cū Ariete Orientibus & occidentibus, sic habet. In Ariete parte tricesima, quæ pars torū signum super terram semper ostendit, exoritur Capra, quam fabulosi poetæ alimenta uolunt Ioui infantulo præbuisse. Quicunq; sub hoc sydere nati fuerint, erunt nimia mentis trepidatione solliciti. Et quorum corpus assiduus ttemor semper impugnet. Hij leuibus cōmotionibus opprimentur, & leuibus etiā nuntijs, graui timoris incursione quassabūtur. Erunt tamen omniū rerum curiosi, & qui quodcunq; dictum nouū fuerit, id impatienti cupiditate desiderent, ut semper noua quæq; curiosi desiderii cupiditate sectentur, eaq; intelligere studeant. De eadē Bassus in cōmen. Agitatoris. Et Rufus de Auriga, Plini. lib. 18. ca. 26. asserit Capellam pluuialem. Vetus Ptolemæi tralator. Traduxit Hircum, sic. Quæ est super spatulam sinistram, & dicitur Hircus. Geor. Val. Capram. Fuit tempore Ptolemæi in Tauro 25. gra. primę magnitudinis, nostro in Geminis gradu ferè 15. de natura Martis & Mercurii. F

Rufus. Plinius. Geor. Val.

De partiali Hœdorū effigie contuendū, quod circa sinistram aurigæ manū sunt duæ stellulæ nominatæ Hœdi, de quibus fabulose iam supra diximus. In ordine stellarū Ptolemæi in descriptione Aurigæ 8. & 9. eiusdem tempestate in Tauro 22. ferè gradu, nostra in Geminis 12. quasi gradu & quartæ magnitudinis, Marticæ & Mercuriales. Hoc sydus à receptis authoribus fluctus significare dicitur. Germanicus de Erichthonio siccanit.

Ptolemæus.

Germanicus.

At manus Hœdos
Ostendit nautis inimicum sydus in undis.

Orbis

A Orbis ab Oceano celsus rapit, aut semel hœdi
Iactatam uidere ratem, nautasque pauentes,
Sparsaque per sæuos morientum corpora fluctus.
Ad idem Rufus Festus.
Fine manus paruas Hœdorum suspice flammas
Qui postquàm Oceano sese expediere sonoro
Sæua procellosis immittunt flabra fluentis,
Vt spumosa truci pulsentur litora fluctu,
Et uaga cæruleas inuoluant æquora puppes.

De Capra & Hœdis Aratus in hæc uerba. Porrò si tibi Auriga & stellas Aurigæ contemplari uideatur, etiam mentio inciderit Capræ ipsius, atque Hœdorū (qui in mari nigrescente sæpe contuiti sunt iactatos homines) (Et infra) Capra religiosa, quā fabula est sout mammam præbuisse. Oleniam uero ipsam Caprā Iouis uocant uates. Atque hæc quidē multa & splendida. Verū ei ibidem obscuri lucent Hœ (di in iūctura manus.

Aratus.

Rufus.

Hic meminisse cōuenit, supra in enumeratione imaginum septentrionaliū, ut caput 42. libri 2. Plini. illustrius redderetur, nominatimus 72. cœlestes effigies, & inter particulares aquilonias recensuimus Sedē, thronū, stellam aut siliquastrum Cassiopeiæ, quam Proclus noster hic prætęrijt. Sciendū igitur & paucis. Ptolemæus dict. 7. Alma. in descriptione Cassiopeiæ hanc Sedi aut Sellæ tribuit tres stellas, & sunt in ordine stellarum Cassiopeiæ 11. B 12. & 13. suo tempore in Ariete, tertiæ, quartæ & sextæ magnitudinis, nostro in Ariete & Tauro, imitantes complexionem Saturni & Veneris.

Thronus Cassiopeiæ.

SEQVITVR. Austrina signa sunt, quæcunque ad Meridionalem signiferi partem sunt posita. Eorum nomina hæc sunt. Orion &c.

TEXTVS PROCLI. Orion.

HAec est tertia pars huius capitis ultimi Procli, in qua determinat imagines & stellas à signifero in meridie sitas. Et exorditur ab Orione fulgentissima Contuendum, de Orione apud authores uariæ sunt fabulæ, ex (imagine. his unam delegi, hanc. Hyreum quendam fuisse senem, qui cū apud Thebas, ut Aristonicus refert, uel in Chio insula, ut Pindaro placet, Iouem, Neptunum & Mercurium hospitio accepisset, petijt ab his, ut aliquem sibi filium cōcederent. Habuisse .n. se olim coniugem, cui morienti promiserat, se aliā non ducturum, optaret amen se filium atebat, quem sibi hæredem posset relinquere. Hoc ut facilius assequeretur, boue eis immolauit, carnemque ad uescendū apposuit. Illi uero accepto bouis corio, in illud minxere, terraque inuolutū texerunt. Vnde natus est Hyreo filius, quē, quòd οὖρος Græci urinam uocant, Vriona, inde mutatio C ne unius literæ Oriona nominauit. Ouidius 5. Fastorum.

STOEFLERI INTERPRE. Fabula.

... uerant omnes, omnes ad terga iuuenci
Constiterant, pudor est ulteriora loqui.
Tunc superiniecta texere madentia terra,
Iamque decem menses, & puer ortus erat.
Hunc Hyreus, quia sic genitus, uocat Vriona,
Perdidit antiquum litera prima sonum.

Ouidius.

Hic ergo cum adoleuisset, ingens uenator euasit. Diana assumpsit eum in comitem, & ipse Orion erat custos, satelles & minister deæ. Et authore Hystrio Oriona Diana mirum in modum diligebat, & penè factum, ut ei nupsisse existimaretur. Quod Apollo cum ægrè ferret, & sæpe eam obiurgasset, cum natantis Orionis longe caput esset conspicatus, contendit cum Diana, ca non posse sagittam mittere ad id, quod nigrum in mare uideretur. Quæ cum uellet in eo studio se maxime artificem dici, sagitta missa caput ORIONIS traiecit. Itaque cum fluctus interfectum ad littus adiecisset, & se DIANA eum percussisse plurimum doleret, multis eius obitum prosecuta lachry-

Hystrius.

mis, inter sydera statuisse existimatur. Hanc fabulam libat Tho. his metriculis. D

Fulget in excelsis connexibus aureo nitore
Orion, fuerat qui comes Dianæ
Assiduus, persistens, aruaq; deuiosq; montes
Indefessus amans, ut deæ placeret.
Sic si quis stabilis permanserit, usq; dum secentur
Fila sequens rectum fit decorus astris.

Audax. Præterea adnotandum, orion à non nullis appellatur Audax, Sublimatus,
Sublimatus Gigas, fortissimus. Item Iugula, Bassus in cõmen. Germanici. Orion, qui & In-
Gidas. cola dicitur, ante Tauri uestigia fulget, & dicitur orion ab urina, id est, ab inun-
Fortissimus dationeaquarum. Tempore enim hyemis habet ortum, cum mare & terras a-
Iugula. quis & tempestatibus turbat. Hũc Romani Iugulam uocant, eo quòd sit arma-
Bassus tus ut gladius, stellatum luce terribilis, & clarissimus. Qui si fulget, serenitatem
portendit: si obscuratur, tempestatẽ annuit imminere. Hæc Bassus. Alij scilicet
Actius. Varro, Iugula signum est quod Actius appellat Oriona, cum ait.
Citius orion patefit.
Huius signi caput ducitur è stellis tribus, quas infra diæ clatæ, quas appellant
humeros, inter quas quod uidetur Iugulum. Vnde Iugula dicta. Alij Iugulam E
Mar. Mani. dici contendunt à iuglande, quòd amplior sit cæteris, quasi nux iuglans. Mar-
cus Manlius libro quinto.

Nunc cancro uicina canam, cui parte sinistra
Consurgunt Iugulæ.

Strabo Strabo libro 10. habet in sententia. Oreus urbs montana Euboææ insulæ. Hoc
illi ubi est forsan nomẽ impositum. Oros enim montem indicat. Hoc etiam in
loco educatus Orion, nomen adeptus esse uidetur. De eo oppido Oreo Plini.
lib. 4. ca. 12. ubi plures numerat Euboææ urbes.
Ieuze. Orion ab Arabibus nominatus Ieuze.
Virgilius. De eodem Virgilius tertio Aeneidos.
Lucanus Armatumq; auro circumspicit oriona. Lucanus primo.
Ouidius Ensiferi nimium fulget latus orionis. Ouidi. 8. de trans.
Plinius. Aut Elicen iubeo, strictumq; Orionis ensem. Transeo reliquos poëtas.
Plinius libro 18 sæpius de eodem, puta, de toto eius ortu & occasu, aut parte F
scilicet zonæ aut gladij. Et ca. 28. orionem numerat inter horrida sydera, tempe
states producentia.
Item Iulius Fir. lib. 8. ca. 6. de claris syderibus cum Ariete orientibus & occiden-
tibus, sic habet. In Arietis sinistro latere, in parte scilicet decima oritur Orion. Si
igitur orion in horoscopo partiliter fuerit, faciet homines, ueloci corporis mo-
bilitate perspicuos, & quorum animus, uarijs solicitudinibus implicatus, perui
gili cogitatione semper exæstuet. Hi enim uariabũt sæpe domicilia, & domos,
sedesq; mutabunt, ac per omnium limina matutinis salutationibus semper di-
Mar. Mani. scurrent. Haud dissimilem sententiam habet Marcus Manilius libro quinto fe-
rè in principio sic canens.

Maximus orion magnum complexus olympum,
Quo fulgente super terras cœlumq; trahente
Et mentita diem nigras nox contrahit alas.
Solertes animos, uelocia corpora finget.
Atq; agilem officio mentem, curasq; per omnis
Inde relaxato properantia corde uidete.
Instar erit populi, totoq; habitabit in orbe,
Limina peruolitans, unumq; per omnia uerbum

Mane

A Mane salutandi portans cõmunis amicus.

Rursus de eodem Germanicus Cæsar, Rufus Festus, Tullius, Hyginus lib. 2 Germanicus.
& 3. Et his condignè autē ferendus est Aratus in Phœn. sic scribens. Porrò remo Rufus.
te oriuntur alia multa inter austrũ & solis orbitam, Obliquus quidem Tauri se Hyginus.
ctioni subiacet ipse Orion, non illum quis serena nocte sublime uolitantē præ Tullius.
terit, sed confidat cœlum intuens promptius contemplari &c. Ptolemæus dict. Aratus.
8. Alma. donat Orioni 38. stellas, quæ dum uitã egit, fuere in Tauro & Geminis Ptolemæus.
omnes, in 1.2.3.4.5. & 6. magnitudine & una Nebulosa, secunda primæ magni-
tudinis & tertia secundæ magnitudinis in ordine stellarũ Orionis, quæ sunt in
humeris, habent uim Martis & Mercurij. Præterea aliæ stellæ primæ aut secun
dæ quantitatis, ut sunt 26.27.28. sunt de natura Iouis & Saturni. Reliquæ uero
quæ sunt in 3.4.5.6. & nebulosa. Saturnum imitantur. 35. autē quæ est in sinistro
eius pede Arabice Rigel primæ magnitudinis ad Iouis refertur naturã, alij ad
Iouis & Saturni.

Ad postremum. Qui sacris sunt literis adiurati per Ori-
onem uirum cõstantem, firmum & perseuerantem intelligunt. Est autem Per- Perseuerantia.
seuerãtia, Tullio diffiniente, in ratione bene cõsyderata stabili & perpetua per
mansio. Hanc Thomas Aqui. secunda secundæ q. 137. esse uirtutem multis pro-
B bat, quem Legito. Quintilia. libro causarum, oportet insistere ubi effectus pro-
mittitur. Et rursus. Perseuerandum est quia cepimus. Herony. ad Furiam. Nõ Hieronymus.
quæruntur initia sed finis. Paulus male incœpit, sed bene finiuit. Iudæ laudantũ
exordia, sed finis proditione damnatur. Et idem in Matthæũ, non enim cœpisse
uirtutis est, sed perfecisse. Cœpisse. n. multorũ est, ad culmen aũt uenisse pauco-
rũ. Adstipulatur quod Grego. dixit lib. 1. Mora. ca. 40. & si. Incassum quippe (in- Grego.
quit) bonũ agitur, si ante terminũ uitæ deseratur. Quia & frustra uelociter cur-
rit, qui, priusq̃ ad metas ueniat, deficit. Hæc uirtus adeo est necessaria est, ut si-
ne ea uiriliter aggredi omnino nihil prosit. Quod saluator noster testat̃ Lucę 9. Lucas.
dicẽs, Nemo mittens manũ suam ad aratrũ, & respiciens retro, aptus erit regno
dei. Et rursus Matth. 24. qui pseuerauerit usq̃ in finem, hic saluus erit. Sed quid Matthæus.
moror. Cum natura imaginis & stellationis Orionis examussim nostræ faueat
intentioni, de Perseuerantia. Quod sanè testatur beatus Grego. 9. Mora. ca. 7. Grego.
per allegoriã exponens uerba Sancti Iob 9. capite scripta, hæc. Qui facit Arctu- Iob.
rum & Orionas & Hyades & interiora austri &c. Vbi Grego. p Orionas, id est,
stellas huius imaginis, martyres, in quibus uera extitit perseuerantia, significari
C uoluit. Postq̃. n. per Arcturũ, vrsam maiorem uel septem eius stellas (ut eidem
placet) nunq̃ occidentes, ecclesiã sanctam, quæ pro ueritate fatigat̃, ardentius,
& iniquorũ persecutiones tolerat, & tamen usq̃ ad mundi terminũ sine defectu
pdurat, significauit, hęc subiungit uerba. Vnde & apte quoq̃ post Arcturũ pro-
tinus Orionas subdit. Oriones quippè in ipso pondere temporis hyemalis, ori-
untur, suo quoq̃ ortu tempestates excitãt, & maria terrasq̃ pturbãt. Quid igit̃
post Arcturũ per Orionas, nisi martyres designant̃? Qui dum sancta ecclesia ad
statũ prædicationis erigit̃, pondus persequentiũ, molestiasq̃ passuri, ad cœli fa-
ciem, quasi in hyeme uenerunt. His. n. natis mare terraq̃ turbata est, quia dum
gentilitas mores suos destitui apparente illorũ fortitudine doluit, in eorũ necem
non solũ iracundos ac turbidos, sed & placidos erexit. Ex Orionibus itaq̃ hy-
ems inhorruit, quia clarescente sanctorũ constantia, frigiditas infideliũ ad tem-
pestatem se persecutionibus excitauit. Orionas ergo cœlũ edidit, cum sancta ec
clesia martyres misit, qui dum loqui recta rudibus ausi sunt, omne põdus ex fri-
gore aduersitate ptulerunt. Huc usq̃ Gre. Huic testimonio accedit authoritas
Iulij Fir. lib. 2. ca. 10. Et Albumasaris tractatu septimo sui introductorij. Qui Sa Iulius Fir.
turno adscribunt stabilem amicitiã & longam prouidentiã. Item Ptole. tract. 3. Ptole.

A Et quodcumque solet uenandi poscere cura
In proprios fabricare dabit uenalia quæstus. Et Rufus.
Vltimus est Procyon Geminorum subditus astro.

Rufus.
Ptolemæus.

ac Hyginus lib. 2. & 3. Ptolemæus dict. 8. Alma. Cani antecedenti tribuit solum duas stellas, alii numerãt tres, tempore Ptolemęi in Geminis, nostro in Cancro. Quarum prima quæ in eius est collario, quartam possidet magnitudinem. Secunda quæ est in femore fulgens, Procyon aut Algomeisa primæ quantitatis. Sunt de natura Mercurii & parum Martis.

Alter Canis maior, scilicet, appellatus, Arabice Asehere, Alhabor, Aliemeni & proprie dicitur Canis. De quo Aratus. Lucet ambobus Canis subpedibus sistens uarius, at nõ penitus illustratus. Verum circa ipsum uentrem obscurus obuersatur. Sed et summũ stella insignitum est feruida mentum. Quæ quidem maxime uehementer exiccat, atq; ipsum uocant homines Syriũ. Non amplius illum cũ sole orientem, arbores fallũt sine humore frondentes. Et reliqua.

Canis maior.
Aratus.
Syrius canis.

Scito, quòd stella fulgentissima, quæ est in ore aut lingua canis, primæ magnitudinis, uocatur ab authoribus Canis, nomine totius imaginis. Vocatur etiã Syrius siue Syrion, Canicula, Arabice usitato Alhabor. Audiendus est nobis B Bassus in cõmenta. Canis. Syrius (inquiens) stella, est in medio centro cœli, ad quam cũ Sol accesserit, duplicatur calor ipsius, & languore afficiuntur corpora humana. Syrium autẽ stellam uocatam putant, propter flammæ candorẽ, latini autẽ ipsam Caniculam uocant. Vnde & dies Caniculares dicuntur, quia quamdiu Sol in ipsa est, pestifera est, sed pro qualitate adiacentium cõmutatur. Nam aut uincitur, aut morbosis utitur uiribus. Hinc est, quòd cum certo tempore oritur, non semper est noxia. Hucusq; Bas. Sanè sciendum est Syriũ dici à Græco uerbo σειριάω quod est sicco & arefacio, quia tunc maxima accidit siccitas & arefactio amnibus, fontibus, & terris. Germanicus de Cane.

Canis Syrius caniculosa.
Bassus.
Syrius.
Dies Caniculares.
Syrius unde.

Cum tetigit solis radios accenditur æstas.

Et Hyginus lib. 2. Et Syrion appellasse per flãmæ candorem, quòd eiusmodi sit, ut præter cæteras lucere uideatur. Verũ Hyginus hic dissentit ab aliis authoribus, in eo quod asserit, Canẽ in lingua habere stellam unam, quæ Canis appellatur, in capite autẽ alteram, quam Isis suo noĩe statuisse existimat. Et Syrion appellasse, per flãmæ candorem &c. etiã distinguit inter Canem stellam & Syriũ, tribuens Syrio, quem in capite locat, flãmæ candorem, & non huic, quæ est in lingua. In C quo aliis cõtrarius est, & præcipuè Ptolemæo dict. 8. Alma. qui eam stellã, quæ est in ore Canis & dicit Canis, ponit in prima quantitate fulgentissimã & in ultimo luminis, id est, lucidissimam. Et huic, quæ est sita in Capite, donat exiguã quantitatem, puta quintã. Ecce. Vna igitur & eadem stella dicitur Canis & Syrius. Vel appellatur Syrius à Græco σείρειν, id est, lũo quòd per æstũ præcipuè canes faciunt, qui tempore canicularium maxime hiant ob caliditatem.

Nominatur & hæc stella Canicula. Plin. lib. 2. ca. 40. Iam Caniculæ exortu accendi Solis uapores quis ignorat? Eius syderis effectus amplissimi in terra sentiuntur. Feruẽt maria exoriente eo, fluctuant in cellis uina, mouent̃ stagna. Orygem appellat Aegyptus ferã, quam in exortu eius cõtuistari & contueri tradit, ac uelut adorare cũ sternuerit. Canes quidẽ toto eius spatio maxime in rabiem agi, non dubium.

Canicula.

De Oryge fera legito supra.

Oryx.

Item idem lib. 2. ca. 49. aut. 47. de Canicula. Ardentissimo autẽ æstatis tempore exorit̃ Caniculæ sydus. Sole primã partem Leonis ingrediẽte &c. Idem lib. 9. ca. 16. Fluuiatiliũ silurus caniculæ exortu syderat, & alias fulgure sopitur. Hoc & in mari Cyprino putant, & alioqui totum mare sentit exortum eius syderis. Quod maxime in Bosphoro apparet, Algæ enim & pisces superferuntur ab imo uersa omnia. Idem lib. 18. Caniculã non raro accipit in significatu prędicto.

quadri. ca. 13. tribuit magnum & firmum consilium. Sunt autem in Orione 33. D
stellæ de quantitate 3.4.5.6. & nebulosa, ipsius Saturni naturam (ut commemorauimus) imitantes, quæ stabilitatem, firmitatem & perseuerantiam præ se ferunt. Ecce. Quòd si à quopiam obijceretur & Firmicum & Albumasarem Saturno pertinaciam adscribere, quæ plerumq; in malum legitur, cum quis plusquàm oportet in suo stat sensu. Assentior facile, sed eius hanc maliciã, puta pertinaciam, Iupiter mitigabit, inq; perseuerantiã permutabit, ut apertè indicant polentiores ac saturninis tantum fortiores, scilicet, 26. 27. & 28. de natura Iouis & Saturni. Iouis enim connexio cum Saturno inducit pietatem, modestiam, sanam sapientiam & intelligentiã, & quicquid æquus bene institutus animus potest accipere.

SEQVITVR Procyon aut Anticanis & Canis.

Procyon Canis.

CONtuendum. Hæc duo sydera fugientem sequũtur Leporem. Sunt enim hi Canes Orioni addicti, quòd studiosus fuerit uenandi cũ his. Tum propter cursum præualidum & celerrimum, tum ferocitatem in feras & bestias, à Diana, quæ crebris sese uenationibus oblectabat, uehementer amati & enutriti tandem inter sydera nõ longe ab Orionis effigie collocati. De his Thomas Radinus sic canit. E

Orion geminos canes habebat
Ptolemæus In cursu ualidos, ferociores
Procyon Vrsos, dentis apros sonatiores
Aschere Sternentes, ut anhelus admonebat:
Algameisa Dianahos nimium tenens fouebat.
Vt solatiolum benignioris
Plausus: atq; locos amœnioris,
Et cibos sapidos dari iubebat.
Tantum creuit amor nitentiorem
Quòd sedem his tribuit micantiori
Stellarum radio beatiorem.

Secundo loco aduertendum, uetustissimi astrorum obseruatores duos nobis in cœlo reliquere Canes. Quorum alter Procyon, alter Canis appellatur. Procyon Arabibus uocatur Aschere, Algomeisa, Ascemiæ, Procyõ græcum est uocabulũ à πρὸ, id est, ante & κύων Canis, quasi prçcedẽs, aut antecedens dicitur. Præcedit enim alium in ortu. De eo Plini. lib. 18. ca. 28. sic. Ae-

Plinius.

gypto uero Procyon matutino, æstuosus, quod sydus apud Romanos non habet nomen, nisi caniculam hanc uelimus intelligi, hoc est minorem canem. A Tullio tamen in fragmentis Arati nominatur Anticanis, cum inquit. F

Tullius

Anticanem Graio Procyon, qui nomine fertur.
A nonnullis Prçcanis, & Canis minor, ac Canis primus. Aratus.
Pedibus sub posteris Canis antecedentis.

Iuli. Fir. De Procyone Iulius Fir. lib. 8. cap. 9. de claris syderibus cum Cancro orientibus & occidentibus sic habet. In Cancro parte 27. oritur Procyon. Hoc oriente qui nati fuerint, erunt quidem ab omni uenationis studio separati, uerum arma uenatoribus, aut facient aut parabunt, ut retia, uenabula, sagittas, & quicquid ad structionem eius studij pertinet. Nutrient etiam canes, qui ferarum cubilia, & latentes tenebras, præsagis naribus persequãtur & omnia animalia quæ ad uenationem faciunt. Accedit Mar. Mani. lib. 5. ca. unico his metris.

Mar. Mani.

At Procyon oriens cum iam uicesima Cancro est,
Septimaque ex undis pars sese emergit in astra.
Venatus non ille quidem, uerum arma creatis
Venandi tribuit, catulos nutrire sagaces,
Et genus à proauis mores numerare per artes,
Retiaq; & ualida uenabula, cuspide fixa,
Lentaq; contextis formant hastilia nodis.

Et

D

Nonnunquàm pro Procyone, id est, cane minore, ut supra à Plinio didicimus, & ab eodem capite 29. libri 18. his uerbis manifestatur cum ait. In 4. Calen. Maii canis occidit, sydus & per se uehemens, & cui præoccidere caniculã necesse sit.

Auicenna

Hippocras

A Canicula pro Syrio accepta dies caniculares, propter Solis aditum emergunt, quibus pharmaca & purgationes ab accuratissimis medicis prohibentur. Testis Auicenna 4. fen. primi cano. ca. 5. Et scito (inquit) quòd tempus quo maior canis ascendit, & hora qua nix super montes quiescit, & hora frigoris fortis, non est tempus sumendi medicinam. Medicina uero in uere & autumno bibenda est. Et Hippocrates 4. particula Aphor. 5. Sub cane & ante canem molestæ sunt purgationes.

Canicularium inceptio.

Hippocrates quo tempore floruerit.

Auicenna quo tempore uixit.

Dierum autem canicularium inceptio uariatur secundum regionum diuersitatem & climatum ac latitudinum. Item secundum temporum uariationem, Et caniculæ stellæ de signo in signum, & de gradu in gradum mutationem. Et hoc pacto tempore Hippocratis medici, qui ante Christum humanatũ ferè 400 annis uitam egit & ad quartum scripsit clima, fuit canicularium exordium circiter diem 13. aut 14. Iulij. Tempore Auicennæ Hispani & Hispalensis, qui etiã ad quartum scripsit clima, post Christum annis 1100. ferè, inceperunt caniculares 15. 16. aut 17. die Iulij. In nostris regionibus, puta septimo climate, ubi polus arcticus eleuatur 47. 48. & 49. gradibus, & nostro tempore caniculares exordiri deberent Sole adeunte 10. 11. aut 12. gradum Leonis, circa Iacobum maiorem apostolũ. Sed usus nulla arte suffultus inualuit, caniculares inchoari sexta die Iulij & finiri 17 Augusti iuxta hunc uersiculum. E

Octaua Petri Pauli incipit canis & finit octa. Laurenti.

Interpretatio uerborũ Bassi.

Macrobius

Ad Bassi uerba redeo, cum inquit. Syrius stella est in medio centro cœli &c. Animaduertendum, Centrum in proprio significatu est punctus circa quem uoluitur orbis, Macro. libro primo de som. scipionis. In omni orbe uel sphæra medietas centrum uocatur. Nihil aliud est Centrum, nisi punctũ, quo sphæræ uel orbis medium certissima obseruatione distinguitur. Centra igitur re ipsa existere circa quæ uoluũtur orbes. Plato adamantinam eorum uocat hypostasim inconuertibilem, æternam & stabilem, quæq; eodem semper se modo habeat. Proinde Centrum nõnunquàm à grauissimis authoribus accipitur pro circulo quodam maximo, qui orbem aut sphærã suam in duas æquas secat partes, cuius centrum est centrum mundi aut uniuersi. Sunt autem in primo cœlo aut mobili huiusmodi tres maximi circuli, duobus mundi polis alligati aut adhærentes. F

Aequinoctialis

Colurus æquinoctialis.

Colurus solstitialis.

Primus est æquinoctialis, qui primum mobile ab oriente in occidentem, & rursus ab occidente in orientem in duas partitur æquas partes. Cuius centrum est centrum mundi aut uniuersi. Is ab utroque polo æquidistanter recedit, & in eo quotannis accidit bis diei & noctis æqualitas, puta in principio Arietis & Libræ de quo supra plura disseruimus in capi. de circulis sphæræ, & in ca. Cur quinq; dumtaxat æquidistantes in sphæra. Secundus appellatus est Colurus æquinoctialis transiens per polos mundi & principia Arietis & Libræ. Cuius centrum est uniuersi, eius officium est distinguere æquinoctia, hoc est, dierum & noctiũ æqualitatem. Tertius uocatur Colurus solstitialis uergens per utrosq; polos & principia Cancri & Capricorni, cuius etiam centrũ est mundi. Cuius officiũ distinguere solstitia æstiuũ & hybernũ, & is seruit nostro proposito. De his duobus circulis in superioribus ca. de Coluris. Cũ igitur prętere reuoluimus tẽpora, offendimus Syrium stellam Anno humanæ salutis 849. uel circiter, fuisse in principio Cancri, quo tempore fortè Bassus uitam egit. Fuit igitur stella hæc sita in coluro solstitiali maximo circulo, cuius centrum (ut iam diximus) est centrum mundi. Cum igitur Bassus dicit, Syrium stellã esse in medio centro cœli,

uult

A uult dicere Syrium esse in quodã maximo circulo cœlesti, puta coluro solstitiali, cuius centrum est centrum cœli, in quo is circulus descriptus est, & ex consequutiõe etiam ipsius circuli. Nam quemadmodum centrum (ut cõmemorauimus) maximi orbis & suorum circulorum est stabile, firmum & fixum, ita Sol cum suo motu ad hunc circulum circa principium cancri peruenerit, est in maximo accessu ad nos, qui aquilonẽ habitamus, & stare uidetur. Est enim Sol in eo loco fixus, firmatus & stabilitus, quòd ultra uersus capita nostra, etiã minimo accedere neqat. Ecce centri & circuli cõformitas. Rursus cũ Sol Capricorni initiũ adierit, constituit in maximo à nobis recessu, & iterũ uidetur stare &c.

Collibuit Basso, ut nostrę interpretationi maior reddatur authoritas, alia adiungere exempla. Plini. lib. 2. natura. histo. ca. 19. sic habet. Sol autem ipse quatuor differentias babet, bis æquata nocte diei, uere & autumno, & in centrum incidens terræ, octauis in partibus Arietis & Libræ, bis permutatis spatijs, in auctum diei, bruma octaua parte Capricorni, noctis uero, solstitio totidem in partibus Cancri. Plinius in his uerbis, quo ad nostrum tractatum, in sententia, hoc uult. Solẽ bis in anno causam esse æqualitatis diei & noctis, & id usuuenire cũ Sol incidit in centrum terræ. Incidit autem Sol in centrum terræ, quando motu suo adit maximum hunc circulum, quem æquinoctialem appellitamus, cuius B centrum est idem cũ cenrro mundi. Quando igitur Sol est in principio Arietis aut Libræ supremæ sphæræ, describit motu diurno æquinoctialem circulum, & tunc est in centro terræ uel incidit in centrum terrę. Diximus enim centrum mundi esse stabile. Sic Sol in horum duorum signorum principijs inuentus, stabilit & firmat diem cum nocte in parilitate in uniuerso mundo. Plinius.

Et idem Plini. lib. 18. ca. 20. sic scriptum reliquit. Est præterea in cœlo, qui uocatur Lacteus circulus, etiã uisu facilis. Huius defluuio, uelut ex ubere aliquo, sata cuncta lactescunt, duorum syderũ obseruatione, Aquilæ in septentrionali parte, & in austrina Caniculæ, cuius mentionẽ suo loco fecimus. Ipse circulus fertur per Sagittarium & Geminos, solis centrum infra æquinoctialem secans, cõmissuras eorum obtinente hinc Aquila, illinc Canicula. Ideo effectus utriusq; ad omnes frugiferas pertinent terras. Quoniam in his tantũ locis Solis terræq; centra congruunt. Igitur horum syderum diebus si purus atque mitis aër genitalem illum, lacteumque succum transmiserit in terras, læta adolescunt sata. Et reliqua. De Lacteo Circulo, qui solus inter cœlestes uisui albicans apparet, ab C unde diximus in superioribus in ca. de Lacteo circulo, de quo Plinius hic prognosticũ quoddam manifestat, satis & fructibus uel accõmodum uel incõmodum, obseruatis tamen duobus syderibus. s. Aquila in septentrione, & Canicula in meridie. Et quòd asserit Lacteũ circulum ferri, aut duci per Sagittarium & Geminos, olim habuit ueritatem, & etiã hodie, quod recentiores chartæ cœlestiũ imaginum lucide indicant. Et quòd subdit, Solis centrum infra æquinoctialem secans, optime dixit, cũ uerba ad Plinij tempora uel circiter referuntur. Nã Lacteus circulus in ea parte ubi Geminos adit, uergit in meridiem per Aequinoctialem, & postea (intellige tempore Plinij) secat uel attingit centrũ Solis sub æquinoctiali, hoc est, Colurũ Solstitialem, prout interpretati sumus. Et hoc pacto Lacteus à septentrione ueniens, primo adit Zodiacũ circa Geminos, postea Aequinoctialẽ uersus meridiem, dein centrũ Solis. i. colurũ Solstitialẽ, ubi tãgit Cancri principiũ. Et idem Lacteus à meridie in septentrionẽ iens æquinoctialẽ iterũ pertransiens, rursus secat centrũ Solis. i. Colurũ Solstitialem & principiũ Capricorni & seruatur ordo ut iam supra. Circa cõmissuras. i. iuncturas aut intersectiones Lactei cũ coluro, Aquila uersus septentrionẽ obtinet locum, uersus meridiem uero Canicula. Et addit. Quoniã in his tantum locis solis, terræq;

Plinius.

centra congruunt. In his enim duabus cõmissuris .i. in his duabus partibus coluri supra ostensis cõueniunt centrum Solis & Terræ. Quia centrum Solis, id est, colurus Solstitialis maximus circulus pro centro habet centrũ mundi, & id centrũ est etiam centrum terræ. Et tantũ in his locis ob præsentiam syderũ Aquilæ & Caniculę, causatur cœlestis afflatus aut influxus ad frugiferas pertinens terras. Obtutui hæc omnia facile subiicies aut per sphæram astrariam, aut mundi, aut instrumentum per nos compositum. D

Coniunctio solis & syrij.

Ad Bassum reuertor cum subiungit. Ad quam cum Sol accesserit duplicatur calor. Scito Solem Syrium stellam accedere uel cum ea congredi, coniungi uel coire, tunc, quando Sol & stella in horizonte exortiuo simul ascendunt uel oriuntur. Et tunc afficitur Syrius occasu heliaco .i. solari quòd propter solis radios mane haud uideri potest. Sed postea propter Solis quotidianũ recessum, incipit canis mane ante solem exoriri, & tandem uideri. De hoc accessu aut congressu & inceptione dierum caniculariũ loquuntur domini medici. Quocircà Auicennæ uerba, cum inquit, Et scito quòd tempus, quo maior canis ascendit, hoc modo accipienda sunt, ut iam diximus. Neminẽ profecto credimus latere, Canem omni die naturali semel ascendere aut oriri. Sed uerba Auicennæ intelligenda sunt, quo canis ascendit unà cũ Sole, & hoc fit per congressum horizontalẽ corundem. E

Tempus caniculare.

Et rursus annectit Bassus. Quia quamdiu Sol in ipsa est, pestifera est. Tempus id caniculare pestiferum determinant medici spatio 40. dierum Nonnunq̃ malũ hoc aut uincitur aut cõmutatur, & hoc propter radios fortes planetarũ in hoc tempus incidentes, puta Iouis, Veneris & quandoq; Saturni.

Canis. Plinius.

Appellatur præterea hæc stella, Syrius siue Canicula (ut diximus) Canis nomine totius syderis, de quo Plini. lib. 14. ca. 18. in fine Vina in apothecis Canis ortu mutantur quędã, posteaq; restituuntur sibi. Et idem lib. 16. ca. 40. Canis ortu ligna esse scindenda autumat. Et idem lib. 18. ca. 28. deinde postridie ferè ubiq; confessum inter omnes sydus indicabis, quod Canis ortum uocamus, Sole primam partem Leonis ingresso. Hoc fit post solstitium 23. die. Sentiunt id maria & terræ, multæ uero & feræ ut suis locis diximus. Neque est ei minor uenera ratio quàm descriptis in deos stellis. Accenditq; Solem & magnam æstus obtinet causam. Idem eodem libro in pluribus capitibus, modo de ortu modo de occasu canis disserit. Et Ouidius quarto Fastorum.

Ouidius. Macro. Virgi. Iuli. Fir.

Signaq; dant imbres, exoriturq; canis. — Macro. lib. 1. de Som. Virgi. 1. Geor. F

Candidus auratis aperit cum cornibus annum
Taurus, & aduerso cedens canis occidit astro.

Harum expositionem diximus supra capi. De occultatione & emersu æquidistantium. Iulius Fir. lib. 8. ca. 10. de claris syderibus cũ Leone orientibus & occidentibus, sic scribit. In prima Leonis parte oritur Canicula quæ à græcis Syrion dicitũ. Quicumq; hoc oriente sydere nati fuerint, effrenatos animos ad omne studium præposteri facinoris applicabunt, erunt etiã ab omni humanitatis gratia separati, & qui libenter omnia uiolentiæ studia sectentur, furiosi, iracundi, terribiles, minaces, & quos omnes homines uel oderint pariter & metuant. Erũt præterea animosi, & uerbosa sermonis affluentia inflati, & quos ad omne cõuitiũ incautus sermo semper impellat. Hi etiã noua causarum iurgia cõcitantes, cor habent, crebris agitationibus palpitans. Vocem uero, crescentibus faucibus, canum latratus imitantem, ita ut sæpius impetu & furore cõmoti, aut dentes quatiant, aut attritos semper exacuant &c. Marcus Manilius libro quinto.

Mar. Mani.

Cum uero in uastos surgit Nemeæus hiatus
Exoriturq́ue canis, latratq́ue canicula, flammas
Et rapit igne suo, geminatq́ue incendia solis. — Et infra.

Hæc

A Hæc ubi se ponto per pronas extulit oras,
Nascentem si quem pelagi constrinxerit unda,
Effrenos animos, uiolentaque pectora fingit,
Irarumque dabit fluctus, odiumque metumque &c. Consonat cum Fir.

Ptolemæus dict. 8. Alma, suppitat Cani pro sydere 18. stellas, 1.3.4.4. & 5. magnitudinis, eius tepestate omnes in Geminis, nostra in Cancro, dempta 17. quæ est ferè in fine Geminorum. Quæ in eius ore est lucens Alhabor. Vim habet Iouis & parum Martis. Reliquæ omnes Veneri assimilantur. Ptolemæus.

Tertio loco ad Canes subcœlestes uenio de quibus Plini. propemodū innumera scribit, præcipuè lib. 8. ca. 40. Varro de re rustica lib. 2. cap. 9. duo ponit genera Canum. Vnum uenaticum, & pertinet ad feras bestias, ac syluestres. Alterū quod custodiæ causa paratur, & pertinet ad pastorē, de quo pluro. Legito. Canes sub cœlestes. Varro.

Canes diuersorum generū memorat Pollux, Laconicos ex uulpibus & canibus natos. Arcades, ex canibus & leonibus. Cyrenaicos, ex lupis & canibus. Castorides è Castore natos & uulpe. Eretricos, iussu Appollinis nutritos, quibus terram aratro uertebat. Molossos ex Epiro uenientes, prognatos ex cane, quem Vulcanus, ut fabulæ uolunt, fabricauit & anima inspirauit. Argolicos, à regione Argolica. Lybicos, à Lybia, Indicos, ab India regione ex Tigride & ca B negenitos Cretenses, à Creta insula. Et alia plura. Transeo. Canū genera.

Plini. lib. 6. ca. 30. & Solinus ca. 43. asserunt in Africa esse gentes, quæ canem pro rege habent, motu eius imperia augurantes. Sunt qui inferioris Pannoniæ regnicolis id ipsum semel contigisse affirment. Plinius. Solinus.

De Canum fidelitate, Docilitate & Morbis, plura apud alios offendes.

SEQVITVR LEPVS.

Lepus cœlestis sub pedibus Orionis constitutus, dicitur Orionis canes fugere uenantes. Nam ut uenatorem eum finxerunt, uoluerunt hoc etiā significare aliqua de causa. Itaq; leporem ei ad pedes fugientem finxerunt. Quidam ab hac causa dissentiunt, negant tam nobilem & tam magnū uenatorem oportere leporem uenari. Callimachum quoque accusari, quòd cum Dianæ scriberet laudes, eam leporino sanguine gaudere, & eos uenari dixisset. Itaque Orio- Lepus.
na cum Tauro decertantem fecerunt. Nonnulli Leporem inter astra collocatum dicunt propter nimiam uelocitatem. Quare Lælius putabat leporem à celeritate dici, quasi leuipedem, siue quòd inter quadrupedes plus pariat, & quosdam fœtus pariat, quosdā uero in uentre habeat, sicut Aristoteles philosophus ait, qui de animalium ratione disseruit. Lælius.

Leporis autem historiam memoriæ prodiderunt. Apud antiquos in insula Lero nullum leporem fuisse, sed ex eorum ciuitate adolescentium quendam studio generis inductum, ab exteris finibus leporem fœminam prægnantem attulisse, & ad eius partū diligentissime ministrasse. Itaque cum peperisset cōpluribus eius ciuitatis studium incidisse, & partim precio, partim beneficio mercatos, omnes lepores alere cœpisse. Itaque non longo interuallo tantam multitudinem leporum procreatam, ut tota insula ab his occupata diceretur. Quibus cum ab hominibus nil daretur, in semina eorum impetu facto omnia comederunt. Quo facto incolæ calamitate affecti, cum fame forent oppressi, cōmuni consilio totius ciuitatis uix denique eos abigisse ex insula. Itaque Leporis postea figuram in astris constituisse, ut homines meminissent, Nihil esse tam exoptandum in uita, quin ex eo plus doloris, quàm lætitiæ capere posterius cogerentur. Leporis historia.

Historiam hanc Thomæ Radi. sic canit. D

Lero. Leros.

Insula Lero aderat,
Sed natus non est Lepus illa.
Ardet in hoc iuuenis,
Prægnantem conducit & omnem
Pluribus ex genitis
Complet paruo tempore terram,
Nam populus cupiens
Pascebat gaudens & emebat,
Displicuit numero
Tandem excedens sæpe petitum,
Viuere quo ualeant
Cuniculi. His cum pastum subtrahit, arua
Seminibus populant.
Damnum cernens, nititur oris
Pellere de proprijs,
Quod uix multo posse peractum est.
Iupiter æthereis
Ornauit pulsum ignibus, ut sic
Mens hominum teneat,
Nil tam gratum prorsus amari
Quin dolor inde sequi
Maior, quàm sint gaudia, possit

Annotandum, Lero aut Leros ad nostrum propositum insula est maris Gallicani, non longe sita à Narbonensi prouintia. Ptolemæus libro 2. Geogra. capi. nono, tabula tertia Euro. Plinius libro tertio capi. quinto, in fine. Strabo libro quarto, sic habet. Post Stœchades Planasia, & Lero sunt, colonias habentes. In Lerone phanum est Leronis, è regione Antipolis hæc ipsa iacet. Haud absimilem historiam narrat Strabo lib. tertio, de Cuniculis, in descriptione insularum Balearium aut Gymnesiarum cum inquit. Præter agri uero feracitatem, & illud hisce in locis cōmoditatis adest, ullum noxium animal non facile E reperias. Nam cuniculos, quos plerique lepusculos appellant, nequaquam indigenas esse asserit. Quinimmo cum ex propinqua insula, quidam marem & fœminam attulisset, tanta ab initio facta est eorū procuratio, ut ex subterraneis cuniculis domicilia subuerterentur & arbores & plantas uastarentur, satorum radices esitarentur. Quare insularum incolæ missis aliquando Romam legatis terras petijsse dicuntur, ab istis enim eiectari bestijs, quibus propter multitudinem obsistere nequirent. Nunc autem cum ad tractandam eorum uenationem aptissimi sint nulla sibi inualescere damna permittunt. Itaque de industria carellas agrestes afferunt, quas educat Africa, quas quidem funiculis capistratas intra foramina dimittunt. Eæ uero quos capiunt unguibus extrahunt, aut in summa telluris fugere cogunt, egressis autem uenatores incumbunt ca-

Secundo, historia in se cōtinet apotrepticam. i. terrenrem sen- (pessuntq́;
tentiam cum dixit, Nihil esse tam exoptandū. Cui sæpius adstipulātur sacræ li- F
teræ. Salomon Prouer. 14. Risus dolore miscebitur & extrema gaudij luctus occupat. Esaias 24. Cessauit gaudium tympanorū, quieuit sonitus lætantium, conticuit dulcedo cytharæ, cum cantico non bibent uinum, amara erit potio bibentibus illā. Et sequitur. Defecta est omnis lætitia, translatum est gaudium terræ. Aug. sup Psal. Temporalibus gaudent, qui bona æterna desiderare nō norunt.

Iuli. Fir. Iulius Fir. lib. 8. ca. 8. De claris syderibus cum Gemi- (Et id genus plures.
nis orientibus & occidētibus de lepore sic habet. In Geminis parte septima oritur Lepus. Sub hoc sydere qui nati fuerint, tanta erūt corporis leuitate, ut cum currere cœperint, uelocitate sua agitati, aues superare uideant. Et infra. Quòd si hunc locum Saturnus per quadratū aut diametrum uiderit fugitiuos, faciet, qui lares suos, ad longinquas regiones migrantes, prono animositatis studio separabunt, atque ab ipsis diuidentur. Alludit pulchre Mar. Mani. lib. quinto, sic.

Mar. Mani.

Iam uero Geminis fraterna ferentibus astra
In cœlum, summoque natantibus æquore ponti
Septima pars lepores tulit, quo sydere natis,
Vix alas natura negat, uolucrisque meatus,
Tantus erit per membra uigor referentia uentos &c.

A Aratus in Phœno. Pedibus aūt Orionis sub ambobus lepus incessanter omni-busdiebus fugatur, at semp Syrius à tergo fert̃in sequenti similis. Etiam ei coo-titur atque ipsum occidentem insectatur. Tullius in fragmen. Arati. Aratus. Tullius.
Subter que pedes quos diximus ante
Oriona iacet leuipes, hic fugit ictus
Horrificos metuens rostri tremebundus acuti,
Nam canis infesto sequitur uestigia cursu. De eodem Rufus Festus.
Et Ptolemæus dicit. 8. Alma. donat ei duodecim stellas tertiæ, quartæ & quin- Ptolemæus.
tæ magnitudinis, suo tempore in Tauro & Geminis, nostro omnes in Geminis
de uiribus Saturni & Mercurij.

Ad Lepores mundi huius inferioris nunc accedo. Est autē Lepus piscis ma- Lepus piscis.
rinus qui limo gignitur, specie cernitur cochleæ tegmine nudatæ, de quo Plini.
lib.32.ca. 1. in hæc uerba. Nō sunt minus mira, quæ de Lepore marino traduntur
Venenum est aliis in potu, aut cibo datus, aliis etiam uisus. Siquidem grauide si
omnino respexerint fœminam ab eo genere dumtaxat, statim nausea & redun
datione stomachi uitiū fatentur, ac inde abortum faciunt. Remedio est mas &c.
Et idem eodem libro ca.5.6.7. & in multis aliis libris & capitibus. Est & alterius
B generis in mari magno similis per omnia terrestri, præter ullos quos aculeatos
& erectos habet, haud capi facilis, ut qui uelocissimus sit, nec unquam nassis aut
hamo propinquet. Si quis eū attigerit, dum in morbo est, manu aut baculo, ani-
mi defectum incurret &c.

Est præterea Lepus genus numismatis Rhegynorum, cum ru & Lepore olim
celebre. Est autem Rhegium authore Plini. lib.3. ca. 8. oppidum in margine Ita- Rhegium.
liæ situm, cuius dehiscendi argumento Græci nomen dedere, ῥηγνύω enim græ-
cè, dirumpo dicitur Inde dicti Rhegyni. De Rhegio Solinus capi.8. Et Ptole-
mæus libro 3. capite 1. Tabu.6. Euro.

Proinde Lepus terrestre animal formidine præcellit alia animalia, facile Lepus animal
namq; temere que terretur ac cō panescit, raro in obuijs & celebribus locis quie-
scit, sed obductis densis latebris atque arbustis. Lepores mares concipere com-
pertum, palpebris quidem clausis uigilare, apertis dormire. Inde natū putatur
adagiū Lepus dormiens, quod apte dissimulatoribus conuenit. Visus hebes est
atque cōfusus, interdiu quiescūt, noctu uagantur. Natalis loci præsertim ama-
C tores. Cursu ad cliui uelotiores omnes, quòd pedibus prioribus breuiores sint.
Ad fugam sese auribus in terga inclinatis excitant, auribus quippè motum diri-
git, moderaturq; tanquam remis, quod in aliis animātibus plerumq; efficit cau-
da. Canes cursu flexuoso sæpe decipit. Cum circumagitur alterà aure ab ea par
te dimissiore pro gubernaculo utitur. Enixa suos fœtus locis plurimis dispertit
atque abscondit, putans eo modo à noxijs melius tueri. Vicem accipitris exhor
ret latitans. In uulpem si forte incidit, euadere cursu cōtendit. Illa dolum celeri-
tati opponit, cum in media persecutione quiescens, post paulo leporis uestigia
sectatur ac cubile inuadit. Dicitur & lepus ultro citroque cōmeare, ut confusis
uestigijs minime deprehendatur. Obseruauere ueteres leporis occursum in iti-
nere abominosum quippiam, inauspicatum atque improsperum præsagire.

Scribit Aristoteles, animalium nulli contingere, dempto lepore, pedibus pi-
lis obiectis atque hirsutis incedere. Quare Dasypū aut Dasypodem uocari, quod Dasypus.
hirsutos habeat pedes, δασὺς enim hirsutum pilosumque significat, πῶς pedem,
ea propter ambulans non sentitur. Apud Aristotelem & Plinium legimus, le-
pore aut Dasypode mirum animal omnium prædæ nasci, solum superfœ-
tare, aliud educantem, aliud in utero pilis uestitum habentem, aliud implume,
aliud inchoatū, aliud nō perfectū. Hęc omnia de nostris leporibus dici possunt

Prox. Agræcis Lepus πτῶξ, id est, timidus appellatur ἀ πτώσσω græco uerbo, id est formido. Est enim, ut commemorauimus, omnium animalium formidolosissimum. Ab Lagos. aurium magnitudine uocatur λαγώς, quando λα intendendi uim habet & ὦς ὠτὸς Dorica lingua dicitur auris. Auribus sane ut diximus motum dirigit. D

Plinio forsan nonnihil ansæ præbente irrepsit sententia formosos fieri diebus aliquot leporina carne uescentes, super quo locus est Martialis,

Martialis. Cum Leporem mittis, semper mihi Gellia mandas,
Septem formosus Marce diebus eris,
Si uerum dicis, si uerum Gellia mandas,
Edisti nunquam Gellia tu Leporem.

Leporum tria genera. Ad postremum, à Varrone lib. 3. ca. 11. de re. ru. didicimus trium leporum genera celebrari. Vnum Italicum hoc nostrum, pedibus primis humilibus, posterioribus altis, superiore parte pulla, uentre albo, auribus longis, qui Lepus dicitur cum prægnans sit, tamen concipere. Alterius generis est, quod in Gallia nascitur ad alpes, qui hoc ferè mutant quòd toti candidi sunt. Tertij generis est, quod in Hispania nascit similis nostro lepori, ex quadam parte sed humile, quē Cuniculum appellant. Cuniculi dicti ab eo, quòd sub terra cuniculos ipsi facere soleant, ubi lateant in agris. E

An Dasypus sit Lepus. Plinius. Sed hic grāmatici suscitant quæstionem. An Dasypus simpliciter sit Lepus. Sunt nonnulli recentiores, qui Plinij tantæ doctrinæ & authoritatis uirum errasse cōtendunt, quasi Dasypodem à lepore diuersum faciat. Qui libro 9. ca. 55. sic scripsit. Lepus omnium prædæ nascens, solus præter Dasypodem superfœtat &c. Idem lib. 10. ca. 63. Dasypodes omni mense pariunt & superfœtant sicut lepores. Sequitur eodem capite in fine. Sed superfœtant Dasypus & lepus tantum. Hæc & consimilia eius uerba præ se ferunt differentiā ac diuersitatem inter Leporem & Dasypum. Alij autem authorem summi nominis defendūt, quibus ego me subscribo, quòd moris eius sit, quæ eodem genere continentur, interdum ita diuidere, ut diuersa apud minus doctos esse uideantur. Quod illum proprietate aliqua naturæ insigni adductum, fecisse minime ambigunt. Quod

Viuerra. ut dilucidius uideri possit, unū de multis supponam exemplum. Ecce Viuerra inter genera Mustelarum est, Plinius tamen libro 11. ca. 49. distinguere uidetur, ita enim scribit. Ossea sunt genitalia Lupis, Vulpibus, Mustelis, Viuerræ. Et quid de hominum diuersitate dicam, quę omnibus notissima est. Legito tamen Mar. Manil. libro quarto capite tertio, sic loquentem. F

Sic alias aliud terras sibi uendicat astrum
Iccirco in uarias leges, uariasque figuras
Dispositum genus est hominum, proprioque colore
Formantur gentes, sociataque iura per artus
Materiamque parem priuato fœdere signant,
Flaua per ingentis surgit Germania partus,
Gallia uicino nimis est infecta rubore. Et deinde per plurima metra, fere 100.

SEQVITVR ARGO.

STOEFLERI INTERPRE. Argo nauis longa dicta est, quam Argonautæ ædificari fecerūt. Hanc nōnulli propter celeritatem Argo dixere, quod per antiphrasin intelligo, quoniam Græci ἀργὸν pigrū dicunt. Vel, ut dixi, ab Argonautis sic nominata. Vel quòd Argus eam ædificauerit. Hanc primam in mari fuisse complures dixerunt & ob eam rem in cœlum fuisse translatam, & inter sydera collocatam. Hanc nauim factam Pindarus affirmat in Magnesia, cui Demetrias nomen est.

A est Callimachus aūt in iisdem finibus ad Appollinis Actij templum quod Argonautæ proficiscentes statuisse existimantur, in eo loco qui Pegæ uocatur, eo quòd nauis Argo ibi primum compacta dicitur, quod est Græcè πηγνῦναι. Homerus hunc eundem locum, in Thessaliæ finibus esse demonstrat. Iason igitur fabricata in sinu Pegaseo longa naui, quæ Argos uocitata est, omnes ferè totius Græciæ iuuenes animo & uiribus præstantes cōuocauit. Inter quos Hercules fuit, Orpheus, Castor, Pollux, Zetus & Calais, aliiq́ue complures, quos Poetæ ob insignem uirtutem semideos appellant. His a nauis nomine Argonautæ sunt dicti. Instructa igitur naui à sinu Pegaseo secunda aura profecti, primū in insulā Lemnon delati sunt, deinde ad Colchos peruenere. Colchorum rex ea tempestate fuit Oeta filius Solis, ex Persea uxore, authore Diodoro Siculo, duos genuit filios Oetan & Persen, sæui ambo. Ex Perse nata est filia Ipsea, super ans audacia parentem, & cruciatu hominum læta, ac uenenis conficiendis plurimum studij impendit, patre ueneno sublato regnum assumpsit. Dehinc nupsit Oetæ patruo, ex quo tres liberos peperit Circen, Medeam, & Aegialeum postea Absyrtus uocatū. Medea licet ipsa quoq; à matre & sorore uenificorumartem didicisset, diuerso tamen erat ingenio, quippè patrem hospites ma B ctare solitum, flectere precibus & ad benignitatem ducere conabatur. Aliquan do etiam eo inuito hospites è uinculis eripiebat, quocirca indignatus pater eam carceri destinauerat, sed Medea ad solis aui templum, quod in littore situm erat confugiens, eo se receptaculo ueluti asylo tuebatur. Inter hoc cū Argonautæ no ctu ad littus peruenissent, Medea Iasonis amore incensa, sese illi connubio iunxit, modumq́ue quo ignipedes tauros subigere, & aureo uellere potiri sine discrimine posset, edocuit. Iason ita q; eius auxilio eius optatam prædā adeptus. Medea igitur cum raptore profecta est, post longam nauigationē, tandem ad Thessaliam uenit.

Argonautæ.

Huius nauis nō tota effigies inter astra uidetur, diuisa enim est à puppi usq; ad malum, ut significet minime desperandum esse hominibus, etiam cum naues fuerint fractæ. Hanc fabellam Tho. paucis his attingit metriculis.

Hic nauis fulget æthere
Sulcandis prima fluctibus
Mersa atris quòd sit æquore..

Aratus de Argo sic scripsit. At Canis magni contra caudam uoluitur Argo à puppi. Nō enim huic ex more sunt cursus, sed retro agitatur uetsa, ceu etiam ipsæ naues cum nautæ inuertunt rostrū, C portum appellentes, atque subito quilibet resulcat nauem, retrograda uero attingit continentem, sic à puppi Iasonica trahitur Argo, atque quibusdam partibus obscura & sine stellis &c. Germanicus Cæsar de Argo naui propemodū cum Arato concordat. Accedit & Tullius in fragmen. Atati. Et Rufus Festus.

Aratus.

Germanicus. Tullius. Rufus.

Magnus Iasonian cauda canis exttahit Argo,
Puppe refulgentem &c.

Iulius Firmicus libro octauo ca. 20. de Myriogenesi Tauri. Oritur cum Tauro nauis. Quæ si in horosco po fuerit inuēta, negotiatores faciet hilares semper & lætos. Quòd si ibi beneuola stella fuerit, erunt potentes naucleri. Si uero Martis testimonium accesserit & Lunæ per maria & tetras exercitum ducent, equitibus, peditibusq́ue propositi, sed ira uel indignatione principis morientur infelices. Et subdit. In ipsa autem naui, quicumq́ue horoscopum habuerit, nauta erit, gubernator nauis, negotiator, seu nauium faber uel artificiosissimus architectus. Et idem de eadē capite uicesimo septimo, ferè in fine. Legito. Marcus Manilius libro primo capite quarto.

Tum Procyon, uelox q; lepus, tum nobilis argo
In cœlum subducta, mari quòd prima cucurrit.

Et idem libro quinto in principio. D

Hinc uocat Orion magni pars maxima cœli,
Et ratis heroum, quæ nunc quoq; nauigat astris.

Ptolemæus dict. 8. Alma. naui adscribit 45. stellas, 1. 2. 3. 4. & 5. magnitudinis. Maior harum in ordine 44. primæ magnitudinis, Arabibus dicta est Rubayl, à nostris Canopus, de qua in fine huius capitis differemus. Omnes de complexione Saturni & Iouis, fuerunt quæ à Ptolemæi tempore usq; in nostra in Geminis, Cancro, Leone & Virgine. Hic breuiter adnotare decreuimus, non prorsus fabulosum esse, quòd de Phryxo dicitur, qui arietis ductu mare secans ad Oetã Colchorum regem incolumis peruenit. Item Europen Agenoris filiam à Sidone tauri officio per mare ad Cretam insulam deportatam. Et nonnullos in anseribus pelagus sulcasse. Rursus Lybes hircis maria nauigasse. Eruditi phryxi nauigium interpretantur κριὸν, id est, Arietem, quòd phryxi nauigium in summo aut puppi, Arietis imaginem præferebat. Sic Taurus qui Europen rapuit nil aliud fuit quàm Tauri forma præsignis nauicula. Item nauigium Anseris imaginem ostendebat, quem Græci uocant χῆνα. Et in Libya fuisse nauigia quæ dicerentur Chrij, id est, Arietes aut Tragi, id est, Hyrci, à forma (ut diximus) præsigni nauigiorum. E

SEQVVNTVR HYDRA, CRATERA, CORVVS.

Aratus, Cæsar Ger., Tullius, Bassus, Rufus, Hyginus

Avthores astrologiæ Aratus, Cæsar Germa, Tullius, Bassus, Rufus, Hyginus, tres has imagines quibus una ratio sydereæ sublimitatis assignat, in unam colligerunt fabulã. Hydra, ad cuius caudam corui sedere dicunt & in eius fermè medio crateram aut urnam afferunt, est signum in parte austrina cadens deflexum habens ad Cancrum. Cuius sinuosi corporis medietas est cõnexa sub Leone, caudam uero extendit ad Centaurum, supra quã sedet Coruus. Qui ideo inter astra collocatus dicitur, eo quòd fuerit in tutela Apollinis, à quo missus ad fontem ut diis ad libandum aquam deferret. Qui cũ uidisset arbores complures immaturas ficus habentes, uolans consedit in eis, donec maturæ fierent, & aquam differre distulit. Post paucos autem dies peracto sacrificio cum ille ficus comedisset, & se dijs peccasse sensisset, denuo ad fontẽ, ut aquam hauriret, redijt, & ab Hydra perterritus, uas uacuum reportauit, dicens excessisse aquam quæ fuerat in fonte. Cognoscens Apollo sibi coruũ peccasse, alia aqua nisus est, hac ignominia eũ affecisse, ut quàm diu ficus cõquerentur, Coruus bibere non posset, imo quod habeat guttur pertusum illis diebus, ut Aristoteles dicit in libro qui de bestijs inscribitur. Et Isidorus in naturalibus uel in physicis tradidit, quòd ipse peccati pœnas daret, & postea astris intulit. Itaq; cum uellet significare sitim Corui, inter sydera constituit Crateram, & supponit Hydram, quæ coruum sitientem moraretur. Videtur enim rostro caudam eius extremã uerberare, & tanquàm non sinat ad crateram uenire, ut bibat. Huic fabulæ accedunt metra hæc Thomæ Radini. F

Aristoteles. Isidorus.

Aratus

Numina sacrificio ritu placare tonantis
Phœbus amans, coruum ferre iubebat aquas.
Concitus ille abijt,
Et fontem uitrei petens fluoris
Conspicit ficus, sed acerbiores
Quas cupit, at mens
Hortatur domini iussa modo impleat,
Hoc uotum modo impleat.
Sed tandem superat fœda libido

De Hydra, coruo & cratere Aratus sic scriptum reliquit. Præterea quoq; aliud eminus uolutur sydus (Hydram eam uocat) id uero uiuo simile longe uolutatur atq; ei caput sub medium Cancri pergit, uolumen uero sub corpus Leonis. Cauda autẽ pendet super ipso Centauro

A Maturasque moratur.
Inglutuies uolucris cruciat deum,
Sacraq; cœpta alijs perfecit undis.
Distentus aquas detulit
Nitenti & patera,
Hæc omnia spernit
Mentis apollineæ furor ingens,
Coctæ quoq; tempore ficus
Quod sit pœna, sitim tradit Coruo.
Et lumine postquam
Sydereo induit, hinc beatam
Pateram locauit, undis
Suauibus implens, pocula q̄ uetent
Hinc statuit fauces hydræ feras.

tauro. Porrò medio uolumine Crater, extremo autem insidet simulacrũ Corui spirã mordenti simile. In ea sententia est etiã Rufus cum inquit.

Desup ingenti sese agmine porrigit Hydra. Rufus.
Quę prolata salo lõge latius explicat æthra,
& reliqua. Marcus Mani.lib.1.ca.4. Mar.Mani.
Cui proximus anguis
Squãmea dispositis imitat̃ lumina flãmis
Et phœbo sacer ales, & magno gratus hiatu Crater.

De Cratere Iul. Firmi. lib.8.ca.10. de claris syderibus cum Leone orientibus & occidentibus, sic. In Leone parte tricesima orit̃ Crater. Qui hoc oriente sydere natus fuerit, irriguos amabit cãpos, & fontes & riuos seu fluuios ab alueo suo, ad alia loca deducet. Erit quoq; uinearum & amator & cultor, & qui infœcundis fœcundos inserat surculos, uel qui buxeas arbores tondens, in bel-B luas fingat, aut uirides porticus in circulũ flexis uitibus faciat. Sed hic uinũ, sine aquæ admixtione libẽter bibet. Quòd si actus illi beneuolarũ stellarum radius decreuerit, humidas merces negotiabitur. Haud dissimilem habet sententiam Marcus Manilius libro quinto,

Vltima pars magni cum tollitur ore Leonis
Crater & auratis surgit stellatus ab astris.
Inde trahit quicumque genus, moresque sequentur,
Irriguos ruris campos, amnisque lacusque
Et te Bacche tuos nubentem iungit ad ulmos &c.

Ptolemæus dictione octaua Almage. donat Hydræ uigintiquinque stellas in secunda, tertia, quarta, quinta & sexta magnitudine. Eius principium fuit tempore Ptolemæi in decimo quarto gradu Cancri, finis uero in decimo quarto gradu ferè Libræ, nostro principiũ in quarto gradu Leonis, finis in tertio Scorpij, de natura Saturni & Veneris. Crateræ seu uasi numerat Ptolemæus septem stellas, quartæ magnitudinis. Sua tempestate in Leone & Virgine, nostra in Virgine, de complexione Veneris & parum Mercurij. Coruo Ptolemæus supputat septem stellas, tertiæ, quartæ & quintæ magnitudinis fuere cum ui-C tam egit in Virgine omnes, hodie in Libra, Saturno Martique similes.

Hic animaduertendum est, domini Theologi per Hydram allegorice accipiunt studiositatem. Est autem Hydrus mas, & Hydra fœmina, authore Plini. libro uicesimo nono capite quarto, anguinum genus quod in aqua uiuit, omnium in orbe terrarum pulcherrimum. Sed mihi satis mirum est, quid id sit, quod diuinos uiros Theologos eo perduxerit, per Hydram studiositatem posse intelligi? Ego uix tandem anxius secretum ima ferè aure hausi. Diuinando igitur loquar, & ut id commodius & lucidius fieri possit, hoc prouerbium omnibus studiosis obijcio. Studiositas Hydrus, Hydra.

Amantium marsupia porri folio uinciri.

Prænotandum igitur Studiositas pars est subiectatiua Modestiæ quæ à Sancto Thoma secunda secundæ quæstione centesima sexagesima sexta, censetur moderatio quædã appetitus illius, de quo in exordio Meta. Aristoteles. Omnes homines natura scire desiderant. Sed melius, ut pluribus placet, sub temperantia cõstituitur, & ut eius potentia dignoscatur ibidem subditur. Dicit Philosophus 2. Ethi. q̄ ad hoc

D quòd homo fiat uirtuosus, oportet q̃ seruet se ab his ad quę maxime inclinat natura. Et inde est, quòd quia natura præcipuè inclinat ad timendū mortis periculam & ad sectandum delectabilia carnis, laus uirtutis fortitudinis consistit in quadam firmitate persistendi contra huiusmodi pericula. Et laus uirtutis temperantiæ in quadam refrenatione carnis à delectabilibus carnis. Sed quantum ad cognitionem est in homine contraria inclinatio, quia ex parte animæ inclinatur homo ad hoc, quòd cognitionem rerū desiderat, & sic oportet quòd laudabiliter homo huiusmodi appetitum refrenet, ne immoderate rerum cognitioni intendat. Ex parte uero naturæ corporalis homo inclinat ad hoc, ut laborē requirendi scientiam uitet. Quantum igitur ad primum studiositas in frenatione consistit & secundū hoc ponitur pars temperantiæ. Sed quantum ad secundum, laus uirtutis huiusmodi consistit in quadam uehementia intentionis ad scientiam rerum percipiendam, & ex hoc nominatur. Hactenus Thomas.

Amoris uis in omnibus rebus.

His prænotatis ad prouerbium redeo, quo exprimitur uis affectionis amoris inenarrabilis. Eo designatur irretitos amoris laqueis, non ferè temperare sibi, sed quicquid habent passim supra modum exponere, nullam omnino æquitatis libram obseruantes. Hæc sanè esse amoris potentia traditur. Percipitur id quoq; experimentis, ut nouam naturæ faciem, mores prioribus ex toto diuersos inducere ualeat, ut qui affectet omnia & audeat. Nam qui silentio prius ad reprehensionem usq; studebat, iam efficitur garrulus. Socordem nimisq; desidiosum uideas satagere & studiosius labori sese subijcere. Et quod miremur sine fine, perparcum quoq; & qui minima quæq; plurimi facit, uideas si in amorem inciderit, perinde ac igni ferrum molliri, ac remitti, ut tractabilior fiat ac iucundior. Sed his missis. Inspicienti altius paulo & in intima naturæ se insinuanti manotescit apertissimè, sicuti ex Platone colligere haud erit difficile. Quicquid discimus, quicquid excogitamus, quicquid etiam pertractamus in uita, ex amoris fontibus profluere. Quibus latius manantibus ubertim rigati artes percipimus, aut inuenimus, quod nisi inuestigationis oblectamentum inhæreret affixum fieri nunquàm posset. Inueniendi quippè desyderium est & incitabulum ingeniorum. Immo uero disciplinæ præcepta traditurus, nisi amet, munus suum non uidetur impleturus. Proinde qui artium magistrum dixere amorem nihil omnino à ueritatis ratione uidentur aberrasse. Quin idem artis opera exequi accuratissime deprehēditur, & exactissime cōsummare. Quid quòd in artibus singulis artifices ipsi inquirunt, nil aliud quàm amorem? Quid aliud medicina consyderat, quàm quo modo humores quatuor corporis amici inuicem fiant atq; permaneant? Quos cibos, ac potus cæterosq; uiuēdi aut medendi usus amet natura atq; requirat? Idem quod neminem latet obseruatur in Musica. In est syderibus & elementis quatuor amicitia quædam, quam astronomi consyderant. E F

Vatum quoq; ac sacerdotum facultas in hoc potissimum uersati uidetur. Vt quæ hominū seruitia Deo sint amica, qua ratione Deo homines amici fiant, nos doceant. Tandem concludere licet. Vt illum etiam nodum dicamus perpetuū, Mundi copulam, partiumq; immobile sustentaculum ac firmum totius machinæ fundamentum. Ex his coronidem elicio. Amorem in omnibus ad omnia esse, omnium authorem seruatoremq; existere, artiumq; uniuersarum dominum atq; magistrum. Quocirca studiosi quicunq; operam nauare debent, ut studiositatem ipsam stabili sibi iungant connubio, ornentq; amoris annulo. Accedit etiam cōmemoratis Hydræ natura ad studiositatem nos admonens cum aquis delectetur, & scientijs (quæ per aquas notantur) studiositas exornetur. Stellæ & Hydræ quæ (ut diximus) in uirtute operibus Saturni & Veneris assimulan-

Amor artium magister.

tur

A tur amorem præ se ferunt authore Ptolemæo tertio quadripartiti inquiente, Quòd si ueneri Saturnus assimiletur, amabit occulta, diuinator, de diuinis cogitabit, pacificus, uerecundus, amator scientiæ, fidelis, abstinens &c. Alludit Hermes de *stellis Beibenijs. Summam (inquit) istarum de natura Veneris & Saturni in ueneris in* ascendente uel decimo *in* natiuitate alicuius, natus erit fortunatus *& diues* amator *plantarum, arationum* & seminum & ædificiorum &c. Hæc omnia apertissimè studiositatis exercitia celebrant. De his Hactenus.

SEQVITVR. CENTAVRVS.

CONTVENDVM, Centauri Ixionis regis Lapitharum & Nubis filij fuisse dicuntur, media parte homines media equi. Ixionem quippè tradunt Phlegiæ filium à Ioue in cœlum assumptum, Iunonem de adulterio ausum interpellare, quod cū ab uxore Iupiter intellexisset, opposuisse illi nubem sub Iunonis effigie. Cum qua congressum Ixionem Centauros genuisse. Quorum nomina Eurytus, Amycus, Gryneus, Rhetus, Orneus, Licidas, Medo &c. Est & Chi-
B ron Centaurus nostro seruiens tractatui. Cuius fabulā Hyginus his ferè scribit uerbis. Centaurus hic dicit nomine Chiron Saturni & Phyllirę filius esse. Quare etiā à pluribus Phyllirides dictus, qui non solum cæteros Centauros, sed homines etiam iustitia superasse dicitur. Fertur habitasse Chironem in Pelio monte inter homines ęquissimū, à quo Aesculapius medicina, Achilles cythara, in astrologia Hercules literis instructi sunt. Cuius hospitio cū Hercules uteretur sicut Antisthenes dicit, & simul cum Chirone sedens sagittas consyderaret, fertur una lapsa pedem eius uulnerasse, acceptoque uulnere illum animam exhalasse & ab Ioue astris illatum. Est aūt signum ad aspectum Sacrarij. Vnde etiam ad idem Iouis uoluntate cū hostia uenire & sacrificare uidetur. Iste Chiron ab Homero iustissimus appellatus est. Et ab Ouidio quinto Fast. Vbi plenius diffuso carmine istius gesta celebrat. Germanicus etiam in Aratum sic cecinit.

Hic erit ille pius Chiron iustissimus, omnes
Inter nubigenas, & magni doctor Achillis.

Omnes denique in hoc conueniunt eum & iustitia & pietate omnes tunc temporis homines excessisse.

C Inde cœlum meruit
Claris rolli radiis
Insignitus.
Sic seruans iustitiam
Si non clemens pietas
Desit, uiuens
Virtute ornatur, amans
Recti, astris post obitum
Illustratur.

Præterea annotandum Seruius de Centauris aliam narrat fabulam. Cum Thessalus rex bobus œstro exagitatis, satellites suos ad eos reuocandos ire iussisset. Illos cum cursu pedestri non sufficerent, equos ascendisse, eorumque uelocitate armentum assecutos, stimulis agitando ad stabula reduxisse. Hinc à κεντεῖν greco uerbo, quod pungere est & stimulare Centauros dictos. Et quoniam uel currendo uelociter, uel dum equi eorum in transitu Penei fluminis potantes capita inclinata tenerent, unū esse animal uidebatur, datū huic opinioni locū, ut semiequi & semihomines essent. Sic Seruius & nōnulli alii dū fabulā ad historiam reducere uolunt, maiorem fabulā confinxere. Veritas autē historiæ hoc habet. Centauri populi sunt Thessaliæ secundū Pelium montē habitantes, dura sanè & aggrestis natio. Hi primi pugnare ex equis inuenerūt, cū ante equis uehi Bellophorō, frenis & stratis equorū uti Peletronius īuenissent

hinc igitur datus fabulæ locus & à stimulando calcaribus equo Centaurus appellatus est. De centauris Plinius lib. 7. ca. 56. Pugnare ex equo Thessalos, qui centauri appellati sunt, habitantes secundum Pelium mõtem. De eisdem idem lib. 36. ca. 5. bis. Et Solinus ca. 13. de Thessalia. Et Strabo libro 9. de tumulo centaurorum. Et eodem eosdem diram agrestemq́ nationem appellat. Virgilius sexto Aeneidos. D

Virgilius.

Centauri in foribus stabulant. Et secundo Geor.

Bacchus & ad culpam causas dedit, ille furentes
Centauros leto domuit, Rhetumq́ Pholumq́,
Et magnum Hylæum Lapitis cratere minantem.

His proximi erant alij populi Lapithæ, ab alijs Laphitæ à Laphita Apollinis filia nominati iuxta Othryn montem eiusdem prouinciæ habitantes. De quibus Plinius libro 4. ca. 8. Pindus & Othrys Lapitharũ sedes ad occasum uergentes. De quibus etiam Solinus & Strabo ubi supra.

Plinius.

Isidorus.

Hieronymus

Sed forsan quispiã addubitat, an ne sint hodie uel olim fuerint huiusmodi homines cẽtauri, nec ne. Respondeo, Viros facile doctissimos de miris hoĩm figuris, admiratu digna scriptis reliquisse. Pura Plinium libro 4. ca. 13. libro 5. ca. 8. libro 6. ca. 30. per totum. Et lib. 7. ca. 1. & 2. per totum. Solinum ca. 31. & 43. Pom. Melam libro 3. de insulis septentrionis ferè in fine. Augustinus libro 16. de ciui. dei ca. 8. Isidorus Ethimo. li. 11. Vt sunt gratia exempli gentes, Cynocephali, Cyclopes, Blemmiæ, Arimaspi, homines auersis plantis octonos digitos in singulis pedibus habentes. Satyri, Pygmęi, Hippopodes, Satmali aut Enotocœti. Inter has, & alias id genus fermè innumeras, nõ offendo homines effigies semihominis & semiequi habentes Centauros nominatos. His tamẽ Hippopodes nõ nihil accedunt, humana usq́ ad uestigium forma in equinos pedes desinunt, ab habitu & forma corporis nomen sumptum quasi equipedes dicas. Gręcis enim ἵππος equus πῶς pes. De Centauris scribit diuus Hierony. in uita sancti Pauli primi Eremitæ, in hæc uerba. Cum iam 133. ætatis suæ anno beatus Paulus cœlestem uitam in terra ageret, & nonagenarius in alia solitudine moraretur Antonius, ut ipse asserere solebat, hæc in mentem eius cogitatio incidit, nullum intra se meliorem monachorum in Eremo consedisse. Atq́ illi per noctẽ quiescenti, reuelatum est esse alium interius multo se meliorem, ad quem uidendum deberet properare. Illico erumpente luce uenerabilis senex infirmos artus baculo regente sustentans, cœpit ire uelle quo nesciebat. Et iam media dies coquẽte desuper sole feruebat, nec tamen à cœpto itinere deducebatur dicẽs, Credo in Deum meum, quòd seruum suũ, quem mihi promisit, ostendet. Nec plura his conspicatur hominem equo mixtum, cui opinio poetarum Centauri uocabulum indidit. Quo uiso salutaris impressione signi armat frontẽ. Et heus tyro, inquit, qua nam in parte seruus Dei hic habitat? At ille barbarũ nescio quid infrendens & frangens potius uerba quàm proloquens, inter horrentia ora satis blandum quęsiuit alloquium, & cum dextrę manus protensione cupitum indicat iter, ac sic per patentes campos uolitando transmittens se in fugam ab oculis mirantis euanuit. Verum hoc utrum diabolus ad terrendum eum simulauerit, an, ut solet, eremus monstruosorum ferax animalium istam quoq́ gignat bestiam, incertum habemus. Hucusq́ Hieronimus. E F

Aratus

Deinde cognoscendum, Aratus de centauro, sic habet. Huius enim partes homini assimilatæ infra iacent Scorpium, posteriores uero equinas sub se Chelę habent. At is dextram continuo pandenti assimilatus est, contra rotundam arã. In eo item strictim alia ualde prensa ducta est per manum fera, sic namq́ ipsam priores appellarunt. Iulius Fir. libro 8. ca. 13. In scorpione parte 12. oritur centaurus.

A taurus. Hoc oriente qui natus fuerit, aut erit auriga, aut equorum nutritor & cultor, uel eorũ exercitator, aut mulomedicus aut equinarius. Si uero Mars hũc locum prospera radiatione respexerit, faciet inter equites militares. Quòd si Mercurius hunc locum uiderit, herbarios faciet, qui.s. herbas solerti artes collectas ad medelam laborantium seruent. Marcus Mani.lib.1.ca.quarto. Mar.Mani.

Et duplici centaurus imagine fulget
Pars hominis tergo pectus commissus equino.

Germanicus. Rufus.

Idem Germanicus de eodem, aliqui eius uersus supra expositi sunt. Rufus quadrat cũ Arato.

Ptolemæus dict.8. Alma, annumerat Cẽtauro 37. stellas, in prima, secũda, tertia, quarta & quinta magnitudine, suo tempore omnes in Libra, nostro in Libra & Scorpione. Stellæ cõstitutæ in forma hominis Veneris & Martis gerunt similitudinẽ. Et q̃ sunt in figura Equi, quemadmodũ Iupiter & Venus operant. Ptolemæus.

Hic pulchra occurreret allegoria moralis de Iustitia, de qua in superioribus insigno Persei disseruimus, Missam etiã impræsentiarũ facimus ipsam pietatẽ.

SEQVITVR fera quam Centaurus tenet.

STOEFLERI INTERPRE. Fera. Bestiola. Thirion. Bestia. Lupus. Ptolemæus. Iulius Fir.

B Gestat in manibus Chiron ille, cuius iam supra mentionem fecimus, Hostiam super altare offerens & βύρσαν.i. utrem uini plenum in quo libabat dijs in sacrario. Hostia quã manu dextra tenet à plerisq; Bestiola appellatur. Eam græci θηρίον nominant, ab aliis bestia, fera. A uetustis tralatoribus Alma, & quadripartiti Lupus. Ptolemæus quippè 8. Alma. Lupo assignat 19. stellas, tertiæ, quartæ & quintæ magnitudinis, sua tempestate in Libra & Scorpione, nostra omnes in Scorpione. Iulius Fir.lib.8.ca.29. In ore Lupi qui nati fuerint, saltatores erunt, sed Marte attestante, miserabiliter à canibus comedentur.

Terrestres lupi. Lupus herba. Lupus piscis.

Terrestriũ Luporum tria sunt genera. Est enim Lupus herba, de qua Plini. lib.21.ca.15. de herbis sponte nascentibus quibus pleręq; gentium utuntur in cibis &c. Est & Lupus Piscis clarissimus à uoracitate dictus, & quòd solus natet, ait Aristoteles, leuis ac mollis, cancrorum marinorum maxime affectator, lapidem quendã in capite gerit. Fluuiatilis marino præfertur. Et ut Plinius lib.9.ca. 54. refert, capitur Romæ laudatissimus in Tyberi amni inter duos pontes. De eo legito Plini.lib.9.ca.17.51.54.& 62.& lib.31.ca.8.& lib.32.ca.2. Hunc hodie plerisq; eruditi Storionem uulgo appellatum esse putant, nam & in Tyberi capitur

Lupus animal

C & præstantissimi saporis est. Est præterea Lupus animal noxium uoracissimũ, prædam comedit sine masticatione, ita ut in tres dies sufficiat Taurum à tergo aggreditur, cornua cauens noctibus grassatur. Flumina tranant seriatim, quolibet eorũ præcedentis caudæ mordicus apprehensæ innixo. Ex Greco nomen sumpsit. Is enim græcè λύκος dicitur. In Olympo Macedoniæ monte & Creta insula nullus reperitur. In Italia (authoribus Plini.lib.8.cap.22. & Solino ca.8.) quoque ut creditur luporũ uisus est noxius, uocemque hominis quem priorem contemplentur adimere ad præsens. Accedit diuus Ambrosius 6. Hexam. Lupus (inquit) si prior hominem uiderit, uocem excipit, & despicit eũ tanq; uictor uocis ablatæ. Idem si se præuisum senserit, deponit ferociam & non potest currere. Ex hac lupi proprietate sumptum est adagium, apud Terentium in Adelphis Lupus est in fabula. Cum quempiam, ob eius præsentiam, in quem loquimur silendum esse significamus. Inter animalia uix lupo alterum magis hominibus noxium reperitur. Vnde apud Atticos cautum lege fuerat, ut ei qui Lupi catulum peremisset, talentum daretur. Ei uero qui adultum necasset, talenta duo fuerant instituta. Hunc quippè morem et iam nostra tempestate plurimæ seruant urbes, ut qui uel Lupos adultos uel catulos urbiũ rectoribus defe-

Plinius. Ambrosius. Lupus est in fabula.

rant, præmium quodpiam inde deferentes recipiant. Captæ lupo φ splendent D oculi, lucem φ iaculantur. Lupi dexter dens caninus in magnis habetur opti- bus ut homini in passione sua qua lunam senserit opituletur. Veneficijs rostrũ Lupi inueteratum resistere aiunt & ob id uillarum portis præfigunt. Reliqua de Lupis legito apud Plinium, Solinum & alios.

Lupi caput cur portis affigitur.

SEQVITVR, Thyrsolochus quem Centaurus præfert.

STOEFLERI INTERPRE. Thyrsi.

ADnotandum Thyrsolochi aut Thyrsi hastæ sunt aculeatæ, pampinis aut hederis obtectæ & ornatæ, quas olim in Orgijs Bacchicis quatiebant & Bacchi sacerdotes gestabant. Ouidius quarto Meta. Fabu. prima Bacchar ũ habitus describens sic ait.

Ouidius

Immunes operum famulas domina φ suorum,
Pectora pelle tegi, crinales soluere uittas,
Serta comis, manibus frondentes sumere thyrsos
Insserat.

Et idem libro 11. Fabu. 1. De Threicijs mulieribus Bacchis, in orpheum uatem E furentibus ac impetum facientibus, sic canit.

Vatem φ petunt, & fronde uirentes
Conijciunt thyrsos non hæc in munera factos.
Hæ glebas, illæ direptos ab arbore ramos,
Pars torquent silices &c.

Diodorus Diodorus siculus lib. quarto, de Dionysio tertio sic scribit. Hic specie decorus primo in choreis & multarum thyrsis summa in uoluptate ludo φ nutritus, atque educatus est. Tum fœminarum exercitu, quas thyrsis armaũt, congregato

Macro. orbem terrarum circuit. Macrobius etiam libero patri thyrsum adscribit.

Præterea sciendum quòd hæc imago Thyrsolochi quæ particularis & pars centauri est, non reperitur apud Aratum, Ptolemæum, Germanicum, Rufum & Hyginum, de ea tamen loquitur hic author noster. Et Bassus de centauro cũ eius supputat stellas. In Thyrso (inquit) tres habet. Verum ex descriptione formæ centauri ipsius Ptolemæi haud difficile esset coaptare stellas pro formatione huius Thyrsolochi aut hastæ. Vt sunt 12. 13. 14. 15. 16. & 17.

Hic paucis adijcere libuit, Hastarũ inuentores fuisse Lacedæmonios. Testis F Plinius libro 7. ca. 56. In ueterum memorijs legimus hastas regij fastigij insigne & diadematis loco fuisse & summa armorum. Quã ob causam uiri fortes ea donantur & captiui sub eadem ueniunt. A retũ item origine deorum immortalium uice cultas, obseruatum est. Ex cuius ritus memoria diu quo φ custoditum ut deorum simulacris adderentur. Inde fertur in Sicilia fuisse urbem, cui nomẽ Acgion, ue tustissimam, dearum religione celeberrimam, quatũ simulacris tum Meriones tum Vlysses hastas affixerint.

L. Sicinium Dentatum, Plinius scribit libro 7. ca. 28, propter egregia bellifacinora, fuisse donatum hastis puris duodeuiginti. Hastampuram nonnulli intelligunt sine ferro. Id enim fuisse præmium apud maiores eius qui tunc primũ uicisset in prælio.

SEQVITVR THVRIBVLVM.

Ara.

HAec cœlestis effigies usitato appellatur Ara, uel Altare, nõnũquã Sacrarius, Lar, & Thuribulum. Cui hæc datur fabula, Ara est in qua primum dij existimantur sacra & coniurationem fecisse, cum Titanes oppugnare conarentur. Eam autem Cyclopas fecisse, & in memoriã facti stellificata, ab eo ritu homines

A mines dicuntur instituisse sibi, ut cũ aliquam rem efficere cogitarent, prius sacrificarent, quàm agere cœpissent. Huic fabulæ alludit Tho. Radi. sic.

Ara hæc syderibus nitentiorem
Sortita auxilio domum deorum
Splendet luce perenni.
Et cur? prima fuit sacris referta
Firmo & fœdere cum deos gigantum
Vrgebat furor effrons
Concordes animos fides reuinxit
Vt mentes hominum graues tumore
Numen frangeret unum

Aratus de Ara. Et sub flagrante aculeo monstri magni Scorpij, propè austrũ, Ara in cœlo pendet. Quam certe modicũ quidem ad tempus in alto existentẽ senties &c. Arato propè accedit Rufus Fe. multis metris. Iuli. Fir. lib. 8. ca. 26. In Ara qui nati fuerint, sacerdotes erunt, habentes tantũ ex sacrificiis uitæ subsidia, sed mala morte pereuntes. [Aratus] [Rufus] [Iuli. Fir.]

Et idem eodem lib. ca. 29. In Ara qui nati fuerint, de sacrificijs uitæ subsidia consequentur, sed tamen exusti igne peribunt. Neque sibi ipsi aduersatur cũ ca. 13. octaui sic scribit. In prima parte Scorpij oritur Ara. Hoc oriente sydere, qui nati fuerint, cum beneuolarũ stellarum testimonio, erunt sacerdotes, prophetæ, neocori ac sanctissimæ cuiusdã religionis antistites, & diuinas quasdam artes, studiosis, ac sacris quibusdam interpretationibus explicantes. Hic enim Fir. loquitur, de Ara adiuta felicibus radiis beneuolarum stellarũ, alibi simpliciter. s. sine [Mar. Mani.]
B testimonio. Mar. Mani. lib. 1. ca. 4. de eodem perbelle canit.

Ipsius hinc mundo templum est, uictrixque solutis
Ara nitet sacris, uastos cum terra gigantes
In cœlum furibunda tulit, tumidi quoque magnos
Quæsiuere deos, dubitauit Iupiter ipse,
Quod poterat non posse timens, cum surgere terram
Cerneret, & uerti naturam crederet omnem,
Montibus, atque alios aggestos crescere montis,
Et tam uicinos fugientia sydera collis
Arma importantes, & rupta matre creatos,
Discordes uultu, permixtaque corpora partus.
Hostiferum nec dum sibi quenquam numina norant
Si qua forent maiora suis, tunc Iupiter Aræ
Sydera constituit, quæ nunc quoque maxima fulgent.

Et idem lib. 5.

C Ara ferens thuris stellis micantibus ignem,
In qua deuoti quondam cecidere Gigantes
Nec prius armauit uiolento fulmine dextrã
Iupiter, ante deos, q̃ cõstitit ipse sacerdos &c.

Ptolemæus dict. 8. Alma. assignat Lari septem stellas, suo tempore omnes in Scorpione 4. & 5. magnitudinis, nostro in Sagittario, similes sunt Veneri & aliquantulum Mercurio. [Ptolemæus.]

Incidimus hoc loco in Aram & sacra siue sacrificia, quare paucis cognoscendum. Initio rerum quæ cœlestibus (authore Porphyrio) oblata sunt sacra, non Myrrhas fuisse, non Casias, non item Crocum, sed herbam uirentem, ueluti terrenæ potentiæ prægerminantis primitias quasdam, manibus offerebant. Quippè constat arbores ante animalia fuisse à terra productas, herbas etiam ante arbores ipsas. Ex herbis igitur integras quasdam sumentes cũ folijs & radicibus ac fructu simul concremabant eaque exhalatione, ac fumo diis litabant. Ex his propagatum crediderim, ut arbores quoque ueluti numinũ censerentur templa. Et simplicia rura deo præcellentẽ arborem dicarent, nec auro uel ebore fulgentia simulacra uenerarentur magis quàm lucos, in quibus silentia adorarent ipsa, quia Summatem deũ silentio adorandum prisca censuit Theologia. Eò certe res progressa est, ut tum numinibus suis dicatæ arbores ꝑpetuo seruarentur, tum alicubi ut apud Indos numinum colerentur uice. Quin & Syluanos Fau- [Sacra ueterũ.] [Herbæ.] [Arbores.] [Silentio deus adorandus]

Ara Iouis. nosq; & id genus numina alia syluis perinde ac cœlo attribuerunt. Apud Athenienses quoq; Aram fuisse Pausanias scribit, quam uocabant Iouis eximij, ubi animatũ nihil sacrificabatur. Sed modo bellaria apponentes, uino prorsus abstinebant. Deinde proditũ est, Animal occisum à Martis filio Hyperbio, Bouẽ à Prometheo sacrificatũ. Hinc uti assolet uictimarũ enata superstitio & suæ sacrificantibus dictę leges. Et addita Libatio. i. uini effusio in id quod immolabatur. Sed his missis, breuiter dicemus quid DEVS OPT. MAX. de his rebus Iudæis in lege præceperit, quibus Exo. 20. sic loquitur. Altare de terra facietis mihi & offeretis super hoc holocausta, & pacifica uestra, oues uestras & boues in omni loco in quo memoria fuerit nominis mei. Veniã ad te & benedicam tibi. Quòd si altare lapideũ feceris mihi nõ ædificabis illud de sectis lapidibus. Si. n. leuaueris cultrum tuũ super eo, polluet. Et Exo. 27. Præcepit dominus Moysi dicens, facies & altare de lignis Sethim &c. Et Exo. 30. facies quoq; altare ad adolendũ thymiama de lignis Sethim &c. De altaribus & sacrificijs plura in utroq; testamento. D

Libatio.

Exod. 20.

Piscis Austrinus.

SEQVITVR Austrinus Piscis.

HIc piscis Meridianus, Notius aut Austrinus nõiatur & Magnus, cuius nepotes dicunt Pisces qui in circulo zodiaci constituti sunt. Est aũt hoc signũ in parte australi, uidetur ore aquã excipere à signo Aquario. Dicitur is piscis in astra collocatus, eo quòd decidens in Boeth stagnũ Phacetis filia Veneris in piscem sit transfigurata, quã Syri deam nominarũt. Quidam aũt dicunt ꝙ piscis de stagno filiã ueneris saluauerit. Vnde usq; hodie Syri pisces argenteos in templo sacrauerunt. Quapropter complures Syri pisces non comedunt. E

Piscis in templo Syrorum.

De eo Aratus, infra aũt Capricornum sub flatus austri Piscis contra Cetum uersus in alto natat. Vnicus præter priores, austrinum autem ipsum appellant.

Marcus Manilius libro 1. ca. 4.

Tum Notius piscis uenti de nomine dictus
Exurgit de parte Notio cui cuncta feruntur
Flexus per ingentis stellarum flumina gyros
Alterius capiti coniungit aquarius undas
Amnis, & in mediũ coeunt & sydera miscent.

De eodem Bassus in cõmen. Tullius infra. Et Rufus. Ptolemæus dict. 8. Almage. numerat huic Pisci 11. stellas 1. 4. & 5. quãtitatis, sua tempestate in Capricorno & Aquario, nostra omnes in Aquario. Lucida in eius ore habet uim Veneris & Mercurii. In corpore eiusdem locatæ Saturno æquiparantur. De piscibus signũ zodiaci constituentibus diximus in superioribus & satis abundè. F

Piscis capiendi ars. Recens tempestate nostra & satis mira articula inescandi pisces inuenta, ex speciebus quippè nonnullis præparant ac condiunt globulos, quibus aut fluminibus aut stagnis iniectis, pisces auide deglutientes, littus mox petunt, & manibus capiuntur. Res uulgata est, quare transeo.

Cetus.

SEQVITVR CETVS.

HAnc imaginem alii nominant Pistricem, Pistrim, Belluã Marinam, Leonem marinum aut Vrsum. Est autem Cetus sub Ariete & Piscibus super fluuium in cœli regione collocatus, de quo dicitur quòd à Neptuno missus sit ut Andromedam interficeret, sed à Perseo acerrima pugna interfectus & Andromeda libetata. De his fusius diximus supra in Andromeda & Perseo Et à Ioue Cetus propter immanitatem corporis, & memoriam actus astris illatus est. Huic fabulæ Tho. Radi. carmen accedit.

Olim qui deus est cærulei maris
Cetum qui Andtomedam deuoret impulit

Anxia

A

Anxia quæ uinculis
Constricta perhorruit.
At Perseus properans affuit ensibus
Hunc fodit redimens morte iuuenculã.
Ignibus hunc attamen
Cetum deus induit.

Aratus.

Aratus de Ceto, Cæterum (& si admodum eminus uolitantem) Andromedam grandis Cetus adueniens urget. Porro hæc Thratij sub uentum Boreæ inclinata fertur, at ei auster infestum circumagit Cetum, sub Ariete & Piscibus ambobus, paululũ super fluuio iacentem stellato. De eo Germanicus & Bassus in cõmen. Et Tullius in fragmen. Et Rufus fermè cum Arato (concordat.

Germa. Bassus. Tullius. Rufus. Iulius Fir.

Iulius. Fir. lib. 8. ca. 30. In cauda Ceti Marte præsente qui nati fuerint, à bestijs lacerati, crudeli morte uitam amittent. In duabus partibus Ceti (intellige de eius pectore & uentre) præsente Venere & Mercurio qui nati fuerint, uiris potentibus subiacebunt, & inde proficientes, uitæ consequentur augmenta. Alij autem serui erunt, sed ad grandem dignitatem, honesto liberali seruitutis merito, patronorũ indulgentia deducentur. In tribus partibus Ceti (accipito de capite eiusdem) qui nati fuerint, nauigabunt & plurimas terras circundabunt. Quòd si Mars in ipsa parte fuerit inuentus, à pyratis interfecti morientur. Marcus Manilius libro primo capite quarto.

Mar. Mani.

B

Quapropter Cetus conuoluens squammea terga,
Orbibus insurgit tortis, & fluctuat aluo &c.

Et idem lib. 5. 40. metris pulcherrime describit pugnam Persei cum Ceto, & eius uictoriam cum ait.

Ad littus remeat, grauidus iam surgere pontus
Cœperat &c. Legito.

Ptolemæus.

Ptolemæus lib. 8. Alma. adsignat Ceto 22. stellas, tertiæ, quartę & quintæ magnitudinis. Dum uitam egit in Piscibus & Ariete constitute. Hodie in Piscibus, Ariete & Tauro. Et sunt de natura Saturni & Veneris. Alias Saturni tantum.

Aristoteles. Maris animalia cur maiora terrestribus.

Quærit Aristoteles in proplematibus. Cur animalia maris maiora, uegetioraque sint, quàm terræ? Respondet, quòd solis uis consumendo, quæ terrã ambiunt, copiã detrahit nutrimenti. Quamobrem quæ abdira uitam agunt, uegetiora sunt. His igitur omnibus incõmodis cum genus marinũ sit immune, merito tum adolescere potest corpore ampliori & uegetiori. Assimilia scribit Plinius lib. 9. ca. 2.

C

SEQVITVR. Aqua quæ ab Aquario funditur.

Aqua Aquarij.

STOEFLERI INTERPRE.

SVpra cum particulares effigies zodiaci, ut Plinium illustriorem redderemus, supputauimus, de effusione, fluxu aut decursu aquæ Aquarij abunde diximus & illustribus authoribus insigniorem fecimus. Quocirca ad eundem locum lectorem remitto, pauculis his additis. Aratus de ea Aquarii aqua sic scribit. Dextera à manu splendidi Aquarii (quasi quædam fusio aquæ huc & illuc sparsę) uisui gratiosæ & debiles circumuoluuntur. Inter ipsas duæ magis firmę feruntur stellę nec multum distantes neque admodum uicinæ, una quidem sub ambobus pedibus pulchraqúe magnaqúe Aquarii. Altera uero obscuri sub Ceti cauda, quas omnes uocant Aquam, paruæ profecto aliæ.

Aratus.

Scito candide lector, cum Aratus dixit. Vna quidem sub ambobus pedibus pulchraqúe magnaqúe. His uerbis indicat, Vltimam stellam effusionis aquæ, q̃ est in ore Piscis austrini. Est enim authore Ptolemæo præfulgida primæ magnitudinis & in ordine stellarũ 42. Cum aũt subiungit. Altera uero obscuri sub Ceti cauda, denotat stellam quadragesimam tertiã, quæ secundum Ptolemæũ est extra effusionem aquæ. Iuxta Aratum intra, & est quartæ magnitudinis, omnes autem aliæ stellæ in eo loco sitæ sunt in quinta magnitudine.

SEQVITVR Flumen quod ab Orione defluit. D

STOEFLERI INTERPRE. Flumen. Eridanus. Nilus. Prima fabu.

HOc flumen ab aliis appellatur Eridanus, qui & Padus, ab aliis Gyon siue Nilus, nonnulli oceanum esse dixerunt. Sunt autem de eo flumine geminæ fabulæ. Vna ab Ouidio lib. 2. Fab. 1. de transla, compluribus metris descripta, in hanc formulam deflorata. Clymene Oceani & Tethyos filia, cum Phaethontem ex Sole conceptum genuisset, & in adultam perduxisset ætatem, monuit ut patrem cognosceret. Qui infeliciter progressus ad orientem Solem peruenit, agnitusque est, ab eo per connubii indicia, accensusque agitandi currus amore, quē quatuor equi Pyrous, Eous, Aethon & Phlegon per orbem assueuerant trahere, diu uero petitum currum accepit, & instantibus horis ascendit. Monitis itaque patris instructus, per iter ignotum cum equis obniti nequisset, equis ignoto agitatore conteriti, mundi pronam partem petierunt. Quamobremcum cuncta ardore subito proflagrantia incenderentur, à Ioue opem implorantes petunt, ne orbis terrarum conflagraret. Phaëton fulmine ictus in Eridanum præcipitatus est, atque ita liberati equi uinculis, agnito itinere ad suam

Secunda fabu.

stationem reuersi sunt. Et ob memoriā facti Eridanus astris illatus. Altera adest E fabula, Nilus qui Gyon existimatur, ob eius magnitudinem & utilitatem & quod cursum suum à meridie in mare siue septentrionem dirigit, ea propter plurimis in cœlo stellis adornatus. Huic accedunt uersiculi Tho. Radi. hi.

Qui magnis ut Nilus inundat
Terram ditans sumptibus, alto
Fulget stellis æthere claris
Et fortitum flumen olympum
Quòd sit cunctis largius implens
Donis Aegyptum omnibus amplam.

Aduertendum, utranque fabulam pulchrè describit Rufus Festus.
Quin (inquit) & cæruleo flumen quoque gurgite manans,
Astra inter sedesque deum pars æquoris esse
Credidit, Ausonij namque hunc dixere priores
Eridanum. Et infra de Nilo.
Pharium pars altera Nilum
Cōmemorat, largo segetes quòd nutriat amni
Arentisque locos unda fœcundat alumna,
Vel quòd de medij prolapsus parte diei
Vastus in æquoreas pelagi sese inferat undas.

F

Aratus.

Aratus in Eridano. Mirum namque quales etiam illæ deorum sub pedibus ferantur reliquiæ Eridani luctuosi fluuij. Etiam hic quidem Orionis sub sini-

Germanicus. Bassus Prolemæus.

strum pedem tendit &c. Id flumen similiter Germanicus nominat Eridanum, Bassus autem de Eridano & Nilo loquitur.

Ptolemæus dict. 8. Almage. donat flumini 34. stellas primæ, tertiæ, quartæ & quintæ magnitudinis. Suo tempore in Ariete & Tauro, nostro in Ariete, Tauro & Geminis. Vltima 34. in ordine primæ quantitatis Ioui assimulatur, reliquæ mnes Saturno.

Eridanus. Padus.

Hic obiter sciendū, de Eridano qui Padus dicitur plura scribit Plini. lib. 3. ca. 16. & alijs locis ex quibus hæc paucula excerpsimus. Padus e gremio Vesuli mon-

Mons S. Bernardi.

tis (hodie Sancti Bernardi) fonte profluens, nulli amnium claritate inferior, à Græcis dictus Eridanus, ac pœna Phaëtonis illustratus, plures perlabens nobiles urbes, 30. recipiens flumina, in Adriaticum mare sese exonerat. Nec alius amniū tam breui spatio maioris incrementi est, Nilo similis, Aurifer. Ligurum

lingua

A lingua amnis ipse Bodnicus uocatur, quod significat fundo carẽs. Metrodorus tamen dixit, quoniã circa fontem arbor multa sit picea, quæ Pades Gallice uocetur Padũ hoc nomen accepisse. De eo Cato in originibus. Lucanus 2. Phar. Non minor hic Nilo &c. Solin.ca.8.Pompo.lib.2. Strabo lib.5. Ptole.lib.3. (ca.1.tab.6.Euro. Bodnicus.

Nilus Hebræis dicitur Gyon, de quo ferè innumera authores scripserunt. Homerus.5. Aristoteles. Strabo lib.17. & ultimo. Seneca. Diodorus Sicu.lib.1.&2. Victruuius lib.8. Ptolemęus lib.4.cap.5.tab.3. Afri. & cap. 8.tab.4. Afri. Plini. in pluribus libris, præcipuè tamen lib.5.ca.9. Solinus in multis capi. Pompo.lib.1. Claudianus, Lucanus in 8.&10. Tibullus in primo. Virgilius 9.Aenei.&4.Geor.& alij. Ad nostrum propositũ, eius magnitudo haud difficiliter ex Diodoro Sicu. in 1. concluditur his uerbis. Tot Nilum insulas cõtinere, ut fermè sit incredibile. Nam præter eum locũ quem à forma Deltam appellant, ferunt alias quoq; in eo insulas circiter septingentas. Et Solinus ca. 47. de Nilo. Multas magnasq; ambit insulas, quarũ plereq; sunt tam diffusæ & uastæ magnitudinis ut uix eas dierũ quinq; cursu prætermeet, quamuis cõcitus ibi feratur. Nobilissima est Meroë. Pulchrè accedit Plini.lib.5.ca.9. Legito. Nili utilitas ex fertilitate cognoscitur, & id primũ quo ad hominum partus plures. Solinus capi.3. teste Trogo affirmat in Aegypto septenos uno utero simul gigni. Quod ibi minus mirum, cum fœtifero potu Nilus non tantum terrarum, sed etiã hominum fœcundet arua. Concordat Plini.lib.7. ca.3. Aristoteles lib.7. de naturis anĩaliũ. Ait in terra Aegypti mulieres sæpe parere tres, interdũ quatuor & quinq; cũ plurimum nascuntur &c. Idem compertũ est authore Strabone & Pompo. in anĩalibus magnis, quæ producit Nilus ipse, ut sunt Hippoporami, Crocodili, Delphini, & id genus plura. Ad id accedit, ꝙ Nilus cõstituto tpe; sumit incrementũ, ripas excedit, Aegyptum irrigans, & eã mirabili replens ubertate. Maiora incremẽta maiores prouentus denunciant. Iustum incrementũ inquit Plini.lib.5. ca. 9. cubitorũ est sedecim. Eundem legito & Strabo.lib. ultimo, de Nilometrijs. Quòd (ut prędiximus) Nilus cursum suum dirigit à meridie in mare uel in septentrionẽ, clarius alius refert Diodor. Sicu.lib.1. Nilus (inquit) à meridie in septentrionẽ fertur, ortus ex fontibus in extremis Aethiopię finibus. Id planè indicat Tab.4. Afri.

Nili. Gene.20. Gyon.

Magnitudo Nili.

B Vtilitas Nili.

SEQVITVR Australis Corona, quam nonnulli Vraniscum uocauere, ac si à cœlo diminutiuum declines. Australis Corona.

C Contuendum, imago hæc caret fabula, paucos enim habet scriptores, quã tamen Aratus breuibus indicat. Paruę (inquit) profecto aliæ ultra Sagittariũ sub prioribus pedibus uolubiles coronæ circũactæ uoluuntur. Et Germa. Est & sine honore Corona. Hyginus lib 2. de Sagittario, sic. Ante huius pedes stellæ sunt paucæ in rotundo deformatæ, quas Coronam eius, ut ludentis abiectã nonnulli dixerunt. Prole. dict. 8. Alma. recenset Coronæ 13. stellas 4. 5. & 6. magnitudinis sua tempestate in Sagittario omnes, nostra in Sagittario Capricorno, de natura Saturni & Martis. De Varijs coronis & nonnulla alia notatu digna superioribus differuimus, cum de Septentrionaria Corona mentionẽ fecimus.

STOEFLERI INTERPRE. Aratus. Germa. Hyginus.

Cum Proclus hic addit, quã nonnulli Vraniscum uocauere, per Vraniscum non mediocriter eruditi palatum intelligunt, οὐρανίσκος enim Græcè palatum significat. Est quippe hæc Corona deformata in modũ palati, quæ est cõcauitas supra linguam. Et addit. Ac si à cœlo diminutiuum declines. Cœlum hic sumitur pro palato à similitudine cœli superioris. Testis Plini. lib. 11.ca.37. Cerebrum, uiscerum excellentissimum est, proximum cœlo capitis, sine cruore, sine sordibus. Est igitur hæc corona quasi paruum palatum.

SEQVITVR, ET IVXTA HIPPARCHVM CADVCEVS. D

Caduceus.

HAec est effigies nostri Procli austrina & ultima, quam ab Hipparcho Nicco astrologo à Plinio maxime laudato assumpsit. Neq; ab alio quopiam

Caduceus qd.

pro cœlesti imagine deformata.

Cognoscendum paucis. Caduceus apud Græcos κηρυκοῖον, uirga aut lignum erat rectũ, utrimq; cõtinens duos serpentes implexos inuicem, ita quòd se mutuo & ex aduerso intuerentur. Est sanè pacis insigne, quo bellum dirimitur. Hinc legati pacis Caduceatores dicti, quòd caduceos ferunt, & illis iniuriam intulisse maximum habebatur nefas.

Mercurius deorum Caduceator.

Aegyptij Mercurio dant caduceum. Nam quia Mercurius orationis deus est, deorum nuntius, meritò à dijs mittebatur ut dissidentium animos sedaret.

Causam autem cur exteræ gentes caduceum in pace tractanda circundata anguium effigie fecerint, quidam (ut ex Hygino libro 2. excerpi posset) hanc esse tradunt. Cum Mercurius Lyram in Cylleno monte Arcadiæ septicordem ad Atlantidum numerum instituisset, quòd Maia mater eius ex illarum numero esset. Ac nõ multo post deprehensus ab Apolline fuisset, boues suas abigere, quo facilius ueniam ab eo impetraret, Apollini traditur concessisse, ut Lyram à B se primum inuentã prædicaret. Quapropter Apollinem ferunt uirgam quan-

Virga bellum dirimitur.

dam Mercurio dono dedisse, quam cũ manu tenens in Arcadiam proficisceretur, inuentos fuisse ab eo Dracones duos simul litigantes & inter se mutuo pugnantes, quo uiso uirgam interposuisse, & dicto citius prælium diremisse. Eo facto huiusmodi uirgam pacis gratia dixit esse constitutam. Et huius rei exemplo virgam postea duorum Draconum similitudine finxerunt, eaq; & in palestra & in reliquis certaminibus usi sunt ad prælium dirimendum. Aliam causam forte magis historicam elicies ex 3. cap. 29. Plinij. 5. Ouorum genus &c. De caduceo

Macro.

Macrobius primo Satur.

De cœlesti Caduceo dignoscendo ex stellis à Ptolemæo obseruatis duæ sũt cõiecturæ. Vna quæ sex stellas coronæ iam memoratę, scilicet 1.2.3.4.5.& 6. in directum fermè positas, Caduceum appellat. Et hoc pacto hæ stellæ, & coronæ & caduceo communes sunt atq; adaptantur. Altera ex 5. stellis Eridani aut Nili fluuij scilicet 28.29.30.31. & 34. secundum rectam lineam sitis caduceum facit. F Hactenus de austrinis signis.

SEQVITVR, in ijs quoq; stellæ quædam propria sibi nomina uendicauere & reliqua.

STOEFLERI INTERPRE

Procyon.

ABsolutis imaginibus austrinis, Proclus ex his recenset nonnullas stellas tanquàm nobiliores, fulgentiores & propria sibi nomina uendicãtes. Et sunt tres, Prima est ipsius Procyonis, id est, canis minoris siue Anticanis, de quo in superioribus diximus, & est secũda in ordine, illustris, primæ magnitudinis & recipit nomenclaturam totius imaginis scilicet Procyon, Arabice usitato Algomeisa. Secunda est in ore canis maioris fulgentissima, Syrius appellata, quæ

Canis

& canis nomẽ prout tota effigies recipit. De quo supra cum de cane maiori disseruimus, abunde diximus. Tertia canopus aut canobus, Supra cap. de circulis

Canopus

sphæræ & deinde, de multis diximus canopis. Quibus missis solũmodo de Canopo stella nostri propositi loquemur. Quę sita est in extremo gubernaculi temonis aut remi sequentis ipsius Argo nauis, quæ (authore Ptolemæo libro 1. ca. 7. Geo.) ab his qui Azaniam regionem habitant, appellatur ἵππος, id est, equus. Arabes uocant eam Subhel uel Suhel, quasi incendium, ob radiorum magnitudinem

A dinem & multitudinem, quasi stella crinita hoc est cometes. Ea tempore Ptole-
mæi fuit in Geminis 17. gradu 10. minu. habens latitudinem meridianam 75. gra
duum, declinationem autem austrinam 51. graduum & 41. minutorum. Tempo
re nostro est in Cancro 7. ferè gradu. Cum latitudine meridiana 75. graduum
& declinatione 51. graduum & 34. minutorum.

Scito etiam optime lector, quòd in Rhodo insula Arcticus polus attollitur
(teste Ptolemæo lib. 5, ca. 2. tabu. 1. Asiæ) 36. fermè gradibus. In Alexandria aūt
Aegypti (eodem tradente libro 4. ca. 5. tabu. 3 Aphri.) 31. gradibus.

His præcognitis (ut uerbis Procli adsit periculum) imponito sphæræ uolu-
bili aut Astrariæ canopum nostrum iuxta longitudinem, & latitudinem siue de
clinationem, aut ad tempus Ptolemæi aut nostrum, & utrum feceris, nihil sensi-
lis erroris se ingeret. Deinde meridianum sphæræ uolue ad latitudinem Rho-
diensem scilicet 36. fermè graduum, & circumgyrata sphæra uidebis canopum
oriri, & aliquantulum supra horizontem attolli, & confestim occidere, atq; dif-
ficulter sub uisum cadere. Quod Plinius ca. 70. lib. 2. his uerbis indicat. Cano-
pus intuentibus uidetur à Rhodo terram quodammodo ipsam stringere, id est,
ferè radere. Et id uoluit Proclus cum dixit, Hic in Rhodo ægrè conspicitur, aut
certe in æditis, id est, altis locis.

B Rursus siste meridianum sphæræ circulum pro latitudine Alexandrina 31.
graduum, & ut Plinius docet, uidetur canopus supra terram eminere quartam
ferè partem signi unius, hoc est canopus eleuatur supra horizontem quasi quar
ta parte unius signi, id est, 7. gradibus & 30. propemodū minutijs. In ea senten-
tia est & Proclus cum dicit. In Alexandria uero prorsus non cernitur, utpote
uix quarta signi portione supra horizontem extante. Hic prorsus aduerbium
haud pro omnino accipitur, propter contractionem uitandam, sed pro nō cer-
te aut non uere. Ita prorsus non pro uere sumitur, ac si diceret. In Alexandria
uero uere cernitur, utpote uix &c.

Ad postremum ne mutilatum aut detractum quidpiam in hoc libello offen-
datur, quodq; Pliniana signa siue imagines complementum acquirant, col-
libuit ex austrinis uniuersalibus imaginibus Ptolemæi quas etiam Proclus o-
mnes, paucis additis recenset, iam supra expositis, partiales quasdam excerpe-
re. In primis offert se Orion quatuor partialibus donatus. Quarum prima est, Zona Orionis
Cingulum aut Zona eius, tres habens stellas præclaras, secundæ magnitudi-
nis, in ordine stellarum Orionis 26. 27. & 28. De cuius ortu Plinius libro 18. ca.
C 28. Bassus in commen. §. à solstitio. Et Ouidius 6. Fast.

Secunda est gladius aut ensis eiusdem 6. stellis 3. & 4. magnitudinis ornatus. Gladius.
In ordine 29. 30. 31. 32. 33. & 34. De huius occasu Plinius libro 18. ca. 26. 27. & 31. Itē
Bassus in. §. Aequinoctium uernum. §. Vergiliarum exortu &. §. à solstitio.

Tertia est collorobus aut claua, quàm cum Tauro pugnaturus manu gestat Collorobus.
dextra, quatuor possidens stellas, 5. & 6. magnitudinis. In ordine 9. 10. 11. & 12.
Et sunt de his 9. & 10. in dextra.

Quarta est Corium Bouis in quod dij minxere, habens 9. stellas. 3. & 4. ma-
gnitudinis. In ordine 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. & 25. Corium.

Præterea ex Centauro primo excerpitur Thyrsolochus, quem supra Pro- Thyrsolochus
clus recensuit. Secūdo Clypeus, scutum aut cetra eiusdem, quatuor tenens stel Clypeus.
las, quartæ magnitudinis. In ordine 8. 9. 10. & 11. Caduceum item supputat Pro- Caduceus.
clus authore Hipparcho, de quo iam supra diximus. Collectis igitur austrinis
his imaginibus cum uniuersalibus tum particularibus, cōgregabis uiginti duas
quibus si addideris huius farinæ 23. ipsius zodiaci, & 26 septentrionarias, Crine
Berenices connumerato, iuncto etiam Lacteo circulo, colliges 72. quot nume-

rat Plini. ca.42. librisecundi, cum inquit, Patrocinatur uastitas cœli immensa discreta altitudine in duo atque septuaginta signa. DEDIT DEVS OPT. MAX. his quoque finem.

I. M. S.

ERRATA.

Folio.2.d.linea 1.lege Axis extrema fo 5.c li.9.lege horizontem,minor infra.fo. 6. b.lin. ultima lege ut nonnulli nonnihil habeant. fo 8.b li.2.lege Quædam orientalis. Et linea sequenti,quam corpora. 9.c.li.1.declinationis ab ipso Aequatore. 10.e li.9.lege, Vnda die gelida est fo. 12.f lin ultima sic lege His quatuor accidunt solstitia, duo alta & duo ima, binæ æstates & binæ hyemes,perpetuumꝗ; &c. 13.d.li.6. lege Aequator fane diei. 14.c.li. 13.lege,per Rhodum cognosci non potest. Et eod.fo d. li. 13 lege,punctus uerticalis. 16.c. li.8.lege id est, 17.die Septembris. 18.d li.9.lege. Quæ prouide recta dicitur. Et li.ultima, lege,æquinoctialis circuli,quæ unà cum signo. Et e. li.1.lege in sphæra recta 27 gradus & 54. minuta, & li.5. lege 14 gradus & 31.minuta sunt ortus. 19. d. li. penult lege ubi sunt montes. fo. 21. statim à principio hæc desunt uerba Incidimus in Aethiopes,quare de his pauca annectere libuit. Aethiopiam Plinius lib. 6.ca. 30. aute Etheriam & Atlantiam nominat. Et sunt hæc eius uerba. Vniuersa uero gens Etheria appellata sed deinde Atlantia, mox à Vulcani filio Aethiope Aethiopia. Animalium hominumꝗ; effigies monstriferas circa extremitates eius gigni minime mirum. Et post pauca. Ferunt certe ab orientis parte intima gentes esse sine naribus, æquali totius oris planicie. Alias superiore labro orbas, alias sine linguis. Pars etiam concreto & naribus carens uno tantum foramine spirat potumꝗ; calamis auenæ trahit, & grana eiusdem auenæ &c. Eodem fo. a lin.3.lege lib.1.de Antiqui.22.a.li. 11.lege,si hominum habitatio.23.a.li. 11.lege,Consimilem instituo operationem. 26.c.li. 3 lege,addo Iulium Firmicum. 27.c.li.ult.pro E 5.fac E 3.26.f.li.ult.lege manifesta sunt accedere. Aristoteles. 27.a.li.6.lege uir consularis, & eadem lin. lege, Debet tantum is. 26.e.li.6.lege,ad animantes,ad plantas. 33.a.li.4. lege, Ortus ablationis. 37.b. li.7 lege,id est,proprie.Estꝗ; principalis. 38.f.li.penul.lege,inflatio est.51.e.li. 3.lege,omnē terram ab hominibus.52.e.li. 12.quia opinati sunt.53. f lin. ult. Quemadmodum in Geometrica.61.d li.9.lege,planicie.Eadē li.lege,utrosꝗ; Horizontes.Eodem fol.e.li. 12 lege,& imaginatur. Eodem fol.f.li.ult.lege Et stella in ancha.66.b li 5.lege,catam rationem.71.a. li.9.lege iustitiam Hanc 72.d li. 12.lege,quæ distinctæ uidentur.81.a.li. penult. lege,tractu terræ inter fluuios hos.81.f.li 5.lege αἰγόκερως. 83,e li.7.in margine lege, Animæ 17. insignis 12.91.d.li. 12.lege ζυγῷ. 98.f.lin. 15.lege.Fulget spica.99.d.li. 10.lege,ortum spica 100 f.li.8.lege,Et rutilo. 108.f.li.4.lege,medio uiro.Et li. 11. lege,uarijs instrumentis dolis. 112.c.li 7. lege,nō de facto. 127.f.li. 11.lege,diametrum uiderit,fugitiuos facit. 128.b.li.4 lege,genus numismatis. 134.f.li. 12.lege,omnes Saturno.

TVBINGAE EX OFFICINA HVLDERRICHI
Morhart Anno M. D. XXXIIII.


EFFIGIES
IO. STOEF
LER AN=
NORVM
LXXIX.